SÉBA

CABINET

TEXTE

TOMES

1 & 2

1051
1

SCD LYON 1

SCD LYON 1

1051/1

SCD LYON 1

# DESCRIPTION EXACTE
## DES PRINCIPALES
# CURIOSITEZ NATURELLES
*DU MAGNIFIQUE*
# CABINET
## D'ALBERT SEBA.

SCD LYON 1

SCD LYON 1

# LOCUPLETISSIMI RERUM NATURALIUM THESAURI

ACCURATA DESCRIPTIO,

ET

ICONIBUS ARTIFICIOSISSIMIS

EXPRESSIO,

PER

UNIVERSAM PHYSICES HISTORIAM.

OPUS,

*CUI, IN HOC RERUM GENERE, NULLUM PAR EXSTITIT.*
*EX TOTO TERRARUM ORBE COLLEGIT,*
*DIGESSIT, DESCRIPSIT, ET DEPINGENDUM CURAVIT*

ALBERTUS SEBA,

*ETZELA OOSTFRISIUS,*
ACADEMIÆ CÆSAREÆ LEOPOLDINO CAROLINÆ NATURÆ CURIOSORUM
COLLEGA XENOCRATES DICTUS; SOCIETATIS REGIÆ ANGLICANÆ,
ET INSTITUTI BONONIENSIS, SODALIS.

TOMUS II.




*AMSTELAEDAMI,*
Apud JANSSONIO-WAESBERGIOS,
& J. WETSTENIUM, & GUL. SMITH.

SCD LYON 1

SCD LYON 1

# ERUDITISSIMO DOCTISSIMOQUE

## VIRO

# ALBERTO SEBA

## S. P. D.

# JO. JACOBUS BAIERUS.

QUum primum fama percrebuiſſet, occupatum Te eſſe in deſcribendo, ac per imagines luculentas repræſentando rerum naturalium & rariorum uberrimo apparatu Tuo; dici non poteſt, quanto affectus ſim deſiderio videndi opus illud egregium, quod paulo poſt è tabulis, pro ſpecimine mecum communicatis, ipſamet etiam expectatione mea ſuperius evaſurum facile intelligebam. Complura enim occurrebant, aut nunquam antea, aut perfunctorie tantum ab aliis tradita: In ipſis vero rebus effingendis pictor atque ſculptor, artificio uterque ſummo, de palma contendere videbantur. Quando deinceps integrum Volumen primum opulentiſſimi Tui Phyſiotamei, donatione mihi ſeorſim facta, Noſtræ cumprimis NATURÆ CURIOSORUM ACADEMIÆ perquam honorifice dedicatum accepi, eo maiorem in admirationem traductus ſum, quo maior acciderat dubitatio, utrum ipſius operis ſplendorem, typorumque non minus & chartæ quam imaginum elegantiam; an in conquirendo, ex omnibus orbis terrarum angulis, tanto rerum pulcherrimarum Theſauro, induſtriam Tuam propemodum incredibilem, ac profuſam liberalitatem; an denique ſyncerum DIVINI NUMINIS gloriam, & naturalem hiſtoriam amplificandi ſtudium prædicare magis conveniret? Bene vero, VIR OPTIME, quod laudatorem nactus es inſtar omnium, illuſtrem BOERHAAVIUM, non minus idoneum æſtimatorem, quam ſagaciſſimum ſpectatorem Cimeliorum Tuorum. Hæc ipſa, tametſi curioſis quorumlibet honeſtorum oculis uſurpanda haud invideas, illis tamen merito lubentius concedis, qui ultra vulgus ſapiunt, & non admirari ſaltem oſcitanter, quæ rariora videntur, ſed fines eorundem indagare, & ſingula pios in uſus transferre ſatagunt. Ab iſthoc animo, tam benevolo, unice profectum ſine dubio eſt prudens conſilium, Theſauros Tuos in publicum proferendi, ut abſentibus etiam Naturæ rerum amatoribus ubique terrarum commodare queant. Nimirum recte perſuaſum habes cum PAULO MANUTIO, bonos Viros in doctrinarum genere ita verſari, non ut ſibi tantum vivant, privata delectatione contenti, ſed ut ingenii monumenta relinquere, & poſteritati patere ſuam induſtriam velint. Hoc idem ſibi dictum inprimis reputabunt naturalis ſcientiæ cultores, ad ipſius Rerum Parentis imitationem compoſiti. Etenim, ſapienti elogio SENECÆ, curioſum nobis Natura ingenium dedit, & artis ſibi & pulchritudinis ſuæ conſcia, ſpectatores nos tantis rerum ſpectaculis genuit, perditura fructum ſui, ſi tam magna, tam clara, tam ſubtiliter ducta, tam nitida, & non uno genere formoſa, ſolitudini oſtenderet. Liberalem igitur, paucisque conferendum Naturæ interpretem Te præbes, humaniſſime SEBA,



SCD LYON 1

& monumentum erigis ære perennius, quod poſtera mirabuntur ſecula, cum in hoc genere, ad præſens vsque tempus, nil quicquam iſti æquale, nedum præſtantius comparuerit; adeo cunctos in eodem ſtudio colligendi ac deſcribendi mirabilia Naturæ opera, longe multumque ſuperaſti. Jam non ſuſcipiam comparationem, Tuam inter & aliorum complurium Tui ordinis Virorum curioſas pretioſasque rerum naturalium collectiones, ſed de illis duntaxat, quarum deſcriptiones extant in lucem datæ, hoc auſim profiteri, quod vel maxime omnes in unam digeſtæ, ad Tui operis amplitudinem ac munditiam minime accedant. Glorietur Verona de FRANC. CALCEOLARII, Neapolis de FERRANTIS IMPERATI celebrioribus olim Muſeis, Norimberga noſtra de BESLERIANO, Londinum de PETTIVERIANO; quæ ſingula præclaros habuerunt conditores, PHARMACOPOLAS, omnes tamen procul dubio Tibi facile conceſſuros, ſi ſuperſtites vel unum ſplendidiſſimi operis Tui Volumen conſpicere poſſent. Quanto intervallo poſt Te reliqueris JO. JACOBI SWAMMERDAMMII, Amſtelædamenſis quondam Pharmacopæi, Muſeum, editus eiusdem Catalogus ſufficienti eſt documento. Ne plura commemorem eiusmodi apparatus exempla, minoris adhuc momenti; qualis eſt etiam CORNELII van DYCK Oſteologia, viginti ſaltem diverſorum animantium ſceleta idiomate vernaculo recenſens. Macte autem virtute & induſtria Tua, CURIOSISSIME VIR, atque admonitus ſymbolo Societatis noſtræ, NUNQUAM OTIOSUS! alacriter perge reliquas etiam incomparabilis Theſauri Tui divitias expromere, ab omnibus bonis rerumque gnaris immortalem propterea initurus gratiam! Neque à propoſito Te quicquam abſterreant perverſa paucorum iudicia, eorum præcipue, qui pulcherrima quælibet opera contuentes, non tam attendunt quid laudabile exhibeant, quam nævos odioſe inquirunt, aut, quod plane peius eſt, iisdem affingunt etiam. Huiusmodi obtrectionis malevolæ ſpecimen eſſe iam comperi accuſatam temere confuſionem rerum per Tabulas repræſentatarum; quaſi vero Tu non potuiſſes in digerendis iis artificioſa uti methodo, & non ſatius exiſtimaſſes, iucunda varietate curioſos oblectare ſpectatores, ipſamet præeunte Natura rerum, quæ promiſcue ubivis conſtituit operum ſuorum diverſa genera, ut maiori ſint mortalibus oblectationi, ſæpe etiam uſui. Quod ſupereſt, VIR AMANTISSIME, longiorem vitæ & valetudinis proſperæ uſuram Tibi apprecor, ut, quod tantopere cupis, etiam feliciter poſſis, univerſum nempe Phyſiotameum Tuum, pari qua cœptum eſt elegantia & accuratione divulgando, præclare amplius de publico mereri, & vivens beneque valens percipere laborum atque ſumptuum tantorum fructus, rei ſcilicet laudabiliter confectæ gloriam ſempiternam. Deus Te ſervet! Dab. Altorfi Noricorum, exeunte anno P. C. N. cIↄ Iↄ cc xxxiiii.

DEM

SCD LYON 1

# DEM

# WOHL-EDLEN UND HOCHBERÜHMTEN

## HERRN AUTORI,

# DEM HERRN ALBERTO SEBA,

*zu ſchuldigen Ehren.*

WAnn Gottes Almacht ſich in allen ihren Wercken
Als einem offnen Buch der Welt vor Augen legt;
Da auch die kleineſten uns ſtündlich was bemercken,
Das von des Schöpffers Krafft ein Zeügnüs an ſich trägt:

So ſieht man, leider! doch durch ſo viel tauſend Sachen
Den wenigſten das Hertz ſo wie das Aug gerührt.
Die Schalen weiſz man zwar zu Nutzen ſich zu machen,
Doch bleibt der Kern zurück, der weit was beſſers führt.

Die Creatur gefällt, der Schöpffer bleibt dahinten.
Man ſieht die Wunder an, doch denckt man nicht warum?
Die Urſach deſſen iſt gar leichtlich zu ergründen;
Man ſchaut aus Eigen-Nutz, nicht nach dem Endzweck um.

Daher ſind noch ſo viel Geheimnüſſe verſtecket,
Die Gott in die Natur mit reicher Maas gelegt.
Obwohl ein edler Geiſt bisweilen hat entdecket,
Was zu des Schöpffers Ruhm und Ehrfurcht uns bewegt.

Doch da die Barbarey der alten Zeit verſchwunden,
Da Kunſt und Wiſſenſchafft von Tag zu Tage ſteigt;
So wird noch hier und da ein kluger Kopff gefunden,
Der von gelehrten Fleisz die ſchönſten Früchte zeigt.

Man ſehe GESNERN an, der Schweitzer Preisz und Zierde,
Wie groſſe Wercke Er hat an das Licht gebracht?
Als die Betrachtung Ihn ins Reich der Thiere führte,
Wurd Er als PLINIUS der Teutſchen hochgeacht.

Es prangt BONONIEN mit ſeinem ALDROVANDEN,
Der, wie ULYSSES dort, manch frembdes Reich durchzog,
Damit Er Drach und Schlang in ihren eignen Landen
Beſähe, und den Ort, wo frembder Vogel flog.

Nun ſtellt uns AMSTERDAM auch einen groſſen Kenner
Der Wunder der Natur, den EDLEN SEBA, vor,

 Das

SCD LYON 1

Das dritte Blat am Klee ſo hochberühmter Männer,
Die Fleisz und Wiſſenſchafft hebt bis ans Sternen-Chor.

Das überſchöne Werck muſz ſeinen Meiſter loben,
Die Kunſt dient der Natur, ſtellt alles herrlich für,
Als wann es lebete, hier ſieht man lauter Proben
Von ungeſpahrten Fleisz auf prächtigem Pappier.

Die SERPENTOLOGIE wird Seinen Ruhm vermehren,
So der Gelehrten Zahl Ihn ſchon hat einverleibt;
Auch bey der Nachwelt wird man ſeinen Nahmen hören,
Zo lange Wiſſenſchafft in Wehrt und Ehren bleibt.

FERDINAND JACOB BAIER,

*Med. Doctor, der Keyſerl. Academ. Nat. Cur. Mitglied,* Eugenianus II. *genannt, wie auch Phyſicus zu Nürnberg.*

PRÆ-

SCD LYON 1

# PRÆFATIO AUTHORIS.

*Perverſæ indolis ſit oportet malignique animi Homo, qui negaverit, prægnantibus non modo me rationibus urgeri, ſed & officium id meum vel maxime a me poſtulare, ut Perfectiſſimi atque ter Optimi Naturæ Architecti infinitam gratus deprædicem & venerabundus erga me Clementiam, ſummumque illud præprimis Beneficium, quo & opportunitatem Is mihi viresque dedit, tot & tam prodigioſa, quæ meo continentur Muſeo, Naturæ opera colligendi, & ſtimulum animo fervenſque indidit deſiderium, horumce omnium affectiones & varium ingenium debita attentione inveſtigandi. Inde profecto eſt, quod tandem mecum conſtituerim, collectionis meæ deſcriptionem, & verbis, & figuris æri nitide inciſis, factam, in ſummi Numinis gloriam, proximique emolumentum, evulgare.*

*Quam vero Tomus prior hujus Operis apud eruditos & rerum gnaros meruit, approbatio, tum quæ ab horum nonnullis, & publica per ſcripta, & per privatas ad me literas, tributa ſunt ipſi præconia, ne dicam, quæ ore tenus ſuper eo ad me pervenere; hæc, inquam, omnia tanto me magis incitarunt, cœptum opus ut proſequerer indefeſſus, nec labori parcerem ulli, nec ſumptibus, ad inſtitutum denique, favente Numine, feliciter perficiendum.*

*Alterum ergo hujus Operis, ſive Theſauri Rerum Naturalium, Tomum nunc offero Philophyſicis,* Serpentologiam *qui continet, ſeu vivas imagines, & hiſtoriam omnis generis Serpentum, Viperarum, Lacertarum, & ejusmodi Animalium, tam in Europâ, quam tribus aliis præſertim orbis habitati in partibus, reperiundorum. Quamvis autem nonnullis, qui cum horrore quodam hasce averſantur Beſtias, haud adeo forte ſit placiturus iſte Tomus, ac quidem prior, &, qui ſequentur, bini poſteriores, quorum in Præfatione ad Tomum primum data eſt ſynopſis; attamen haud poterunt illi, niſi cum ſumma admiratione, immenſam, quæ hic datur, formæ, picturæ, aliquorumque ornamentorum, varietatem contemplari; adeoque infinitam ſummi Architecti cum potentiam tum ſapientiam animo humillimo pariter in his agnoſcent venerabundi.*

*Quantum ad datas horumce Animantium deſcriptiones, fuimus ſanè in his multa cum ſollicitudine accurati, ut indolem & adfectiones ſingulorum, mutuasque differentias, quousque aliqua poterant ratione detegi, exactè traderemus. Quum verò & alii plurimi, qui Zoologias conſcripſere, nobis ſuppetant Authores, haud itidem prætermiſimus, ipſos conſulere, eorumque utiliora obſervata huc transferre; libertate interim uſi Philoſophica, errores ab ipſis commiſſos & indicandi, & pro virili corrigendi. Multi namque eorum, neceſſariæ indaginis minus curioſi, non adeo propriis experimentis, quam quidem conjecturis, & anteceſſorum nixi teſtimoniis, ſæpe haud parum hallucinati ſunt, rerumque hiſtorias dedere a veritate quam alieniſſimas.*

*Exempli loco ſit* Ulyſſes Aldrovandus, *Vir cæteroquin Celeberrimus, qui, in Libro de Serpentibus, hasce bifariam diſpeſcit, in apodes nimirum & pedibus inſtructas, aſſerens ſpeciei poſterioris maximas* Draconum *nomine inſigniri. In quo ſane valdopere erraſſe videtur: ſiquidem immanis intercedat differentia Serpentes inter & Dracones, ut inſtituta comparatione nihil fere inter ſe commune habeant, nec niſi admodum improprie Serpentum majoribus Draconis dari queat nomen. Ubinam, quæſo, Serpentes reperiuntur pedibus donatæ? Nonne ſerpunt omnes, & ſuper ventrem ſeſe provolvendo locum mutant? Id, quod in Sacris quoque literis, Geneſ. III,* 14, *diſtincte hisce exprimitur verbis:* Et ait Dominus Deus ad Serpentem: quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animantia & beſtias terræ: ſuper ventrem tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ.

*Serpens dicitur Animal eſſe malignum, ferox, callidum, venenoſum, in cavis arboribus, abditis ſpeluncis, aut ſubterraneis antris deliteſcens, in pulvere ſe volutans atque ſerpens, longo inſtructum corpore. Unde Jobus cap. XXVI,* 13 *Serpentem* longam, tortuoſam, *vocat. Singulari itidem aſtutia novit inſidias ſtruere Homini, relicto latibulo ſuo, prope viam recubans. Geneſ. XLIX,* 17. *Et Sirach cap. XXV,* 23 *ait,* non eſſe caput ſupra caput Serpentum. *Eſt & Serpens Diaboli typus, juxta* 2 *Corinth. II,* 3; *& Apocalypſ. XII,* 9; *XX,* 2;

*Apoc. XX, 2; ubi dubio procul collineatur ad Geneſ. III, 1, quo loco Satanas, ſeductor Evæ, Serpens vocatur. Pervulgata enim eſt opinio, Diabolum, in ſeductione Evæ, formam Serpentis induiſſe. Interea Satanas tamen locis ſupra citatis Apocalypſ. XII, 9; XX, 2, Serpens adpellatur & ob ſingularem & inuſitatam ſuam aſtutiam, Matth. X, 16; & ob lethale, quo nocet, virus, Epheſ. VI, 16; & quia mollis demulcensque Serpentum ſibilatio quodammodo exprimit technas & artificia, quibus ſubdolè Hominem ſeducere molitur Diabolus. Quin Homines quilibet maligni & atroces, tanquam Satanæ filii, venenatis Serpentibus comparantur.*

*Aldrovandus, in genere de Serpentibus agens, ait vocabulum* Serpens *non uno ſemper ſenſu accipi, ſed ſignificare aliquando aut ſub ſe complecti omnia terreſtria Animantia, quæ inter progrediendum ſeſe non elevant, verum juxta ſolum repunt; licet & quadrupeda ſint, ut* Seps *&* Salamandra, *aut & pluribus gaudeant pedibus, uti* Scorpio, Scolopendra, Araneus, *&c. Plinius Salamandras pariter Serpentum titulo donat: quin fuerè nonnulli, qui & Pediculis Serpentis nomen impertierunt.*

*Græci* Herpeſtica *&* Herpeta, *id eſt, Serpentia Animalia, non illa duntaxat adpellarunt, quæ Serpentum inſtar proſerpunt, uti ſunt Lumbrici terreſtres; verum & inſecta, quatuor pluribusve pedibus inſtructa, at tam curtis, ut ferè juxta ſolum repere potius, quam incedere, videantur. Interim vox Græca* Ἕρπειν *proprie illud ſerpere Serpentum indigitat.*

*Serpentes & Viperæ inter* Reptilia, *cujusmodi ſunt Limaces, Erucæ, Vermes, &c. minimè pertinent: de his prolixius in Tomo hujus Operis poſtremo, ſive quarto, agetur. Unde per Serpentem hic potius intelligimus animal ſanguineum, ex ovo natum, absque pedum adminiculo, vi ſola ſuarum coſtarum, & transverſalium imi ventris ſquamarum, reptitans, ſeſe volutans, obtorquens, & proſiliens. Atque pari modo Ariſtoteles & Galenus hæc animalia deſcribunt. Plinius autem* Serpentes *ita dictas pro ſingulari tantum ſpecie habet. At Græcum* Ὄφις, *quod Serpentem Latinis notat, perperam ſanè Viperis adtribuitur, uti, præter alios, Oppiano placuit, differenti de Serpentis cum Muræna conjunctione. Muræna, qui marinus Piſcis eſt, &* Lampetra, Conger, *&* Serpens marinus *vocitatur, Anguillæ formam refert. Earum nonnullæ eleganter pictæ & planæ ſunt, aliæ teretes. Hujusce Tomi Tabul. LXIX & LXX docent, varias earum dari ſpecies. Mas hujusce Murænæ* Myrus *cluit, nec aliâ, niſi congenere cum fœmella ſua, ſeſe copulat.*

*Ut verò ad Serpentes redeamus, notum eſt, ampliſſimum eſſe earum genus, ex variis conſtans ſpeciebus & ſubordinatis familiis, per univerſum orbem diſtributis. Quælibet natio juxta vernaculum illas idioma variis compellat nominibus, quorum tamen plurima idem ferè exprimunt, quod Latina vox* Serpens, *deducta a Græco verbo* Ἕρπειν, *quod ſignificat, absque pedum adminiculo ſerpere, aut & pedibus tam curtis incedere, ut repere potius, quam pedibus ire videatur Animal.*

*Lacertæ, & alia ejusmodi Animantia, quæ quatuor, pluribusve, ſeſe celeriter promovent pedibus, Repentia vocantur.*

*Priſcis vocabula* Coluber *&* Serpens *idem denotabant, eo ſaltem ſub diſcrimine, quod Serpentes domeſticæ ipſis audirent* Colubri, *aquaticæ verò proprie* Serpentes *dicerentur. Serpens mas Latinis etiam* Anguis *vocatur; quia plerumque multos in flexus ſeſe criſpans quaſi coanguſtatur. At vox* Ἔχις *Viperam notat, hujusque fœmella* Ἐχίδνα *cluit.*

*Omnes Serpentes ex ovis generantur, quæ à matre in terram, aut cavas arbores, repoſita, materie villoſâ defenſa, deinceps incubatu excluduntur, calore Solis plurimum huc conferente. Simili ratione ſeſe habet generatio Lacertarum, Salamandrarum, Chamæleontum, Iguanarum, Crocodilorum, Teſtudinum, aliorumque hoc genus Animantium.* Viperæ, *calidioris, quam modo recenſita, temperiei participes, bina quidem, uti* Serpentes *&* Lacertæ, *in ventris cavo utrinque gerunt ovaria, quorum dextrum plurima plerumque ovula continet, fœmellasque forte fundit ſemper ideo maſculis, ex ovario ſiniſtro prodeuntibus, numeroſiores. At vivos edit fœtus Vipera, qui, matris in ventre maturitatem adepti, effracta ovuli teſta, è craſſa ſaltem membrana conſtante, deinceps ſucceſſive prodeunt ſinguli, altero alteri ſubſecuturo viam exitus ſternente.*

*Unde merè fabuloſum eſt, quod Veteres ſtatuerunt, Viperarum fœtus partui maturos, ventre matris perroſo, erumpere.*

*Serpen-*

SCD LYON 1

# PRÆFATIO AUTHORIS.

*Serpentum plurimæ & maxime viroſæ in calidis potiſſimum regionibus naſcuntur: unde in Aſia, Africa, America, utpote ardentiore fere ſub Sole ſitis, quam Europa, admodum luxuriant. Quotannis vero, circa æquinoctium vernale, vernatione funguntur, prius quidem tamdiu labia oris fricando & atterendo, donec in ambitu pellis luxetur ibi & ſecedat, tum autem per medias vepres ſeſe contorquendo, ut laxius ſpolium, ſpinis implicatum, detineatur.*

*Pleniſſima ſane eſt Serpentum hiſtoria fabulis & ſuperſtitioſis narratiunculis, absque ullo judicio conflatis. Haud diffiteor equidem, Serpentum nonnullas malignæ & nocivæ eſſe indolis: at plurimæ tamen earum ſpecies ne hilum quidem noxæ inferunt. Morſu interim vel tum præcipue nocent, quando uncinatis ſuis dentibus acutiſſimis tendinem aut nervulum pungunt atque dilacerant; unde mox oritur inflammatio latè proſerpens, niſi ocyſſime præſto ſint remedia illi prohibendæ aut ſiſtendæ adpropriata, de quibus plura dicemus ſub ipſa horumce Animantium deſcriptione.*

*Teſte Æliano prægrandibus valde turget Inſula Hiſpaniola Serpentibus, quas tamen mites eſſe, nec Homini quidquam inferre noxæ, aliunde compertum habeo. Sunt, quæ dentibus, hinc vi mordendi carent: aliæ cœcutiunt, utpote oculis quidem inſtructæ, at denſa tunica tectis; dum aliæ penitus viſu privantur, ne veſtigia quidem oculorum monſtrantes, interim tanto ſagaciore olfactu præditæ. Aliæ contra acutiore gaudent, aliæ hebetiore oculorum uſu. Aliis ignei quaſi, prægrandes, ſunt oculi, aliis minuſculi, cœruli, aliis verò rubicundi. Dicuntur Serpentes apertis dormire oculis; quod tamen vix crediderim, expertus quippe, ipſas claudere & aperire poſſe oculos pro lubitu. Cæterum cum Lacertis multum conveniunt Serpentes, excepto, quod cruribus illæ pedibusque inſtructæ, hoc reſpectu Salamandris magis ſint adfines.*

*Plurimi priſcorum temporum populi, uti Ægyptii, Arabes, Troglodytæ, aliique, Viperas maximi habuerunt, ut* Aldrovandus *in Hiſtoria Serpentum & Draconum, Lib. I, narret, ipſos pellem vivis his Animantibus detractam, ſiccatam, in pollinem comminutam, quibuslibet cibis immiſcuiſſe, non utilis duntaxat nutrimenti gratia, ſed ut quæcunque noxia, forte alimentis inhærentia, hoc quaſi antidoto enervarent, maligna temperarent, ſeque ab omni ægritudinum injuria defenderent; & hinc factum eſſe, ut vitam in ſummum usque ſenium protraxerint.*

*Viperarum contuſarum pulverem frequenti hodiedum in uſu eſſe, ſatis conſtat: utrum vero vitæ Humanæ is ſufficiat prolongandæ, id equidem unius alteriusve Hominis exemplo comprobari firmiter haud poteſt; ſed experimenta in pluribus forent capienda. Quin & prius requiritur cognitum, an Viperarum noſtratium par ſit virtus, ac de ſupra memoratis exteris regionibus petitarum: quod ego quidem omnino crediderim; at negabunt Itali, noſtras ſuis poſtpoſituri Viperis, quarum numeroſo admodum proventu gaudent. Infinita ſanè Dei Providentia habitatæ cuivis regioni impertita eſt largiſſime, quidquid ad ſuſtentandam Hominis & vitam & ſanitatem deſideratur, modo ſedulus id ipſe inveſtiget.*

*Verum è diverticulo in viam. Aldrovandus in libro ſupra citato, pag.* 8, *aſſerit, Lacertas, pedibus exceptis, cætera ferè penitus ſimiles eſſe Serpentibus: in quo tamen falli videtur: ſiquidem utriusque ſpeciei ſceleta inter ſe collata magnam profecto monſtrent differentiam. Linguæ interim Lacertarum illis Serpentum & Viperarum non abſimiles ſunt, utpote omnes bifidæ, & in cuſpidem deſinentes. Quin & æquè in Lacertis, ac Serpentibus, Tracheæ hiatus ſupra linguam conſtitutus eſt.* Gekko *animalia, Salamandræ, Iguanæ, tum & quædam Lacertarum ſpecies, Salamandris propiores, lingua gaudent craſſa, lata, & brevi. Porro nec hisce in Animantibus Epiglottis conſpicitur Laryngis hiatui adſidens, uti quidem alii ſtatuerunt; ſed potius, quod in tertia, aliisque deinceps Tabulis hujusce Tomi demonſtrabitur, Tracheæ canalis libere apertus recta ad Pulmones deſcendit: valvula enim ſi clauderetur, ſub deglutitione offæ grandioris præfocaretur Animal.*

*Capita Lacertarum viventium Serpentinis ſimilia quidem videntur; at parte oſſea multum diſcrepant: unde eorum à Plinio & Aldrovando data deſcriptio minus genuina eſt. Quin capita Serpentum in variis ſpeciebus, pro magnitudinis & formæ diverſitate, inter ſe differunt. Aliis certè caput eſt elongatum, brevius aliis, aliis latum, aliis in acumen convergens, aliis maxillis admodum protuberantibus conſpicuum. Viperis verò planum plerumque caput eſt, forma*



SCD LYON 1

*ma tamen iterum & coloribus varium, album, nigrum, rubrum, luteum, viride, cœruleum, purpureum, aut miſtura elegante verſicolor.*

*Authorum quidam Serpentibus atque Viperis indiſcriminatim, æquè ac aliis Animantibus, omnium adtribuunt ſenſuum organa, nares ad olfactum, oculos ad videndum, aures ad auditum, &c. qua tamen in re dubio procul hallucinantur. Serpentium ſanè nonnullæ carent naribus, aliæ oculis, ſurdæ ſunt aliæ, &c. adeoque ſenſibus quibusdam carent. Quantum ad internas Serpentium, Viperarum, Lacertarum, Salamandrarum, Crocodilorum, &c. partes, quocunque has modo in fine præſertim hujusce Tomi dabimus deſcriptas.*

*Inſuper hic animadvertimus, Bruta ratione carentia, pro ſuo quodlibet modulo, facultate quidem inſpirandi aërem, tum & ore & lingua gaudere ad producendum ſonum comparatis, &c. at quandoquidem mentis carent intelligentia, hinc ſonos quoque edunt minus articulatos, haud intelligibiles, nec literis probe exprimendos. Unde eſt, quod nec laudes in ullum, neque calumnias queant effundere. Inter Aviculas tamen multæ ſunt, quæ ſuum ſuo modo Conditorem prædicant, ſuavique vocis modulatione, uti ſatis innoteſcit, extollunt, cujusmodi ſunt Alaudæ, Luſciniæ, Canariæ, plurimæque aliæ, pro ſua quævis indole, oſcines. Soli Deus Homini intelligentem dedit animum, & facultatem loquendi, vocesque articulatas proferendi, diſtinctè intelligendas, literisque exprimendas; idque eum potiſſimum in finem, ut ſuo ille Conditori encomia debitasque referret gratias pro immenſo amore, clementia, innumerisque beneficiis, quæ ipſi, præ aliis creaturis, vario reſpectu obtigerè. Eos hinc, qui hoc exſolvere tributum negligunt, aut, quod ſibi incumbit, officium torpidi exſequuntur, ipſa etiam pudore afficiunt Bruta, quæ ſane Benefactoribus ſuis omne præſtant paratiſſima ſervitium, moremque gerunt Heris obſequioſiſſima, nulli ſe ſubducentia labori, modo prius illi adſueverint. Neque de cicuribus id duntaxat intellectum velim, uti ſunt Equi, Aſini, Boves, & ſimilia: quin & feræ Beſtiæ, Elephantes, Leones, Cameli, Tigrides, Urſi, eousque per famis & ſitis tolerantiam, per minas & verbera, manſueſiunt, ut metu primum gravioris pœnæ, tandem vero & incoacta Heri imperio ſe ſubmittant, agnorumque inſtar Duci pareant.*

*Quidam Veterum Scriptorum, uti* Theodoretus, Ariſtoteles, Arnobius, Lucanus, *aliique, memorant, Serpentium nonnullas, præcipue vero Aſpidem, perquam ſuaves modulari cantus, è longinquo etiam audiendos, horumque ſonis repercuſſis voce ipſas altiore reſpondere: qua de re plura dicentur ipſo in Opere, ubi de his Serpentibus ſermo erit.*

*Multa pariter de Baſiliſco fabulantur & Veteres, & Recentiores, uti* Feſtus, Abenſina, Grevinus, Nicander, Galenus, Albertus, Euſebius, Solinus, Lucanus, Aëtius, Cardanus, Ambroſius, Dioscorides, Cluſius, *aliique, discrepantes interim quam maxime inter ſe circa ejus deſcriptionem; quæ ſola ſane narrationum diverſitas abunde docet, illorum neminem unquam ejusmodi Animal vidiſſe.* Plinius, *Hiſtor. Natur. lib. VIII, cap.* 21, *tum* Ælianus *in Hiſtor. Animal. lib. VII, cap.* 1, *Baſiliſcum tanquam Serpentem volantem deſcribunt, tam diro turgidam veneno, ut ſolo adſpectu Hominem & Animans quodcunque vivum enecet.* Aldrovandus *ejusce iconem exhibet, qua repræſentatur Beſtia, octo pedibus, veluti Gallinaceis, inſtructa, capite Galli domeſtici æmulo, cum pendulis ſub roſtro adunco binis pectunculis, & inſidente capitis vertici eminentiori corona quaſi criſtata; tum dorſo in gibber curvato, magnis ſquamis tecto, caudaque pariter ſquamata, Lacertarum caudam referente. At fictitia videtur eſſe tota hæc figura. Et profecto non ſuis duntaxat Lectoribus, ſed ipſi quoque Creatori injuriam faciunt minus excuſabilem, qui non verentur, inanes ejusmodi Chimæras, nusquam in orbe, niſi in ipſorum phantaſia, exiſtentes, ut veras proponere, proprioque nomine inſignire.* Samuel Bochart in Hierozoico, Lib. III, pag. 399, *Baſiliſcum, ſive Regulum Tſepha aut Tſiphoni, ait, à Chaldæis vocari* Hurman, *ab Arabibus* Harmene Sin, & Sad, *tum &* Saphaa, *pluresque alias denominationes eſſe ſortitum. Ægypti, Lybiæ, & Cyrenes incolæ ſuo idiomate eum* ΟΥΒΑΙΟΣ *adpellant. Arabicum tamen illud nomen Harmene non Baſiliſcum duntaxat, ſed & Serpentem ſignificare dicunt, at talem, quæ ſurda ſit & obſtructis auribus, à Latinis* Sibilus *vocata.*

*Sacræ equidem literæ* Eſaiæ cap. XI, 8, *Viperarum & Baſiliſcorum injiciunt mentionem: verum*

SCD LYON 1

*verum ſenſu hæc typico intelligenda ſunt, uti & quæ extant Eſaiæ XIV, 29, & Jerem. VIII, 17; qui ſanè ultimus locus hieroglyphicam manifeſte prodit ſignificationem, dum Propheta dicit:* Ecce, ait Dominus, mittam ego vobis Serpentes & Baſiliſcos, in quos nulla eſt incantatio.

*Baſiliſcus ergo propriè Vipera eſt malignisſimæ indolis, veneno morſu, aut adſlatu, communicato nocens Homini. Quadrat hinc optime in Homines malitioſos, quod legitur apud Eſaiam cap. LIX, 5:* Ova Baſiliſcorum excludunt, & telas texunt Aranearum: qui comederit de ovis eorum, moritur, & ſi diffringitur, erumpit Vipera.

*Viperis atque Serpentibus acrior eſt & admodum bilioſus ſanguis; ſiquidem variis veſcantur animalibus immundis & venenatis, Lacertis, Buſonibus, Araneis, Gliribus, Muribus, Ranis, Erucis, Scarabæis, Muſcis, &c. cujus generis varia in ipſarum ventriculis ſæpe offendimus. Chylus igitur, ex ejusmodi ingeſtis paratus, non poteſt non valde acer eſſe & bilioſus: quum digerens earum venter omnia in ſpurcum fœtidumque convertat ichorem; cujus dum pars craſſior alvo rurſus excernitur, ſubtilior interim, & maxime ſpirituoſa in ſanguinem migrat, vitalem hujus circulum ſuſtentatura. Sunt & alia quædam Animantia, quorum ſtomachus ingeſti totam materiem digerendo colliquefacit, utpote adjutus Felleo humore, multo, quam in aliis, acriore & calidiore. Quin ipſæ Aves tam minores, quam majores, pungentem atque valde acidum in ventriculo ſuo ſuccum gerunt, ingeſta penitus diſſolventem. Nam & hæ venenatis inhiant animalibus, quibus pro ſuo quælibet virium modulo capiendis pares ſunt: minuſculæ nimirum Araneas, Culices, Muſcas, Vermes, Erucas, & ejusmodi, inſectantur; majores vero Araneis majoribus, Erucis, Limacibus, Buſonibus, Ranis, Lacertis, Viperis, Serpentibus, &c. ſeſe nutriunt, prout quotidie experiri licet in Ciconiis, Ardeis, Gallinis, &c. quæ integra non ſolum Animalia viroſa, ſine noxa, deglutiunt, ſuoque in ſtomacho digerunt, ſed vel lapillos etiam, conchas, calcem, & arenas, conquirunt, latranti ut ventriculo ſatisfaciant.*

*Haud pauci Authorum, quos inter eſt* Athanaſius Kircherus, *& alii, ſtatuunt, Viperas, Serpentes, Lacertas, Buſones, Araneas, & alia hujus farinæ, eſſe venenoſa. At contra docet obſervatio, iis toxici ineſſe nihil: quum alioquin, quæ his veſcuntur, Animalia inde noxam forent, ipſamque mortem paſſura. Unde concludimus, vulnera ab illis, morſu, punctione, aut alio quovis modo, inflicta, ex ſe minime venenata eſſe. At vero, ſicubi laceſſita vindictam vulnere inflicto ſumunt, Bilemque, ut in iracundis quoque Hominibus obtingit, turgentem aut expreſſam, una cum ſaliva, in factum vulnus effundunt, ut hinc contagio fiat; tum equidem, præſertim Nervo aut Tendone læſo, ſubita naſcitur inflammatio, cui dein fomitem ſuggerit accedens metus, imaginatio, &c. unde exacerbatur malum, & funeſto ſæpe eventu terminatur. Nonne Nigritæ, aliique Indiæ Occidentalis incolæ, menſarum inter delicias reponunt Serpentes, coctas, aſſas, aliisque modis pro cujuslibet guſtu præparatas? Neque tamen inde male habent.*

*Hæc ſufficiant dicta in ſpecie de Serpentibus, Viperis, & Lacertis. Reſtat, priusquam finem imponamus huic Proœmio, quædam ut in genere de Brutis Animantibus etiamnum commemoremus.*

*Latet neminem, varia eorum eſſe genera, hæcque rurſus in varias dividi ſpecies atque familias. Judæi, ſecundùm Sacram Scripturam, Geneſ. I, in genere quatuor eorum claſſes faciunt, quarum*

I. *Quadrupeda complectitur.*
II. *Aves.*
III. *Reptilia.*
IV. *Piſces.*

*At Phyſici alias ſubſtituunt diviſiones, quæ tamen eòdem recidunt. Quum igitur exactior nulla nobis videatur poſſe fieri ſeries, quam quæ à D.* Charletono *eſt exhibita, hujusce hinc conſpectum hoc loco dabimus, eò quidem lubentius, ſiquidem & D.* Rajus *in* Synopſi Animal. p. 60 *eandem adoptaverit.*



SCD LYON 1

*Animantia ergo bruta, ratione carentia, ſunt*

1. Terreſtria.
2. Aquatilia.
3. Aëria.

*Qantum ad Terreſtria; hæc iterum dividuntur in*

1. Quadrupeda. 2. Multipeda. 3. Apeda.

*Quadrupeda denuo ſunt vel*

1. Μονόχηλα, *i. e.* Solidipeda, *pede nimirum ſolido donata, uti Equus, & alia.*
2. Δίκηλα, *i. e.* Biſulca, *quibus ungula bifida eſt, ut Boves, &c.*
3. Πολυδάκτυλα, multifida, *ſeu* multipliciter digitata, *quibus pes in multos finditur digitos, prout in nobis & manus & pedes in plures digitos abeunt.*

*Binas priores ſpecies,* Solidipedum *nimirum &* Biſulcorum, *utpote ad noſtrum hic inſtitutum minus ſpectantes, præteribimus, ultimæ ſaltem* Multifidorum *claſſis generaliores differentias proſecuturi. Sunt hæc vel*

1. Σωότοκα, *Vivipara, ſeu vivos excludentia partus. Vel*
2. Ωότοκα, *Ovipara, quæ ova pariunt, poſtmodum incubatu excludenda.*

*Priora iterum ſunt* 1. Fera. 2. Domeſtica. 3. Dubia, *ſeu inter fera, & domeſtica, media.*

Fera *vel ſunt* prorſus indomita, *uti Leones, Tigrides, Urſi, &c. vel* paulò manſuetiora; *ſiquidem, corpore donata minore, facilius cicurari & tractari queant. Uti ſunt Simii, Canes, Feles, Cuniculi, &c.*

*Quantum ad* Ovipara, *ſunt hæc vel*

1. *Cute ſequaciore veſtita; vel* 2. *Teſta duriuſcula. Inter priora recenſentur Ranæ, Bufones, Lacertæ, &c. Inter poſteriora, Teſtudines, Armodilli, Crocodili, &c. quorum variæ denuo reperiuntur ſpecies.*

Apeda, *ſeu pedibus deſtituta, à Græcis* Ἑρπετα *vocantur; quia vel penitus Apeda ſuper ventrem reptant, vel pedibus tam curtis gaudent, ut repere potius, quam greſſum facere videantur.*

*Hæc rurſum dividuntur ratione medii, in quo vivunt, in* 1. Terreſtria. 2. Aquatilia, *ſive in aquis natantia; ſiquidem natatio quodammodo reptatum referat.*

*Ut verò ab hiſce generalioribus ad illas tandem perveniamus diviſiones, quarum in Opere hoc noſtro potiſſimus erit uſus, neceſſum eſt convertamur rurſus ad Serpentes & Viperas, quarum quidem numeroſam adeo & conſummatam congeriem, ac nos heic dabimus, quantum ſcio, hactenus nullo in Muſeo licuit ſpectare.*

*Præprimis itaque notandum eſt, Serpentem Animans eſſe Pulmone reſpirans, at uno tantum Cordis ventriculo inſtructum. Corpus ejus plerumque valde elongatum eſt, glabrum, gracile, ſquamis veſtitum, pedibus deſtitutum. Temperie porrò frigida gaudet, & longo tempore ſine cibo ſupereſſe poteſt. Quamvis autem Serpens per fiſtulam Pulmonalem reſpiret; haud tamen, pro more Hominum & aliorum Animantium, indeſinenter reciprocata fungitur aëris adductione & expulſione; ſed ſemel inſpiratum aërem diu in ſe detinet: quum mora longior requiratur, ut per prolixum ejus corpus undique diffundi is queat. Quin temperiei frigidæ eſt hoc Animal, nec niſi pauco vivit lenique intus calore, qui nec aëris multum ad ſui ſuſtentationem exigit, nec eum cito diſſipat. Unde & in frigidioribus quoque oris per ſemeſtre fere ſpatium, ſine ullo pabulo, tanquam ſemimortuæ, ſub terra, ſuperſtites deliteſcere poſſunt Serpentes; prout egomet ipſe experiundo didici. Calor internus, viſcoſis detentus humoribus, haud diſſipatur; uti ignis cinere ſepultus quam diutiſſime gliſcit.*

*Per totum, qua late patet, terrarum orbem reperiuntur Serpentes; hæcque univerſalis earum diſtributio ſingularem ſanè meretur adtentionem. Neque enim Bruta reliqua ſic ubivis dantur, dum alia ſaltem in Orientalibus, alia in Occidentalibus, alia in Meridionalibus, vel Septentrionalibus*

SCD LYON 1

*nalibus mundi plagis duntaxat naſcuntur. At Serpentum plaga omnis ferax eſt. Sunt & innumera earum genera, atque ſpecies, magnitudine, colore, pictura, affectionibus, &c. mirùm inter ſe discrepantes pro vario climate & ſolo natali. Inde quidem intellectu facile eſt, ſpecies regionibus calidis proprias & majores eſſe, & ſemet multiplicare magis, quam frigidarum orarum incolas. Præterquam enim quod in vaſtis ibi ſylvis, deſertis, atque montibus, copioſo gaudeant alimento, locisque tutis, in quibus, absque impedimento, ſpeciei perennandæ vacare poſſunt, ipſa etiam Aëris calidior temperies eò quamplurimum confert. Unde Aſiaticæ, Africanæ, & Americanæ magnitudine longe antecellunt Europæis: Europa enim & Aëre & Solo gaudet frigidioribus; unde & Serpentes, & inſecta alia, multo contractiora, graciliora, macilentiora, ibi ſunt, quam in Aſia, Africa, & America, ubi non interruptus calor vigorem & incrementum eorum mirè promovet; ut loca hæc veluti ſeminaria aut vivaria ſint. Animantibus hisce à Creatore conſtituta, in quibus commorari tuto, & ſemet oblectare queant.*

*Ut vero pateret eò magis, quantopere per orbem univerſum diſſeminata ſit Serpentum familia, curavimus ingentem earum, quas noſtro in Muſeo aſſervamus, numerum tabulis æneis incidi, ſingularumque, pro variis, unde delatæ ſunt, regionibus, deſcriptionem addidimus. Ita clarè innoteſcet, quod modo diximus, nullam fermè telluris plagam iis expertem eſſe. Quantumvis interim diffuſiſſimæ ſint, commodè tamen bina ad capita omnes referri poſſunt; ſcilicet ad* indigenas & exoticas. *Ut igitur juxta hancce dichotomiam quam citiſſime inveniri poſſent, en! Catalogum confecimus, in quo & Tabula, & Numerus, qui cujuslibet figuram exhibet, adſignantur.*

*Nuspiam plures me videre memini obſervationes de Serpentibus & Viperis commemoratas, quam in* Joh. Buſtamantini *libris ſex de Animantibus & Reptilibus Sacræ Sripturæ.*

*Serpentes* Exoticæ *in quatuor abeunt claſſes, pro recepta orbis terraquei partitione in Aſiam, Americam, Africam, & Europam.*

*Inter* Aſiaticas *recenſentur omnes, quæ in Indiis Orientalibus natæ, generali ſub titulo Orientalium hoc in Opere deſcribuntur.*

Americanis *adnumerantur illæ, quæ ex Indiis Occidentalibus provenientes hoc ſub nomine à nobis commemoratæ extant.*

*Ad* Africanas, *quæ plerumque etiam* Indicæ Occidentales *vocantur, illæ ſpectant, quas ſub titulo generali Africanarum deſcripſi.*

Europæis *pariter ab Europa nomen dedi, licet quædam earum ſpecies in his, aliæ in aliis Europæ regionibus duntaxat inveniantur.*

*Ex his igitur manifeſtum eſt, Serpentium generationem in quibuscunque telluris noſtræ partibus fieri, earumque genus univerſim diſtributum eſſe. Jam demum, in uſum Curioſorum, catalogum exhibebimus Serpentium præcipuarum, ex quatuor mundi plagis depromptarum, quæ hoc in Tomo hujusce Operis repræſentantur: initium facient Europææ, de quibus tamen, utpote minus raris, ſatque notis, haud multa commemoramus.*

## EUROPA.

| | |
|---|---|
| Ovula Serpentis cum fœtu. | Vid. Tab. I |
| Anguiculus indigenus. | *ibid.* |
| Serpens Ophis, noſtras. | IV |
| —— Serena, ex Sicilia. | V |
| —— vulgaris, Germanica. | XLVII |
| —— ex montibus Patavinis, Italica. | XLVIII |
| —— noſtras, præpinguis, diſſecta. | CVI |
| —— Germanica, quæ cute ſpoliata. | *ibid.* |

## ASIA.

| | |
|---|---|
| Serpens *Duberria*, ex Ceilon. | Tab. I |
| —— *Scytala*, ex Ambon. | II |
| —— *Jaculus*, ex Ambon. | VII |
| —— *Amphisbæna*, ex Ambon. | *ibid.* |
| —— *Myophagus*, ex Ceilon. | VIII |
| —— *Tatu*, ex Ceilon. | XI |
| Serpens *Dipſas*, ex Ambon. | Vid. Tab. XIV |
| —— *Cæcilia*, ex Ceilon. | XVIII |
| —— *Æsculapii.* | *ibid.* |
| —— *Ceraſtes*, ex Siam. | XIX |
| —— *Apachykoatl*, ex Ambon. | XX |
| —— *Acontias*, ex Ambon. | XLIV |
| —— *Carowala Murina*, ex Ceilon. | XLV |
| —— *Petola*, ex Ambon. | XLVI |
| —— *Cenchrus*, ex Babylonia. | LII |
| —— *Malpolon*, ex Ceilon. | *ibid.* |
| —— *Scolapax*, ex Arabia. | XXXIX |
| —— *Boyuna*, ex Ceilon. | *ibid.* & LXXXIII. |
| —— *Malpalon*, ex Ceilon. | *ibid.* |
| —— *Æhetulla*, ex Java. | LIII |
| —— *Maraſſus*, ex Arabia. | LV |
| —— *Hæmachates*, ex Japan. | LVIII |
| —— *Tlehua*, ex Inſula Celebes. | LIX |
| —— *Noja*, ex Siam, ſeu *Cobra de Capello.* | LXXXIX & XC |
| —— *Cenchrias*, ex Ambon. | LXXII |



SCD LYON 1

| | |
|---|---|
| Serpens *Dryinus*, ſeu *Chelydrus*. | Vid. Tab. LXXII |
| —— *Ammodites*, ex Ceilon. | LXXVI |
| —— *Ana Candaja*, ex Ceilon. | LXXXIII |
| —— *Polonga*, ex Ceilon. | CI |
| —— *Pimberah*, ex Ceilon. | XCI |
| —— *Bitin*, ex Ceilon. | XCIII |
| —— *Manballa*, ex Ceilon. | XCIX |
| —— *Lamanda*, ex Java. | CIV |
| —— *Apamea*, ex Syria. | C |
| —— *Boiquatrara*, ex Ambon. | LXXXII |
| —— *Ibibobaca*, ex Arabia. | CIII |
| —— *Teuthlacot-Zauphui*. | CLVI |
| —— *Zeboa*. | LXXVIII |
| —— *Ammobates*. | *ibid.* |
| —— *Kippos*. | *ibid.* |
| —— *Asmodæus Princeps*, ex Japan. | LXXIX |
| —— *Bojobi*, ex Ceilon. | LXXXI |

## AFRICA.

| | |
|---|---|
| Serpens *Dipſas*, ex Barbaria. | Vid. Tab. XIV |
| —— *Argus*, ex Guinea. | XXIII |
| —— *Medulcum*, ex Guinea. | XLIX |
| —— *Amodytes*. | L |
| —— *Bochier*, Ægyptiaca. | XXXVIII |
| —— *Hippo*. | LVI |
| —— *Conger*. | LXIX |
| —— *Bayhapua*. | LXXXII |
| —— Canorus, Cæcubus. | LXXXII |

## AMERICA.

| | |
|---|---|
| Serpens *Xequipiles*, ex Guatimalo. | Vid. Tab. I |
| —— *Cobella*. | II |
| —— *Dipſas*. | *ibid.* |
| —— *Ibiboboka*, ex Braſilia. | VI |
| —— *Theona*. | VI |
| —— *Cencoatl*. | XVI |
| —— *Coyuta*. | *ibid.* |
| —— *Tamandua*. | XLVII |
| —— *Apoa*, ex Braſilia. | LI |
| —— *Guacu*, ex Braſilia. | *ibid.* |
| Serpens *Tamachia*. | Vid. Tab. XXVIII |
| —— *Bitin*, ex Mexico. | XXX |
| —— *Ammodytes*. | XXXI |
| —— *Echis*. | XXXVI |
| —— *Echidna*. | *ibid.* |
| —— *Chelydrus*. | XL |
| —— *Bojobi*. | XLI |
| —— *Ibirakua*. | *ibid.* |
| —— *Molnros*. | *ibid.* |
| —— *Lyrica*, vel *Taenia*. | XLII |
| —— *Lurus*, ex Martinica. | LIII |
| —— *Mangonizo*, ex Inſula Cuba. | *ibid.* |
| —— *Æſculapii*, ex Panama. | LIV |
| —— *Chiamella*. | LXI |
| —— *Petlacoatl*, ex Mexico. | LXIII |
| —— *Xaxalhua*. | LXIII & LXXVII |
| —— *Acontius*. | LXIV |
| —— *Cobra*, ex Braſilia. | LXVIII |
| —— *Caracara*, ex Braſilia. | *ibid.* |
| —— *Excetra*. | *ibid.* |
| —— *Argoli*. | LXVI |
| —— *Æſculapii verus*, ex Braſilia. | *ibid.* |
| —— *Floſculus*, Surinamenſis. | LXVII |
| —— *Boitiapo*. | LXXXVII |
| —— *Cobra de Corais*. | LXXI |
| —— *Sepedon*. | LXXIII |
| —— *Petola*. | *ibid.* |
| —— *Hikkanella*. | LXXV |
| —— *Duberria*. | *ibid.* |
| —— *Moculo*. | *ibid.* |
| —— *Cora Coras*. | *ibid.* |
| —— *Petzcoatl*, ex Mexico. | LXXXIV |
| —— *Pela*. | *ibid.* |
| —— *Depone*, ex Mexico. | XCII |
| —— *Temacuilea Huilea*, ex Mexico. | XCVIII |
| —— *Tetzauhcoatl*, ex Nova Hiſpania. | LXXX |
| —— *Guadalajara*, ex Mexico. | C |
| —— *Miguel de Tucuman*. | *ibid.* |
| —— *Jacua-Acanga*, ex Braiſila. | CII |
| —— *Quanquecholla*, ex Mexico. | LXXVII |
| —— *Atalígato*, ex Mexico. | *ibid.* |
| —— *Crotalophora*. | XCV |
| —— *Tetrauchoatl Tleoa*. | XCVI |
| —— *Macacoatl*. | LXXIX |
| —— *Tojuqua*. | CV |

*In coronidem Præfationis hujusce ſequentes ſubjungemus verſiculos, in gloriam Supremi Numinis, a quo uti creata ſunt, ita ſtupendis omnia conſervantur modis, concinnatos.*

Quidquid creavit Numinis potens manus,
Fluxisque Vitæ gliſcere fecit ignibus,
Suam perennat id ſpeciem propagine
Sibi pari, ejusdemque Vitæ compote:
Dum Terra mater omnium communis eſt,
Quæ ſingulari ſperma fœtum ſpiritu,
Humore & igne cœlitus datis, fovet,
Viresque, propriumque Vitæ pabulum,
Cuivis miniſtrat arte tam mirabili,
Horum ut adtentus ſpeculator undique
Dei potentis omnia Providentiam
Palpet ſtupeſcens, alma tot viventium
Accommodatis quæ ſpecies nutrit cibis,
Ad usque fixos ut ſuperſint terminos.

PRÆ

SCD LYON 1

# PREFACE
# DE
# L'AUTEUR.

JE ne doute pas que toute perſonne raiſonnable ne convienne avec moi, que mon devoir & de très fortes raiſons doivent me porter à remercier l'Auteur de la Nature de toutes les faveurs qu'il m'a faites, & à lui temoigner ſur-tout ma profonde reconnoiſſance de tant de bienfaits dont il m'a comblé. C'eſt cet Etre infiniment bon & infiniment parfait qui m'a procuré les moyens de raſſembler toutes les productions admirables qui ſe trouvent en ſi grand nombre dans mon Cabinet. C'eſt lui qui m'a donné les forces dont j'avois beſoin dans cette occaſion. C'eſt à lui enfin que je ſuis redevable de l'ardeur avec laquelle j'ai fait toutes les recherches néceſſaires pour cette entrepriſe, & de l'attention avec laquelle j'ai examiné la nature & les proprietés de tant de Merveilles. Après toutes ces conſiderations, j'ai cru ne pouvoir me diſpenſer, tant pour la gloire de Dieu que pour l'avantage du Public, de donner la deſcription de toutes ces choſes, & d'y joindre en même tems de belles Figures qui les repréſentaſſent au naturel.

L'approbation que les Savans & les Connoiſſeurs ont donnée au prémier Tome de cet Ouvrage, l'éloge que quelques-uns d'entre eux en ont fait tant dans des Ecrits publics, que dans les Lettres particulieres que j'en ai reçues moi-même; ce qui m'a été communiqué de vive voix à ce ſujet; tout cela, dis-je, m'a encouragé à continuer ce travail, & à n'épargner ni peines ni dépenſes pour terminer heureuſement, avec l'aide de Dieu, cette entrepriſe.

Voici donc le ſecond Tome de cet Ouvrage, que je préſente aujourd'hui aux Amateurs de l'Hiſtoire naturelle, & qui contient la *Serpentologie*, ou les figures & la deſcription de toutes ſortes de Serpens, de Viperes, de Lézards, & autres animaux de cette eſpece, qui ſe trouvent en Europe & particulierement dans les trois autres Parties du Monde. Ceux qui ne peuvent jetter les yeux ſur ces ſortes d'animaux ſans en concevoir quelque horreur, trouveront peut-être ce Tome moins agréable que le précédent & que les deux qui paroitront dans la ſuite, & dont nous avons déja donné le plan dans la Préface qui eſt à la tête du prémier Volume. Mais ces mêmes perſonnes ſeront d'ailleurs ſurpriſes d'admiration, en conſiderant la grande varieté de figures & de couleurs, & pluſieurs autres beautés de cette nature que l'on remarque ici; & elles ne pourront par conſéquent ſe diſpenſer de reconnoitre avec humilité & reſpect la ſageſſe & la puiſſance infinie du Créateur.

Quant aux deſcriptions de ces Animaux, nous n'avons rien négligé pour les donner avec toute l'exactitude poſſible, en marquant avec ſoin la nature, les proprietés & toutes les différences que nous avons pu y découvrir. Nous avons auſſi conſulté pluſieurs Auteurs qui ont traité de l'Hiſtoire des Animaux, & pour profiter de leurs Obſervations nous avons tranſcrit tout ce qu'ils nous ont laiſſé de meilleur ſur ce ſujet. Nous avons même fait quelque choſe de plus à cet égard, ayant pris la liberté de marquer & de corriger, autant qu'il a été en nous, les erreurs dans leſquelles ils ſont tombés. Il s'en trouve en effet pluſieurs d'entre eux qui ſe ſont trompés lourdement & qui nous ont donné des hiſtoires très contraires à la vérité, ſoit faute d'avoir fait les recherches néceſſaires, ſoit pour s'être repoſé beaucoup plus ſur la foi & les conjectures de ceux qui les avoient précedé, que ſur leurs propres expériences.

Prenons pour exemple *Ulyſſe Aldrovandi*, Auteur d'ailleurs très celebre, qui, dans ſon Livre des Serpens, partage ces Animaux en deux claſſes, dans l'une deſquelles il met ceux qui ont des pieds, & dans l'autre ceux qui n'en ont point, aſſurant qu'on donne le nom de *Dragon* aux plus gros de la premiere eſpece. Mais il paroît que ce Naturaliſte ſe trompe à cet égard d'une maniere étrange, puiſqu'il y a une différence énorme entre les Serpens & les Dragons. En effet, lorſqu'on en fait le parallele on ne leur remarque preſque rien de commun, & ce n'eſt que très improprement qu'on peut donner le nom de Dragon aux plus gros d'entre les Serpens. Où ſe trouve-t-il, je vous prie, des Serpens avec des pieds? Ne rampent-ils pas tous, & ne ſe roulent-ils pas ſur leur ventre lorſqu'ils changent de place? C'eſt auſſi ce qui eſt remarqué d'une maniere très diſtincte dans l'Ecriture, *Geneſ. I.* 14. en ces termes: *Alors l'Eternel Dieu dit au Serpent: Parce que tu as fait cela, tu ſeras maudit ſur tout bêtail, & ſur toute bête des champs: tu chemineras ſur ton ventre, & mangeras la pouſſiere tous les jours de ta vie.*

Le Serpent eſt regardé comme un animal méchant, féroce, ruſé, & venimeux, qui a le corps long & qui ſe cache dans le creux des arbres, dans les cavernes & dans les antres ſouterrains, où il rampe & ſe veautre dans la pouſſiere. De-là vient que Job *Chap. XXVI.* 13. dit que le Serpent eſt *long* & *tortueux.* On dit encore qu'il a la ruſe de ſortir du lieu de ſa retraite, & de ſe porter le long des chemins pour tendre des embuches aux paſſans: *Geneſ. XLIX.* 17. *L'Eccléſiaſtique Chap. XXV.* 20 dit auſſi, *qu'il n'y a point de tête pire que celle du Serpent.* Le Serpent eſt auſſi le type du Diable, ſelon ce qui eſt écrit 2 *Corinth. II.* 3. & *Apocalypſ. XII.* 9. *XX.* 2. où l'on fait ſans doute alluſion à ce qui eſt dit dans la *Geneſe III.* 1. où Satan,



SCD LYON 1

tan, qui avoit ſéduit Eve, eſt appellé Serpent. On prétend en effet que lorſque le Diable ſéduiſit Eve, il prit la figure d'un Serpent. Il paroît néanmoins par les paſſages que nous venons de citer, *Apocalypſ. XII. 9. XX. 2.* que l'on donne à Satan même le nom de Serpent, tant à cauſe qu'il eſt extraordinairement ruſé, que parce qu'il communique ſon venin qui donne la mort, *Epheſ. VI. 16.* On lui donne encore ce nom, parce que le ſifflement doux & flatteur des Serpens exprime, en quelque maniere, les ruſes & les artifices dont le Diable ſe ſert pour tromper les hommes. On compare auſſi les hommes méchans & cruels, comme fils de Satan, aux Serpens venimeux.

Aldrovandi, parlant des Serpens en général, dit encore que le mot *Serpent* ne ſe prend pas toujours dans le même ſens, mais qu'il ſignifie quelquefois ou qu'il comprend toute ſorte d'Animaux terreſtres qui rampent ſur la terre ſans s'élever en s'avançant, ſoit qu'ils ayent quatre pieds, comme le *Seps* & la *Salamandre*, ſoit qu'ils en ayent un plus grand nombre, comme le *Scorpion*, la *Scolopendre*, l'*Araignée*, &c. Pline donne auſſi le nom de Serpens aux Salamandres, & il y a même quelques Auteurs qui ont encore donné ce nom aux Poux.

Les Grecs appellent *Herpeſtica* & *Herpeta*, c'eſt-à-dire, Animaux rampans, non ſeulement ceux qui ſe trainent comme les Serpens, tels que ſont les Vers de terre; mais ils donnent encore ce nom aux Inſectes dont les pieds ſont ſi courts, ſoit qu'ils en ayent quatre ou davantage, qu'ils paroiſſent plutôt ramper que marcher. Du reſte le mot Grec ἕρπειν marque proprement la maniere dont les Serpens ſe trainent.

Les Serpens & les Viperes ne doivent pas être rangés dans la claſſe des Reptiles, tels que ſont les Limaçons, les Chenilles, & les Vers, dont nous parlerons plus amplement dans le quatrieme ou dernier Tome de cet Ouvrage. C'eſt pourquoi nous aimons mieux définir le Serpent un Animal ſanguin, qui naît d'un œuf, qui rampe ſans avoir de pieds, à l'aide de ſes côtes & des écailles tranſverſales du bas-ventre, qui ſe veautre, ſe replie & s'élance en ſautant. C'eſt ainſi qu'Ariſtote & Galien décrivent ces Animaux. Quant à Pline, il fait une Eſpece particuliere de ceux qu'on nomme *Serpens.* Le mot Grec Ὄφις, qui en Latin ſignifie un Serpent, eſt employé mal-à-propos pour déſigner les Viperes, comme a fait entre autres Oppien en parlant de l'accouplement du Serpent avec la Murene. La *Murene* eſt un poiſſon de Mer qui a la forme d'une Anguille, & qui eſt encore connue ſous les noms de *Lamproye*, de *Congre* & de *Serpent marin.* Il y a des Murenes rondes, il s'en trouve auſſi de plattes, & qui ont de très belles couleurs. On peut voir par les Planches LXIX. & LXX. de ce Tome, qu'il y en a de diverſes eſpeces. On donne au mâle de la Murene le nom de *Myzus*, & il ne s'accouple jamais qu'avec une femelle de ſon Eſpece.

### N°. 1 & 2. *Deux Serpens d'Afrique, qu'on nomme en Latin* Scytalæ, *en vieux François* Muzets.

Ici ſe préſentent à la vue deux Serpens aſſez petits, & qui viennent d'Afrique. Les Anciens ont nommé en Latin ces ſortes de Serpens, *Scytalæ*, parce que lorsqu'ils ſont étendus en ligne droite, ils reſſemblent en quelque ſorte à un bâton. Le N°. 1 indique le Mâle, & le N°. 2 indique la Femelle. Leur peau eſt couverte d'écailles faites en forme de réſeau, dont la ſuper-



SCD LYON 1

omnem ſuperiorem color ex ruffo flavus, punctis ſaturatè ſpadiceis densè conſitus, variegat: dum ſquamulæ imi ventris transverſales dilutè cinerei ſunt coloris. Vermibus, Araneis, aliisque inſectis, veſcuntur.

## Num. 3. *Serpens, Corallina, Zeylanica.*

Hanc, ex dilutè rubello perfundatam, maculæ Coccinei coloris, ordine digeſtæ, ornant. Caput majoribus veſtitur ſquamis, dilutè rubentibus. Cauda tenuiſſimum in acumen deſinit.

## Num. 4. *Serpens, Corallina, Amboinenſis.*

Candicantem hujus cutim miniatæ diſtinguunt maculæ; dum ſquamæ ventris dilutè cinereæ ſunt. Formâ cæterum priori convenit.

## Num. 5. *Scytala, Surinamenſis.*

Spadiceum hîc colorem puncta variegant alba & nigricantia. Ventris ſquamæ transverſales ex dilutè cinereo pinguntur. Habitu binis Num. 1 & 2 par eſt.

## Num. 6. *Hydra, Zeylanica,* Duberria *dicta Cingulenſibus.*

Dantur hâc de ſpecie multò majores, innoxiæ tamen, nec perpetuò in aquis degentes. Miro picturæ ornatu gaudent. Dorſo enim, protenſa à capite ad caudæ usque tenuis extremum, incumbit tænia lata, reticularis, Cyaneo colore amæniſſimo inſignis, in medio ruffis diſtincta punctis, utrinque lateraliter fuſcis tecta ſquamis. Ventris imi ſquamas cinerea tingit flavedo.

## Num. 7. *Amphisbœna, Zeylanica.*

Bicipitem vocant hanc Serpentum ſpeciem; licet uno ſaltem capite gaudeat, craſſaque & obtuſâ caudâ. Interim & dantur quaſi Bicipites, poſtea verbis & figuris exhibendæ. Ruffi hæc ubique coloris ſquamulas gerit, minutas, oblongas, nigricantibus diſtinctas maculis, majoribus, & minoribus. Capitis ſquamæ majores, & dilutè lutei ſunt coloris, in formam Cordis de Homine, aut Animante quodam, digeſtæ. Organo olfactûs admodum acuto inſtructa eſt hæc ſpecies, ad pabulum ſuum indagandum. *Amphiſbænam* vocat *Grevinus.*

## Num. 8. *Serpens, Corallina, Sinenſis.*

Squamulæ ejus minutæ, dilutè ruffæ, ex Coccineo, rubri quaſi Corallii æmulo, colore maculantur. Capitis ex dilutè ruffulo flaveſcens eſt color, ventralium verò ſquamarum ex dilutè cinereo luteus. Rara hæc ſpecies haud frequenter ad nos pervenit.

Num. 9.

ſuperficie ſupérieure eſt d'un jaune roux, toute couverte de très-petites taches d'un chatain foncé; les petites écailles transverſales du bas-ventre ſont d'un cendré-clair. Ils ſe nourriſſent de Vers, d'Araignées, & d'autres Inſectes.

### N°. 3. *Serpent de Ceylon, d'un rouge de Corail.*

Sa peau tire ſur un rouge fort pâle, que couvrent des taches d'un rouge d'écarlate, & placées avec ordre, ce qui relève la beauté de ce Serpent. Sa tête eſt garnie d'écailles un peu plus grandes, qui ſont auſſi d'un rouge fort pâle. Sa queuë ſe termine en pointe très-déliée.

### N°. 4. *Serpent d'Amboine, d'un rouge de Corail.*

Sa peau blanchâtre eſt parſemée de taches d'un rouge-vif, tandis que les écailles du ventre ſont d'un cendré clair. Il reſſemble parfaitement de figure au Serpent qu'on vient de décrire.

### N°. 5. *Serpent dit en Latin* Scytale, *de Surinam.*

Sa peau de couleur chatain, eſt picotée de points blancs & noirâtres. Les écailles transverſales du ventre ſont d'un cendré-clair. Du reſte, il eſt de la même figure que les deux Serpens des N°. 1 & 2.

### N°. 6. *Serpent d'Eau, de Ceylon, appellé* Duberria *par les Cingoliens.*

L'on en voit de beaucoup plus grands de cette Eſpece, mais qui ne font aucun mal, & qui même n'habitent pas toujours dans l'eau. Les couleurs dont ils ſont ornés, ſont très-belles. Depuis la tête jusqu'au bout de ſa queuë menue, décourt une large bande, en forme de réſeau, d'un ſuperbe bleu-mourant. Le milieu de cette bande tout parſemé de points roux, eſt garni de chaque côté d'écailles brunes; les écailles du bas-ventre ſont d'un jaune-cendré.

### N°. 7. *Serpent* Double-Marcheur, *de Ceylon.*

Les Serpens de cette Eſpece ont été nommés Serpens à deux têtes, quoiqu'ils n'en ayent qu'une, & une groſſe queuë arrondie par le bout. Il y a néanmoins quelques-uns de ces Serpens qui paroiſſent avoir deux têtes; nous en donnerons dans la ſuite la deſcription & la figure. Celui dont il s'agit ici, eſt couvert d'écailles toutes rouſſes, petites, oblongues, parſemées de taches noirâtres plus ou moins grandes. Les écailles de la tête ſont les plus grandes, d'un jaune-clair, & faites en forme de cœur. Cette Eſpece de Serpent a l'odorat très-fin, ce qui lui eſt fort utile pour chercher ſa nourriture. *Grevin* l'apelle Double-Marcheur.

### N°. 8. *Serpent de la Chine, rouge comme le Corail.*

Ses petites écailles qui ſont d'un roux-clair, ont des taches d'un rouge qui approche de celui du Corail. La couleur de ſa tête tire ſur un roux-clair jaunâtre, & celle des écailles du ventre eſt d'un jaune cendré. Cette Eſpece de Serpent qui eſt peu commune, parvient rarement jusqu'à nous.

N°. 9. *Ser-*

SCD LYON 1

## Num. 9. *Serpens Americana, lemniſcata,* Xequipiles *dicta.*

A monte Guatemalenſi nomen habet, utpote circa quem præter alias multas ſpecies commoratur. Amœniſſima ejus pictura eſt, dum per medium dorſi, à naſo ad extremum usque caudæ acuminatum, tænia rubella protenditur, cujus utrumque latus binæ ſtipant aliæ, dilutè flavæ, rhomboideis ſquamulis ornatæ, & tenuiſſima deſuper lineola ſpadicea. Reliquæ ſquamæ dilutè ruffæ ſunt; ventrales autem plumbei coloris.

## Num. 10. *Ovum Serpentis, majoris, pullo fœtum.*

Sic patet, quanam ratione Serpentini fœtus ſuo in ovo perficiantur, in glomerem quaſi contorti, & capite intus ad ovi teſtam appreſſo hanc demum perfringentes. Uti enim Gallinarum & avium pulli roſtro ſuo ovi corticem pertundunt, ut in lucem prodire queant; ita & cum Serpentibus, Viperis, Crocodilis, Iguanis, Lacertis, &c. comparatum eſt.

## Num. 11. *Ovum Serpentis minoris, pullo gravidum.*

Omnium ferè Serpentium atque Viperarum ova plerumque membranâ quadam craſſa, tenaci, ſpongioſâ, cruſtæ calcariæ experte, inveſtita hærent in fœmellarum abdomine, ſibique mutuo, catenæ inſtar, alligata, ſucceſſivè dein excluduntur eâdem ratione, ac in Gallinis.

## Num. 12. *Pullus Serpentinus, recens excluſus.*

Superficies ejus punctis minimis, fuſcis, numeroſiſſimis, notatur. Cauda obtuſa eſt.

Ovum Num. 10 hisce ſub literis, quæ in eo notari merentur, exhibet.

Lit. A. A. Laciniæ ſunt tunicæ interioris ovi.
B. B. Teſta ovi externa.
C. Membranam monſtrat ſecundinæ ſimilem, in quâ pullus ad maturitatem deductus eſt.
D. Pullus ipſe eſt, ſua in membrana adhuc hærens.

Ovum Num. 11 ellipticum ſub

Lit. a. a. Oſtendit exteriorem corticem.
b. b. b. b. Interioris membranæ diſciſſæ quatuor lacinias.
c. Pullum in ovo recubantem.

# TABULA SECUNDA.

## Num. 1 & 2. *Scytalæ binæ, Americanæ,* Amphisbœnæ *etiam,* & Cæciliæ *vocatæ.*

*Mantuanus* pictas appellat has Serpentes, ob miram colorum, quibus ſuperbiunt, varietatem. Aliis Bicipites

### N°. 9. *Serpent d'Amerique, à longues bandes, nommé* Xequipiles.

Il reçoit ſon nom d'une Montagne de la Province de Guatimala, où l'on en trouve quantité de cette Eſpece, de même que de pluſieurs autres. Ses couleurs ſont très-jolies. Depuis la tête jusqu'à l'extrêmité de ſa queuë pointue, regne ſur le milieu du dos une bande un peu rouge, qu'acompagnent de chaque côté deux autres bandes d'un jaune-pâle, ornées d'écailles rhomboïdes, & d'une fine raye de couleur chatain. Le reſte des écailles eſt d'un roux-clair, mais celles du ventre ſont couleur de plomb.

### N°. 10. *Oeuf d'un grand Serpent, contenant ſon Petit.*

On peut voir ici quelle eſt la maniere dont les Petits des Serpens ſe forment dans l'œuf. Ils y ſont ramaſſés en peloton, & rompent enfin l'œuf avec leur tête. Car il en eſt des Serpens, des Viperes, des Crocodiles, des Iguana, des Lézards &c. comme des Poules & des Oiſeaux, dont les Petits percent & rompent avec le bec la coque de l'œuf où ils ſont renfermés.

### N°. 11. *Oeuf d'un petit Serpent, avec ſon Petit.*

La plupart des œufs de presque tous les Serpens & de toutes les Viperes, ſont couverts d'une ſorte de tunique, forte, épaiſſe, ſpongieuſe, qui n'eſt point revêtue d'une coque. C'eſt de cette maniere qu'ils ſont placés dans le ventre des Femelles, étant attachés les uns aux autres en forme de chaine, & ne ſe détachant que ſucceſſivement comme les œufs de Poule.

### N°. 12. *Petit Serpent nouvellement éclos.*

Tout ſon corps eſt picoté de points bruns qui ſont en très-grand nombre. Sa queuë eſt obtuſe.

L'œuf du N°. 10, contient ſous les lettres ſuivantes diverſes parties qu'il faut bien remarquer.

Lettr. A. A. Portions de la Tunique interne de l'œuf.
B. B. La coque externe de l'œuf.
C. Une membrane qui tient lieu d'Arriere-Faix, dans laquelle le Petit a pris ſon accroiſſement.
D. Le Petit même, encore renfermé dans ſa membrane.

L'Oeuf du N°. 11 qui eſt de figure elliptique, contient ſous les

Lettr. a. a. L'écorce exterieure.
b. b. b. b. Quatre portions de la membrane interne qui eſt déchirée.
c. Le Petit encore dans l'œuf.

# PLANCHE DEUXIEME.

### N°. 1 & 2. *Deux des Serpens d'Amerique qu'on appelle en Latin* Scytalæ, *autrement* Cœciliæ, *qui rampent du côté de la tête & de la queuë.*

Baptiſte Mantuanus les nomme Serpens peints, à cauſe de l'admirable varieté de leurs couleurs; d'autres les appellent Serpens à deux



SCD LYON 1

Bicipites audiunt, uti *Olao Magno:* quamvis nihil ejusmodi hîc compareat, formâ ipſarum ſaltem bacillum referente. *Nicander* eas Acontiis accenſet, dicens, abſcondito eſſe armatas aculeo, inſtar Apum & Veſparum. At minimè ſe res ita habet, prout ad oculum demonſtrare poſſumus. Verticem capitis cæruleus color diſtinguit. Cæteras verò ſquamulas, rhomboideas, puncta ex dilutè cæruleo, fuſco, & nigro, varia ornant. Num. 1 fœmellam, 2 marem denotat.

## Num. 3 & 4. *Scytalæ ex Novâ Hiſpaniâ.*

Non minor harum, quam præcedentium, eſt quoad picturam elegantia: his ſolùm rubri ſunt vertices; Amboinenſium autem erant cærulei; quarum & corpus reliquum plus fuſci monſtrat. Num. 3 mari, 4 fœmellæ præfixus eſt. Capite ſunt minuſculo, caudaque obtuſâ, inſtar Lumbricorum terreſtrium.

## Num. 5 & 6. *Serpentes,* Cobellas *dictæ, Americanæ.*

Quæ ſub Num. 5 eſt marem, alter numerus fœminam ſiſtit. Cutis ex rubro-cinereum colorem, ex albo aliiſque coloribus, marmoris inſtar, variegatum oſtentat. Maris caput inſigni gibbere protuberat, & longior, quam fœmellæ, rictus eſt.

## Num, 7. *Serpentula gracilis, longa, Guineenſis.*

Inteſtinalem vocant; quum inſtar inteſtini Avis, aut alius Animalculi, æquali ubique craſſitie gaudeat. Per dorſum longa linea, albicans, à capite ad caudam usque, excurrit; ſimiliſque linea utrinque ad latus ventris protenditur: unde binæ quaſi tæniolæ ſpadiceæ corpori inſcriptæ repræſentantur. Squamulæ ſunt ſubtiliſſimæ. Imus venter tæniis transverſalibus, ex albo & nigro variis, mirè pictus eſt. Alba dorſi linea à capite ſupra naſum duplicata decurrit.

## Num. 8. *Anguiculus, Americanus, eleganter variegatus.*

Caput oblongum, & lato ore conſpicuum eſt. Squamæ ultra modum tenues ſunt, ex ſpadiceo, griſeo, & albo, variegatæ. Subtus diluta regnat flavedo.

## Num. 9. *Lacertulæ binæ, Zeylanicæ; mas & fœmina.*

Animalcula hæc in majorem nunquam molem, quam quâ hîc conſpiciuntur, excreſcunt, binis interim ornata tæniis, albicantibus, quæ ab extremo oris, ſuprà dorſum, usque in caudæ partem craſſiorem ſeſe extendunt. Squamulæ quàm minutiſſimæ, ex ſpadiceo pellucentes, iis, quas Serpentula Num. 7 hujus Tabulæ gerit, ſatis propè accedunt. Ovula eorum Piſi minoris magnitudinem haud exſuperant.

Lit. A. A.

à deux têtes; Olaüs Magnus eſt de ce nombre. Il n'y a cependant rien de tel, car ils ont plutôt la figure d'un bâton. Nicandre les range parmi les Serpens volans, à qui les Grecs ont donné le nom d'*Acontia*, & il aſſure qu'ils ſont armés d'un aiguillon caché, comme les Abeilles & les Guêpes. Mais la choſe eſt tout autrement, ainſi que nous pouvons le faire voir à l'œil. Le ſommet de leur tête eſt bleu. Les écailles du reſte du corps ſont petites, rhomboïdes, mouchetées de points, bruns, noirs, ou d'un bleu-pâle. Le N°. 1 montre la Femelle, & le N°. 2 le Mâle.

### N°. 3 & 4. *Autres Serpens de la même Espece, de la Nouvelle Espagne.*

La beauté des couleurs de ceux-ci égale celle des précedens; toute la difference qu'on y remarque, c'eſt que le haut de leur tête eſt rouge, au lieu que dans les autres il eſt bleu, & que le reſte de leur corps tire davantage ſur le brun. Le N°. 3 marque le Mâle, & le N°. 4 indique la Femelle. Ils ont la tête petite, & la queuë obtuſe comme les Vers de terre.

### N°. 5 & 6. *Serpens d'Amerique, apellés* Cobellas.

Le premier eſt un Mâle, & le ſecond eſt une Femelle. Leur peau eſt jaspée de rouge-cendré, de blanc, & de pluſieurs autres couleurs, à la façon du marbre. Le Mâle porte ſur la tête une aſſez grande boſſe, & a auſſi la gueule plus grande que la Femelle.

### N°. 7. *Petit Serpent de Guinée, long, & menu.*

On lui a donné le ſurnom d'*Inteſtinal*, parce que ſon corps eſt partout de la même groſſeur, à peu près comme l'Inteſtin d'un Oiſeau ou de quelqu'autre Animal. Le long de ſon dos décourt une raye blanchâtre qui s'étend de la tête à la queuë; & de chaque côté de ſon ventre, regne une ſemblable raye, ce qui forme ſur ſon corps deux especes de bandelettes bai-rouges. Ses écailles ſont d'une extrême petiteſſe. Son bas-ventre eſt garni de bandes transverſales noires & blanches, qui font un bel effet. La raye blanchâtre du dos ſe partage en deux, depuis la tête jusques au bout du nez.

### N°. 8. *Petit Serpent d'Amerique, joliment marbré.*

Il a la tête oblongue, & la gueule large. Ses écailles extrêmement minces, ſont mélangées de chatain, de gris, & de blanc. Le deſſous de ſon corps eſt d'un jaune-pâle.

### N°. 9. *Deux petits Lézards de Ceylon, Mâle & Femelle.*

Ils ſont ici repréſentés dans leur grandeur qu'ils n'excedent jamais. Leur dos eſt orné de deux bandes blanchâtres, qui s'étendent depuis l'extrêmité de la gueule jusqu'à l'endroit le plus épais de la queuë. Leurs écailles ſont petites, très-minces, d'un chatain luiſant, aſſez ſemblables à celles du petit Serpent, repréſenté dans cette Planche N°. 7. Leurs œufs ſont approchant de la groſſeur d'un petit pois.

Les

SCD LYON 1

Lit. A.A. Bina Serpentum ova, pullos continentia, exhibentur.
B.B. Bina alia minorum Serpentum, nondum ſatis incubata.
C.C.C. Tria ovula, orbicularia, minorum Lacertarum.

# TABULA TERTIA.

## Num. 1. *Momordica, Americana; Fructu reticulato, ſicco.*

Ex Americâ, hujus quæ Plantæ ferax eſt, accuratam ejus delineationem nobis transmiſſam, heîc exhibemus. Fructum profert Cucumeraceum, turbinatum, in medio craſſum, utroque verò extremo convergentem; cujus ſuperficiem plurima obſident verrucoſa, & aſpera tubercula. Fronde viret pampineâ, aut Vitis ſylveſtris æmulâ: dum folia, profundè laciniata, remiſſè flavo viridique colore, flammæ in modum, variegantur. Flos eſt monopetalos, quinquefidus; cujus ſegmenta flaveſcentia, criſpula, lanugo ſubfuſca intus exaſperat. E medio ſtamina, flavis tumentia globulis, exſurgunt. Caulis viticula protendit, quæ vel ſuper terram decurrunt, vel proximis ſtirpibus, perticisve, clavicularum ope, ſeſe innectunt. Viſui magis, quàm palato, arridet elegantiſſimus hujusce Plantæ fructus: fatui enim ingratique ſaporis eſt, fungoſusque & foraminulentus. D. *Johannes Commelinus*, in *Hort. Amſtelædam: fol.* 103, *Fig:* 54, *Balſaminam Cucumerinam Indicam* exhibet, quæ ut ut *Momordicæ* ſit ſpecies, habitu tamen externo multum ab hâc noſtrâ differt. D. *Caſp. Commelinus*, Med. Doct. & Bot. Prof. *Rar. Exot. Hort. Amſt. fol.* 22, noſtram ſiſtit ſub nomine *Momordicæ, Americanæ; fructu reticulato, ſicco:* cujus nos preſſimus veſtigia. Fecit autem mira fructûs amœnitas, huncce ut locum ei cederemus.

## Num. 2. *Serpens, Americana, cærulea,* Dipſas *dicta.*

Quod morſu ſuo immanem excitet ſitim Serpens iſthæc, *Dipſas* audit. Æqualibus tegitur ſquamulis, per totam corporis ſupinam partem, colore cœruleo, floridiſſimo, tinctis. Squamæ ventrales, transverſæ, albicant, lineolis nigris interſtinctæ.

## Num. 3. *Avicula, Americana, variis coloribus picta.*

Summum hujus Aviculæ caput coccineo eminet colore: ſub oculis candidæ, cœruleæque, conſpiciuntur plumulæ. Guttur, Thoracem, & ventrem, citrinus croceusque variegat color. Cervici Cyaneæ ſuccedunt alæ, & dorſum, ex cœruleo, ſubnigro, albo, flavoque, undulata. Cæterum curtipes eſt hæc avicula; at unguiculis tamen ſat longis ditata.

## Num. 4. *Avicula, Americana, altera.*

Picturæ ſanè elegantiâ præcedente vix inferior iſthæc, nigerrimo de capitulo albicans protendit roſtrum. Pectus, Venterque, ſaturatè cœruleum emittunt ſplendorem. Virore florido refulgent dorſum & alæ, dum cauda ſaturatiùs vireſcit.

TABULA

Les Lettres A A. Repréſentent deux œufs de Serpens qui contiennent des Petits.
BB. Indiquent deux autres œufs de Serpens plus petits, qui n'ont pas été couvés aſſez longtems.
CCC. Montrent trois œufs ronds de petits Lézards.

# PLANCHE TROISIEME.

## N°. 1. *Pomme de Merveille, d'Amerique, à fruit ſec, & fait en forme de réſeau.*

L'exacte deſcription que nous donnerons de cette Plante, nous a été envoyée d'Amerique où elle croît en abondance.

Son fruit eſt de la figure d'un Concombre, plus gros au milieu, pointu aux deux extrémités, couvert ſur toute ſa ſurface de pluſieurs tubercules rudes en forme de verrues.

Elle pouſſe un pampre ſemblable à celui de la Vigne ſauvage, garni de feuilles, inciſées profondément, variées en maniere de flammes, de verd & de jaune-pâle.

La fleur n'a qu'une ſeule feuille découpée en cinq parties, dont chacune eſt jaunâtre, un peu friſée, couverte en dedans d'un coton qui tire ſur le brun. Du milieu de la fleur s'élévent des étamines, chargées de petits corps ronds, de couleur jaune.

Sa Tige jette des ſarments qui rampent ſur terre, ou qui par le moyen de leurs mains, s'attachent aux Plantes voiſines, & aux échalas.

Le beau fruit de cette Plante plait moins au gout qu'à l'œil, car il eſt fade, deſagréable, fongueux, & percé d'une infinité de petits trous.

Mr. Jean Commelin, dans ſon *Catal. des Plant. du Jard. d'Amſterdam*, pag. 103, Fig. 54, repréſente la Plante nommée *Balſamina Cucumerina Indica*, qui quoiqu'elle ſoit une Eſpece de Pomme de Merveille, differe pourtant beaucoup de celle-ci par ſa figure exterieure. Mais Mr. Caſpar Commelin dans ſon *Catalog des Plantes Etrangeres du Jard. d'Amſterdam* donne, Fig. 22, la même Plante qui eſt ici décrite. C'eſt auſſi la beauté merveilleuſe du fruit de cette Plante, qui nous a porté à lui donner une place dans cet Ouvrage.

## N°. 2. *Serpent d'Amerique, bleu, nommé* Dipſas.

On apelle ce Serpent Dipſas, du mot Grec *Dipſa*, ſoif, parce qu'il cauſe par ſa morſure une ſoif des plus ardentes. Tout le deſſus de ſon corps eſt couvert de petites écailles, de grandeur égale, d'un bleu très-vif; les écailles transverſales du ventre ſont blanchâtres, & entrecoupées par de petites rayes noires.

## N°. 3. *Petit Oiſeau, d'Amerique, peint de diverſes couleurs.*

Le haut de ſa tête eſt d'un rouge éclatant; le deſſous de ſes yeux eſt garni de petites plumes blanches & bleues. Le jabot, la poitrine, & le ventre, ſont nuancés de jaune-pâle & de jaune doré; les ailes ſont d'un bleu d'azur; le dos eſt marqué par ondes, de bleu, de brun, de blanc, & de jaune. Ses pieds ſont courts, quoiqu'armés d'aſſez grands ongles.

## N°. 4. *Autre petit Oiſeau, d'Amerique.*

Celui-ci ne le céde gueres en beauté de plumage au précedent. Il a la tête fort noire, le bec blanchâtre, la poitrine & le ventre d'un bleu-turquin très-éclatant, enfin le dos & les ailes d'un verdgai, qui devient plus foncé ſur la queue.



SCD LYON 1

# TABULA QUARTA.

## Num. I. *Serpens, indigena, communis.*

Harum non paucas, haſce per oras, in locis paludoſis, uliginoſis, & ericetis, eſt reperire. Hujus ſpeciei ferax eſt Friſia Occidentalis, ubi menſe potiſſimum Aprili, dum verno ſol calore terram incubat, capiuntur, deſpoliatæque, & aquâ ablutæ, ſiccantur. Inde in noſtras pervenere manus, compoſitioni quorundam medicamentorum inſervituræ. Iisdem pollent viribus, quibus, quæ ex Italiâ & Germaniâ ad nos transferuntur; errantque, aliter qui ſentiunt. Corio teguntur pereleganti, cujus tamen pictura non in omnibus eadem eſt. Spadiceus plurimis color eſt, nigricantibus maculis, marmoris inſtar, diſtinctus. Quæ ventrem exaſperant ſquamæ ſat magnæ ſunt & rubeſcentes. Quæ lit. C inſignitur pars, Larynx eſt, qui vaginæ linguam recondenti incumbens hiat eò loci, ubi vagina deſinens liberam linguæ vibrationem concedit.

## Num. 2 & 3. *Ophis, indigena, tuberoſus; Maſculus & Fœmella.*

Num. 2 Marem, 3 deſignat Fœminam. A priori ſpecie non differt par iſtud, niſi quod tuberculis, lit. A notatis, hinc inde ſit inæquale, luteoque cinctum circulo oſtendat collum. Ad accuratam ſexûs dignotionem facit Teſticulus, quem lit. B in maſculo Num. 2 commonſtrat.

## Num. 4 & 5. *Lacertulæ, indigenæ, virides.*

Mari Num. 4 prœfigitur, Fœmellæ 5. Non ſola formæ picturæque diverſitate à Serpentibus diſcrepat Lacertarum hoc genus: differt autem & ſexûs magnitudine: dum etenim Serpentes Fœmellæ ſuos ſuperant proceritate Mares; ab his ex adverſo illæ ſuperantur Lacertarum in genere. Præ aliis omnibus Animalibus peculiari videntur vi attractili gaudere partes firmæ Lacertarum: ſi enim caudæ v. g. particulam abſcideris, & bina extrema abſciſſa unius vel duorum pedum intervallo à ſe mutuo removeris, ambo rurſus coëunt, & ſuctu tam valido ſeſe attrahunt, ut denuo conglutinentur, tanquam continui nulla adfuiſſet ſolutio. Cicatricem ejusmodi in Lacertâ Num. 5 exhibet lit. D. Experientiâ doctus propriâ hoc adſevero. Notandum tamen, quod, ſi *avellatur* particula caudæ, caro utrinque lacera, flaccida, & acuminata promineat, nec coire rurſum, nec croncreſcere queat, contuſionem quippe paſſa avellendo.

## Num. 6 & 7. *Cytiſus Canarienſis, flore candido & citrino.*

Folia Loti æmula terna ſunt, ſtipata, ſui ad exortum pediculi, minoribus aliis foliolis, dilutè viridibus. Flos eſt papilionaceus, candidus, *Geniſtæ flore albo* perſimilis. Ad ornatum magis, quam uſum medicum comparata hæc plantula eſt: Apibus tamen, aliisque Animalculis non ingrata. Super terram prorepens cauliculum floridum pedis longitudine in altum erigit.

TABULA

# PLANCHE QUATRIEME.

## N°. 1. *Serpent ordinaire de ce païs.*

On en trouve pluſieurs dans les bruyeres, ou dans les lieux humides & marécageux de ces païs; la Friſe Occidentale eſt ſurtout fertile en Serpens de cette Eſpece; là on les prend principalement au mois d'Avril, que le Soleil commence à réchauffer la terre par ſa chaleur. Après qu'on les a dépouillés de leur peau, lavés, & ſechés, on nous les apporte, & nous les employons dans la compoſition de divers Médicamens.

Ces Serpens ont les mêmes vertus que ceux qu'on nous envoye d'Allemagne & d'Italie; quiconque penſe autrement, s'abuſe.

Leur peau eſt très-jolie, mais marquetée quelquefois differemment. Elle eſt dans pluſieurs d'un chatain qui ſemble marbré de taches noirâtres. Les écailles du ventre ſont grandes, tirant ſur le rouge. La lettre C repréſente la partie ſuperieure du Larynx, laquelle repoſant ſur la tunique qui couvre la langue, eſt entre-ouverte dans l'endroit où finit cette tunique, & laiſſe par ce moyen un libre eſpace à la langue pour s'élancer.

## N°. 2 & 3. *Deux Serpens de nos païs, Mâle & Femelle, boutonnés çà & là.*

Le N°. 2 déſigne le Mâle, & le N°. 3 la Femelle. Ils ne different de l'Eſpece précedente qu'en ce qu'ils ſont boſſus çà & là, & qu'ils ont le col garni d'un collier jaune. Le teſticule qu'indique la Lettre B dans le Mâle, eſt la marque exacte de la difference du Sexe.

## N°. 4 & 5. *Deux petits Lézards, verds, de nos païs.*

Le Mâle eſt repréſenté au N°. 4, & la Femelle au N°. 5. Cette Eſpece de Lézards ne differe pas des Serpens ſeulement par la figure & le tacheté, mais encore par la diverſité de la grandeur des Femelles & des Mâles; car parmi les Serpens la Femelle eſt plus grande que le Mâle, & c'eſt le contraire des Lézards.

Au reſte ils ſemblent avoir plus qu'aucun autre Animal les chairs douées d'une faculté particuliere de ſe raprocher; en effet ſi on leur coupe par exemple une portion de la queuë, & que les deux portions coupées ſoient ſéparées l'une de l'autre à la diſtance d'un ou de deux pieds, elles ſe rejoignent enſemble, & s'attirent l'une vers l'autre avec tant de violence & ſi étroitement, qu'elles ſe réuniſſent derechef d'une maniere qu'on ne diroit pas qu'elles euſſent été partagées auparavant. Voyez au N°. 5 lettre D, la cicatrice qui reſte de la queuë qui avoit été coupée; ce que je n'aſſure que ſur ma propre expérience. Il faut cependant remarquer que ſi on ſépare une partie de la queuë en la déchirant, la partie déchirée demeure pendante & pointuë, ſans ſe rejoindre enſuite, à cauſe de la contuſion qu'elle a ſoufferte par le déchirement.

## N°. 6 & 7. *Citiſe des Isles Canaries, à fleur blanche & citrine.*

Ses feuilles ſemblables à celles du Lotier, ſont diſpoſées trois à trois ſur une queuë, accompagnées dans l'endroit où elles ſortent d'autres feuilles plus petites, & d'un verd-pâle.

Ses fleurs ſont légumineuſes, blanches, ſemblables à celles du Genêt. Cette petite plante eſt plus jolie à la vuë, qu'utile en Medecine. Les Abeilles & autres petits Inſectes en ſucent les fleurs. Elle rampe ſur terre, & pouſſe une petite tige fleurie à la hauteur d'un pied.

PLAN-

SCD LYON 1

## TABULA QUINTA.

### Num. 1. *Serpens, Sicula,* Serena *dicta, maculata; Mas.*

### Num. 2. *Serpentis,* Serenæ, *Fœmella.*

Ambæ fuſcis, rubris, albisque maculis diſtinctæ ſunt.

### Num. 3. *Serpens,* Sega, *Africana; Mas.*

Gracili hæc eſt & longo corpore.

### Num. 4. *Serpentis,* Segæ, *Fœmella.*

Tota hæc Serpentium Familia, Lentiſci ſub umbrâ, amat deliteſcere; ſuavi fortaſſe arboris hujus odore allecta. Nec rarum eſt, alias reperire Serpentes, alias quæ arbores, variasque plantas adamant, earumque habitare ſub frondibus geſtiunt; ſpirantem inde odorem percepturæ. Patet hinc, & Bruta ratione deſtituta, non minus, ac hominem, ſuo gaudere delectu, quò hoc illudve amore proſequantur aut odio; hoc fugiant, illi avidè inhient.

### Num. 5. *Lentiſcus, Africana.*

Lætè viridia huic Plantæ, & longiuſcula, folia ſunt, pinnata, in impar extremum deſinentia, Filicis noſtratis æmula. *Lentiſcum veram*, quæ *Maſtichen* in granulis pellucidis fundit, Syria profert, potiſſimum tamen Inſula chio. Hæc noſtra *Lentiſcus* haud videtur differre ab eâ, quam *Molle* Cluſius, *Lentiſcum Peruanam* Caſparus Bauhinus vocat.

## TABULA SEXTA.

### Num. 1. *Serpens,* Ibiboboca; *ſeu Serpens, perelegans, Braſilienſis.*

Hanc Serpentem *Ibiboboca* appellant incolæ, magni æſtimatam, ob miran ejus pulchritudinem non ſolùm, ſed &, quod innocua cæterùm, Formicas venetur, Braſilienſibus infeſtiſſimas. Serpentum iſthuic generi immenſa colorum varietas omnem corporis ſuperficiem adeò venuſtè tingit, & marmoris in modum quaſi variegat, veras ut oculis delicias, gratiſſimumqne exhibeat ſpectaculum.

### Num. 2. *Anguis, ex Regno Zenegæ.*

Albicantibus per corpus ſquamis tegitur, fuſcis prætereà fulgidisque maculis, & tæniis, nitidiſſimè inſignitus. Quâ plurima fundum imbuit albedo, exiguæ nigricantes maculæ interſperguntur.

Num. 3.

## PLANCHE CINQUIEME.

### N°. 1. *Le Serpent* Serene, *de Sicile, tacheté, Mâle.*

### N°. 2. *Femelle du Serpent* Serene.

Tous deux ſont marquetés de taches brunes, rouges, & blanches.

### N°. 3. *Serpent d'Afrique qu'on nomme* Sega, *Mâle.*

Celui-ci a le corps long & délié.

### N°. 4. *Femelle du Serpent* Sega.

Tous ces ſortes de Serpens aiment à ſe repoſer à l'ombre du Lentiſque, attirés peut-être par l'odeur agréable de cet Arbre. Ce n'eſt point une choſe rare de voir d'autres Especes de Serpens préferer certaines plantes ou arbres, & ſe plaire ſous l'ombre de leurs feuilles: d'où il paroit que les Bêtes n'ont pas moins que les hommes leurs differens plaiſirs, étant portées par leur inſtinct à aimer telle choſe, & à haïr telle autre, à chercher ardemment ceci, & à fuir cela.

### N°. 5. *Lentisque d'Afrique.*

Cet arbre a ſes feuilles d'un verd-gai, longues, finiſſant en nombre impair au bout des branches, & ſemblables à celles de notre Fougere. La Syrie, & principalement l'Isle de Chio produit le Vrai Lentisque, d'où découle le Mastic en petits grains transparens.

Le Lentisque ici repréſenté paroit être le même que celui que Cluſius nomme *Mol*, & Caspar Bauhin *Lentisque Peruvien.*

## PLANCHE SIXIEME.

### N°. 1. *Serpent magnifique du Breſil, nommé* Ibiboboca.

Les Breſiliens l'apellent ainſi, & l'eſtiment beaucoup, non ſeulement pour ſa beauté merveilleuſe, mais auſſi parce qu'il ne fait du mal à perſonne, & qu'il mange les Fourmis dont ils ſont tourmentés.

Il regne ſur toute la peau de cette Espece de Serpens une marbrure de couleurs, ſi diverſifiées, ſi belles, que les yeux en ſont enchantés, & ne peuvent rien voir de plus joli.

### N°. 2. *Serpent du Royaume de Senega.*

Il eſt couvert ſur tout le corps d'écailles blanchâtres, ornées de bandelettes, & de taches brunes, luiſantes, entrecoupées d'autres petites taches noirâtres dans l'endroit où la peau qui le couvre montre la plus grande blancheur.



N°. 3. Cou-

SCD LYON 1

### Num. 3. *Serpens, variegata, Americana.*

Albas gerit ſquamas, fuſcis intermiſtas; curto eſt capite, multùmque patulis ſeſe naribus diſtinguit.

### Num. 4. *Serpens, Biceps, Americana, rubra.*

Et quibus videat oculis, & naribus, olfactui dicatis, iſthanc carere Serpentem dixeris; neutrum enim Organum examinanti patet. Oris vicem ſupplet parvus hiatus, linguâ & dentibus expers. Ideo tamen haud ſtrigoſa eſt; ſed glabra, pinguiuſcula, & boni habitûs. Nitent colore Roſeo amplæ, quibus tegitur, ſquamæ. Craſſiuſculâ caudâ eſt & obtuſâ, Cæciliarum hinc genti merito adnumeranda.

## TABULA SEPTIMA.

### Num. 1. *Serpens Jaculus, Amboinenſis, perelegans.*

Squamæ Serpentis hujus à ſe invicem omnes ſeparatæ, & peculiari quælibet modo pictæ, fundum nigerrimo ſuffectum oſtendunt colore Coracino: cui niveus dein candor ſuperjacet, in floſculoſas formas emarginatus. Squamæ ventrales albicant. Exhibet hæc Serpens exemplar immenſi in ordinandis coloribus, picturæque elegantiâ, artificii, quo beſtiarum abjectiſſimam horridiſſimamque inſignivit ſummus ille & ſapientiſſimus rerum Conditor, excitaturus Humanas mentes, (hisce, pro dolor! plerumque parùm intentas) ſacrum ad ſtuporem, gloriamque Nominis ſui amplificandam.

### Num. 2. *Avicula, Amboinenſis, discolor & perpulchra.*

Avicula hæc, audaci Serpentem pede premens, cantando ſeſe exhilarat, ſummi, in quo verſatur, perdendæ vitæ periculi neſcia; dum interim Serpentis, pulcherrimâ formâ adblandientis, aſtu doloque decepta, mox mox in prædam huic pabulumque eſt ceſſura. Eadem non raro hominem fata manent, qui eo ſæpiſſimè tempore, quo maximè in cantum ſaltumque eſt effuſus, extremo ſeſe diſcrimini inſcius atque incurius exponit, adeo, ut ſubitò, & ex inſidiis, ab hoſte ſuo oppreſſus deſtruatur. At, qui ſedulus rerum conditarum contemplator, ſacrâ Divinæ Majeſtatis admiratione, oblectat animum, procul ille ab omni periculo tutam agit tranquillamque vitam. Sed è diverticulo in viam. Inſpicienda nunc propius eſt hilaris noſtra Avicula. Aſtu quidem illa inſidianti Serpenti multùm cedit, at jucundâ tamen plumarum picturâ hujus exuvias, ut ut pulcherrimas, adæquat. Amœna intenſiſſimorum colorum, rubicundi, viridis, aurei, purpurei, aliorumque, miſtura capitulum, collum & pectus, totumque ventrem, & alas, mirè variegat & illuſtrat.

### Num. 3. *Amphisbæna, Amboinenſis; Corio quaſi reticulato conſpicua.*

Suffecta eſt Serpens iſthæc, Biceps dicta, dilutè cineritiâ rubedine, per quam decurrunt tæniolæ tenues, albæ, ſeſe mutuò decuſſantes, rhomboideæ; ut inde areæ aut teſſellarum ſibi non undequaque ſimi-

---

#### N°. 3. *Couleuvre d'Amerique, qu'on apelle* Theona.

Cette Couleuvre eſt d'un joli tacheté. Elle a des écailles blanches, entremêlées d'autres écailles brunes. Sa tête eſt courte, & ſes narines ſont fort larges.

#### N°. 4. *Serpent d'Amerique, à deux têtes, de couleur incarnate.*

En examinant ce Serpent, vous diriez qu'il n'a ni yeux pour voir, ni narines pour ſentir; du moins aucun de ces deux organes ne s'offre à la vue. Une petite ouverture ou fente, ſans dents, ni langue, tient lieu de gueule. D'ailleurs, il eſt aſſez gros, liſſe, dénué de poils, d'une bonne taille. Il eſt couvert d'écailles larges, d'une couleur incarnate. Sa queue eſt obtuſe, de la groſſeur de la tête. On peut mettre avec raiſon cette Eſpece de Serpent au rang des Serpens Aveugles, que les Latins ont nommés *Cæcilia.*

## PLANCHE SEPTIEME.

#### N°. 1. *Serpent-volant, d'Amboine, très-beau.*

Ses écailles, qui ſont toutes ſéparées les unes des autres, & dont chacune eſt peinte d'une maniere particuliere, forment un fond d'un noir de Corbeau, ſur lequel ſont parſemées des taches auſſi blanches que la neige, qui ſont comme effrangées dans leurs bords. Les écailles du ventre ſont blanches.

Ce Serpent eſt un bel exemple de l'artifice avec lequel l'Auteur de la Nature a diſpoſé les couleurs dont il a orné la plus vile & la plus horrible des bêtes, afin d'exciter dans les hommes (qui, helas! y ſont ordinairement peu d'attention,) une admiration religieuſe, qui les porte à célébrer ſa grandeur.

#### N°. 2. *Petit Oiſeau, d'Amboine, de diverſes couleurs, très-joli.*

Poſé hardiment ſur ce Serpent, il s'amuſe à chanter, ſans ſonger au péril extrême, où il eſt expoſé; puiſque le Serpent dont la beauté l'attire, & dont la ruſe & la fineſſe le trompent, en va bientôt faire ſa proye. Tel eſt ſouvent le ſort de celui qui au milieu des jeux & des danſes, ſe trouve expoſé à des dangers qu'il n'avoit point prévu, & devient la victime d'un ennemi dont il ne s'étoit pas donné de garde. Celui-là au contraire mene une vie ſure & tranquille, qui ſe réjouït en contemplant les Oeuvres de Dieu, & qui admire ſa Majeſté Divine.

Mais examinons notre petit Oiſeau de plus près. Si le Serpent qui cherche à le ſurprendre eſt beaucoup plus ruſé que lui, il lui cede cependant en beauté; car l'agréable mélange du rouge, du verd, de l'or, du pourpre, & d'autres belles couleurs dont il eſt peint, releve & diverſifie merveilleuſement la beauté de ſa tête, de ſon col, de ſa poitrine, de ſon ventre, & de ſes aîles.

#### N°. 3. *Serpent* Double-Marcheur, *d'Amboine, à peau maillée.*

Ce Serpent, qu'on appelle auſſi Serpent à deux têtes, eſt d'un rouge-clair cendré, ſur lequel décourent de petites rayes blanches, qui ſe croiſent de maniere qu'elles forment entre elles le plus ſouvent des loſanges, & quelquefois d'autres figures moins regulieres. Ses yeux ſont petits, & couverts d'une membrane. Un anneau

SCD LYON 1

ſimilium, ſed hinc inde confuſarum, figuræ enaſcantur. Minutis prædita eſt ocellis, iiſque inſuper membranâ tectis. Albicans caput annulus ambit. Ad latera, juxta ventrem, candidi diſponuntur uvarum quaſi racemi, qui caudam verſùs in concolores abeunt maculas: unde extremum caudæ, ſatis craſſæ, totum ferè albeſcit. Lit. A parvam commonſtrat aperturam, quæ ſpecie oris impoſuit quibusdam, geminum ut caput huic Serpenti falsò adfingerent.

### Num. 4. *Amphisbæna, Amboinenſis, ſquamis rubicundis obducta.*

Totam corporis ſuperficiem majuſculæ contegunt, rubeſcentes, ſquamæ, in medio ſuî ſingulæ exiguâ maculâ intenſius rubrâ notatæ. Oculis omninò naribusque orba videtur. Criſta caput ornat ſpadicea, albis quaſi venis variegata. Similem priori ad extremum caudæ aperturam gerit, excernendis fœcibus dicatam.

## TABULA OCTAVA.

### Num. 1, 2. *Serpens, Ceilonicus, perelegans, Myophagus.*

Nitidiſſimè pictus hic Serpens id ſibi peculiare habet, muribus quod inſidietur, ſeque his nutriat. Exhibet hoc Num. 2 hujus Tabulæ, ubi *Mus devoratus*, in diſſecto ventre, ſuo ſe capite conſpiciendum præbet.

### Num. 3. *Mus, Araneus, Indiæ Orientalis.*

Araneis victitat Animalculum hocce: uti enim ex Muſcis Araneæ, ſic ex his illud, porrectiore & acuminato ſuo roſtro, vitalem unà cum Animâ ſuccum exſugit.

### Num. 4. *Vipera, vera, Indiæ Orientalis; Mas.*

Teſticulos, lit. A notatos, extrinſecus corpori appenſos habet, ſimiles duobus albis, ſpinoſiſque, Ciceribus. Duo ex ore prominent, mediocris craſſitiei, dentes, quos, in maxillâ ſuperiore firmatos, longè evibrare valet. Denticulis inſuper obſitum os eſt, eò in fauces usque, quò utraque ſeſe maxilla extendit. Cæterùm mirè picta: dorſo enim ſubfuſcæ incumbunt ſquamæ, pulchrè ordinatæ, & ſaturatè fuſcis diſtinctæ maculis; quarum majuſculæ confluentes, ſerpentino flexu, ad caudæ usque apicem decurrunt.

### Num. 5. *Vipera, ſquamoſa, Surinamenſis.*

Solis hæc ruffis ſquamulis tota obſidetur: rubello cinere adſperſam diceres.

Num. 6.

anneau blanc regne tout autour de ſa tête. L'on voit ſur les côtés de ſon ventre des eſpeces de taches blanches qui repréſentent aſſez bien des grapes de raiſin, & qui en s'aprochant de la queuë dont le bout eſt aſſez épais, dégénerent en ſimples taches blanches qui le couvrent presqu'entierement. La Lettre A repréſente une petite ouverture, que quelques-uns ont crû être une bouche, & d'où l'on a fauſſement conclu que ce Serpent eſt à deux têtes.

### N°. 4. *Serpent*, Double-Marcheur, *d'Amboine, à écailles rouges.*

Tout ſon corps eſt couvert de grandes écailles rougeâtres, qui ont chacune dans leur centre une petite tache d'un rouge plus foncé. On ne découvre dans ſa tête ni yeux ni narines, elle eſt ſeulement ornée d'une eſpece de crête de couleur chatain qui eſt parſemée de veines blanches. Il a, de même que le précedent, une petite ouverture au bout de ſa queuë, par où ſortent ſes excrémens.

## PLANCHE HUITIEME.

### N°. 1 & 2. *Serpent, de Ceylon, très-beau, Mangeur de Rats.*

Ce Serpent, dont les couleurs ſont fort belles, a ceci de particulier, c'eſt qu'il fait la guerre aux Rats, qui lui ſervent de nourriture. On en voit la preuve au N°. 2. de cette Planche, qui repréſente la tête d'un Rat qui ſort du ventre du Serpent qui l'avoit dévoré.

### N°. 3. *Muſaraigne, des Indes Orienrales.*

Ce petit Animal vit d'Araignées, de ſorte que celles-ci qui mangent les Mouches, deviennent à leur tour la proie du Muſaraigne qui les attrape avec ſon muſeau long & pointu.

### N°. 4. *Vipere Mâle, veritable, des Indes Orientales.*

La lettre A repréſente ſes teſticules, pendant extérieurement hors du corps, armés de pointes, & ſemblables de figure à deux Pois Chiches blancs. Il ſort de ſa gueule deux défenſes ou grandes dents, d'une médiocre groſſeur, plantées dans la mâchoire ſuperieure, & qu'elle peut darder aſſez loin quand elle veut; outre ces deux dents, ſa gueule eſt encore garnie d'autres petites dents, par toute l'étendue de l'une & de l'autre mâchoire. Son corps eſt ſingulierement tacheté. Son dos eſt couvert d'écailles brunâtres, diſpoſées dans un bel ordre, & marquetées de taches, dont les plus grandes s'étendent de l'une à l'autre, ſe joignent enſemble, & décourent en ſerpentant jusques au bout de la queuë.

### N°. 5. *Vipere de Surinam, toute-écailleuſe.*

Sa peau eſt entierement & uniquement couverte de petites écailles rouſſes; vous jureriez qu'elle eſt ſaupoudrée d'une cendre un peu rouge.



SCD LYON 1

### Num. 6. *Lacerta, Aculeata, Promontorii Bonæ Spei.*

Acutiſſimis hoc animalculum per corpus horret aculeis, ultrà craſſas qui ſquamas adeò eminent, ut incautiùs tractantem facillimè pungant. Quantumvis viſu injucundum ſit Lacertarum hocce genus, homini tamen nequaquam nocet. Veſtitus ſquameus fuſco & viridi colore variegatus eſt. Intercurrit flammata quaſi aut undulata nigredo, ipſos etiam tingens aculeos.

### Num. 7. *Tapayaxin, ſive Lacerta, orbicularis, minor, Promontorii Bonæ Spei.*

Squamulis tenuibus tecta, omnem corporis ſupinam faciem, albo, dilutè cinereo, nigroque colore, artificioſiſſimè inſignitam exhibet.

### Num. 8. *Muſcus, Maritimus, Africanus.*

Maris juncoſi ſoboles eſt, de quo plura in decurſu.

## TABULA NONA.

### Num. 1. *Serpens, Mas, lemniſcatus, Luſitanis* Chayquarona *dictus.*

E Luſitania unà cum aliis ſpeciebus nobis miſſus venuſtiſſimo eſt capite, à quo ad finem usque caudæ bruni coloris tænia decurrit. Ad utrumque colli latus novem conſpiciuntur maculæ nigricantes, oculis ſimiles, pari, ac in noſtrate Lampetrâ, ratione. Cæterum lemniſcis rubicundis & dilutè flavis ornatur. Squamæ imi ventris dilutè cæruleſcunt.

### Num. 2. *Serpens, Fœmella prioris.*

Formâ & picturâ mari ſuo ſimilis quadricoloribus tæniis, ordine digeſtis, veſtitas quaſi ſquamas fert. At novem illis ocellis circa collum caret; hujusque tæniæ per oris usque ſuperficiem extenduntur. Binæ etiam tæniæ, flavæ, latiores ſunt & ſaturatiores.

### Num. 3. *Serpens, Africanus, Erucarum inſidiator.*

Quùm Erucis admodum quidem ſetoſis, & quaſi aculeatis, ſeſe ſuſtentet, iſthoc nomine inſignitur. Id verò vel maximè notari meretur, quod hæc Serpentum ſpecies ſpinoſas illas Erucas glabris præferat, uti propriâ didici experientiâ, Erucas ejusmodi ex earum ventre diſſecto protrahens.

### Num. 4. *Eruca, ſpinoſa, Africana.*

De his in Tomo hujus Operis quarto prolixius agemus, exhibituri tunc multò majores earum ſpecies, & transformationem in Papiliones. Unâ duntaxat ſpinarum ſerie dorſum Erucæ hujus horret.

Num. 5.

#### N°. 6. *Lézard armé de pointes, du Cap de Bonne-Esperance.*

Il eſt hériſſé par tout le corps d'aiguillons très-pointus, qui s'élévent de telle maniere par deſſus ſes écailles épaiſſes, qu'ils piqueroient bien vîte quiconque le toucheroit imprudemment. Quelque hideux que paroiſſent à la vuë ces ſortes de Lézards, cependant ils ne font aucun mal à l'homme. Leurs écailles ſont brunes & vertes, entrecoupées d'un noir qui regne en façon de flammes ou d'ondes, même jusques ſur les pointes dont ces Lézards ſont armés.

#### N°. 7. Tapayaxin, *ou Lézard rond, & petit, du Cap de Bonne-Esperance.*

Il eſt couvert de petites écailles. Tout le deſſus de ſon corps eſt peint très-artificieuſement de blanc, de noir, & de cendré-clair.

#### N°. 8. *Mouſſe Maritime, d'Afrique.*

C'eſt une de ces Plantes qui naît au bord de la Mer avec les Joncs, & dont nous parlerons dans la ſuite.

## PLANCHE NEUVIEME.

#### N°. 1. *Serpent nommé en Portugais* Chayquarona, *orné de bandes, Mâle.*

Ce Serpent nous a été envoyé de Portugal avec quelques autres. Depuis ſa tête qui eſt très-belle, jusqu'à l'extrémité de ſa queuë, décourt une bande brune; l'on voit de chaque côté de ſon col neuf taches noirâtres qui reſſemblent à des yeux, de même que dans nos Lamproyes. Au reſte il eſt orné de bandes, dont les unes ſont rouges, & les autres d'un jaune-pâle. Les écailles du bas-ventre tirent ſur le bleu-mourant.

#### N°. 2. *Femelle du Serpent précedent.*

Semblable à ſon Mâle par ſa figure & par ſon parement, elle eſt ornée de bandes à quatre couleurs, diſpoſées en ordre, & qui s'étendent jusques au deſſus de la gueule. Elle n'a point aux côtés de ſon col les neuf taches que l'on remarque dans le Mâle, & ſes deux bandes jaunes ſont plus larges & plus foncées.

#### N°. 3. *Serpent d'Afrique,* Mangeur de Chenilles.

On l'apelle ainſi parce qu'il ſe nourrit de Chenilles, & ſurtout de ces Eſpeces de Chenilles qui ſont couvertes de longs poils rudes, pointus, & piquans. Car c'eſt une choſe remarquable, que ces ſortes de Serpens préferent de telles Chenilles à celles qui ſont liſſes & ſans poils, ce que j'ai apris par experience, ayant trouvé de ces Chenilles-là dans leur ventre.

#### N°. 4. *Chenille d'Afrique, à poils longs & piquans.*

Nous nous propoſons d'en parler au long dans le quatrieme Tome de cet Ouvrage, où nous décrirons les plus grandes Eſpeces de ces Chenilles, & leur métamorphoſe en Papillons. Le dos de celle-ci n'eſt hériſſé que d'un ſeul rang de poils.

N°. 5. Lé-

SCD LYON 1

Num. 5. *Lacerta, Amboinenſis, tæniolis fimbriata.*

Dorſum ejus funiculis dilutè cæruleis & nigricantibus elegantiſſimè liratum quaſi conſpicitur. Femora & pedes ex nigro guttata ſunt. Venter dilutè cæruleſcens ſquamis inſignibus, quas puncta nigra variegant, tegitur: uti ſub Num. 6 in eadem reſupinatâ videri poteſt.

Num. 7. *Erica, Africana; folio Corios minore, flore albo.*

Num. 8. *Erica, Africana; folio Corios minore, flore purpuraſcente.*

Num. 9. *Erica, Africana; Serpilli folio, floribus luteis, in umbellam congeſtis.*

Num. 10. *Erica, Africana; flore rubro, pleno.*

Quatuor hæ Ericarum ſpecies in Africâ, Plantæ hujus feraciſſimâ, creſcentes, ſingulæ inter ſe diſcrepant & Flore & Foliis. Ipſe ego vel ultra centum & triginta harum ſpecierum poſſedi.

## TABULA DECIMA.

Num. 1. *Aſpis, Ægyptiaca, atris maculis notata.*

Nili incola hæc Aſpis, cinereo-rubro colore tincta, nigris notatur maculis, quarum quæ dorſum variant, ocellos totidem mentiuntur. Caput, obſcurè fuſcum, collari ſuccingitur albicante. Squamæ ventrales, albæ, limbo rubello prætexuntur.

Num. 2. *Aſpis, Americana; Mas.*

Num. 3. *Aſpis, Americana; Fœmella.*

Magnitudine ſolâ cedunt hæ priori; cæterâ omnino ſimiles.

Num. 4. *Scincus, Marinus, Americanus, longâ caudâ.*

Quanquam Animalculum hocce cum Crocodilo minimè conveniat; priſcis tamen ſcriptoribus *Crocodilus, terreſtris, minor*, audit. Potiore jure Schroderus aliique *Scinci, marini, pedati*, nomine inſigniunt. Nec incongruè *Lacertarum* albo inſcribi poſſet: quum longâ ſuâ caudâ ad has quam proximè accedat. Qui ex Arabiâ, ſale conditi, ad nos deferuntur, titulo remedii confortantis, Medicis uſuales, capite ſunt longiore & acutiore, caudâque breviore, quam noſter hic Americanus. Alio illos loco delineatos dabimus; hîc interim notantes, hanc Scincorum Americanam ſpeciem pullis victitare Carabis, & Araneis.

Num. 5.

N°. 5. *Lézard d'Amboine, à petites bandes fillonnées.*

Son dos eſt rayé en fillons, d'une maniere fort jolie, de bandes étroites, en partie noirâtres & en partie d'un bleu-pâle. Ses cuiſſes & ſes pieds ſont tictés de points noirs. Son ventre eſt d'un bleu-clair, couvert de grandes écailles picotées de noir. Ce qui paroit clairement quand ce Lézard eſt couché ſur le dos, comme on le voit au N°. 6.

N°. 7. *Bruyere d'Afrique, à feuille de Coris, & à fleur blanche.*

N°. 8. *Bruyere d'Afrique, à feuille de Coris, & à fleur purpurine.*

N°. 9. *Bruyere d'Afrique, à feuille de Serpolet, & à fleurs jaunes diſpoſées en ombelle.*

N°. 10. *Bruyere d'Afrique, à fleur rouge, déployée.*

Ces quatre Eſpeces de Bruyere croiſſent en Afrique, qui en produit quantité. Elles different l'une de l'autre par la fleur & par les feuilles. J'ai eu au delà de cent trente de ces Eſpeces de Bruyere.

## PLANCHE DIXIEME.

N°. 1. *Aſpic d'Egypte, tacheté de noir.*

Cet habitant du Nil a la peau d'un cendré-rouge marquetée de taches noires, leſquelles ſur le dos n'imitent pas mal des yeux. Sa tête eſt d'un brun-obſcur, & eſt entourée d'un collier blanchâtre. Les écailles du ventre ſont blanches, ornées d'une bordure qui tire ſur le rouge.

N°. 2. *Aſpic d'Amerique, Mâle.*

N°. 3. *Aſpic d'Amerique, Femelle.*

Ces deux Aſpics ne le cedent qu'en grandeur au précedent, d'ailleurs ils lui reſſemblent en tout.

N°. 4. *Scinc Marin, d'Amerique, à longue queuë.*

Quoique cet Animal n'ait aucun raport avec le Crocodile, les Anciens cependant lui ont donné le nom de petit Crocodile Terreſtre; mais Schroeder & d'autres l'ont apellé avec plus de raiſon Scinc Marin marchant ſur Terre. L'on peut auſſi très-bien le ranger dans la claſſe des Lézards, dont il aproche beaucoup par ſa longue queuë. Les Scincs qu'on nous envoye d'Arabie confits dans le ſel, ſous le titre de Remede Confortatif, mis en uſage par quelques Medecins, ont la queuë plus courte, & la tête plus longue & plus pointue que celui-ci. Nous pourrons en donner ailleurs la Figure: on ajoutera ſeulement ici, que cette Eſpece de Scincs d'Amerique ſe nourrit d'Araignées & de petits Crabes.



N°. 5. Pe-

SCD LYON 1

### Num. 5. *Scinculus, Marinus, Americanus.*

Vermiculis hic & Araneis veſcitur, levius unde nutrimentum capit, quam Caraborum duris è carnibus. Ita nimirum univerſa rerum natura comparata eſt, ut creata cuncta mutuas ſibi conferant operas, Animalque Animali victum ſubminiſtret & materiam, quâ ſuſtentetur.

### Num. 6. *Erica, Æthiopica, foliis deciduis, flore rubro, ſpicato.*

Ramulis, è caule prodeuntibus, adhærent folia, lætiſſimè virentia, tenuia, ſubdiviſa, reclinata. Dilutè cinereus eſt, qui caulem extus ambit, cortex.

### Num. 7. *Erica, Africana, Foliis Corios ternis, flore Campaniformi, purpureo.*

Foliola Corios æmula, bina, terna, juxta ſe mutuò pulchrè ordinata, caulem ambiunt; cujus cortex cinereo-griſei eſt coloris.

## TABULA UNDECIMA.

### Num. 1. *Serpens, Braſilienſis.*

Nitidiſſimè picto huic Serpenti, colore olivaceo imbuta pellis, nigricantibus maculis, per totum corpus, concinnè variegatur. Ventrem cinerea inficit albedo. Serpentum id genus ulnarem ferè ſuperat longitudinem: corpore eſt tenui, caudâque acutiore. Eſca ejus Aves ſunt, aliaque Animalcula, maximè tamen Avis *Titu* Braſilienſibus dicta.

### Num. 2 & 3. *Serpentes, Americanæ.*

Pugnant hæ Serpentes inter ſe, eò quod non unâ ſint de ſtirpe oriundæ. Robur, quod exſerunt, maximum, in luctando, artusque inter ſe, ad laſſitudinem usque, contorquendo, ſitum eſt. Morſu necquicquam moliuntur: ſed tantâ vi in ſeſe invicem proflant, ut iam iam ſe mutuo diſcerpturæ videantur. Fractis demum viribus, utraque ſe ſubducit. Luctam hanc (Luſum nomines, per me licet) Vir fide dignus, ex Indiâ Occidentali redux, mihi narravit tanquam veriſſimam, & cujus ipſe teſtis fuerit oculatus. Binæ hæ Serpentum ſpecies earum de numero ſunt, quæ muribus inſidiantur. Prior cinereo-griſei eſt coloris, ruffula per dorſum, fuſciſque tæniolis, annularibus, ad extremum usque caudæ, cincta. Poſterior lutea ſubtus; ſupernâ parte cinereo-griſea; tribus diſtinguitur macularum nigricantium ſeriebus, ordine juxta ſe mutuò decurrentibus, ad caudæ usque apicem.

### Num. 4. *Serpens, Americana, Lemniſcata.*

Serpens hæc Americana nigricantibus tæniolis eſt cincta. Colore, ſuperna parte, eſt cinereo-flavo, ſubtus dilutè flavo. Caput elegantiſſimè eſt ſquamatum.

Num. 5.

### N°. 5. *Petit Scinc Marin, d'Amerique.*

Voici un Scinc qui ne vit que de Vermiſſeaux & d'Araignées, manger bien plus leger que celui des dures chairs de Crabes: ainſi toutes choſes ont leur utilité dans ce monde, un Animal y ſert à l'autre de nourriture & d'entretien.

### N°. 6. *Bruyere d'Ethiopie, à feuilles d'un an, & à fleur rouge qui monte en épi.*

Sa tige pouſſe des rameaux, garnis de feuilles qui leur ſont adhérentes, d'un verd fort gai, menues, recourbées, & partagées en deux. L'écorce extérieure de la tige eſt d'un cendré-clair.

### N°. 7. *Bruyere d'Afrique, à feuilles de Coris rangées trois à trois, & à fleur purpurine, faite en forme de cloche.*

Elle pouſſe une tige, revêtue de petites feuilles, ſemblables à celles du Coris, diſpoſées deux à deux, & trois à trois. L'écorce de la tige eſt d'un cendré-gris.

## PLANCHE ONZIEME.

### N°. 1. *Serpent du Breſil.*

Sa peau eſt d'une couleur olivâtre, joliment marquetée ſur tout le corps de taches presque noires, mais ſon ventre eſt d'un cendré-blanc.

Ces ſortes de Serpens ont presque une aulne de long. Ils ont le corps grêle, la queuë fort menue, & terminée en pointe. Ils ſe nourriſſent d'Oiſeaux, comme auſſi d'autres Animaux, mais principalement de cet Oiſeau nommé *Titu* par les habitans du Breſil.

### N°. 2 & 3. *Serpens d'Amerique.*

Ces deux Serpens ſe battent enſemble, parce qu'ils ne ſont pas d'une même Espece. Ils déployent leur plus grande force à ſe joindre, à s'entrelaſſer mutuellement, & à luter l'un contre l'autre jusqu'à être haraſſés de fatigue. Ils ne mordent point, mais ils ſe jettent l'un ſur l'autre avec tant d'impétuoſité qu'ils ſemblent devoir ſe déchirer. Ils ne ſe ſéparent que quand leurs forces ſont épuiſées. Quelqu'un dira peut-être, que ce que je nomme lute entre ces Animaux, n'eſt qu'un jeu; je ne disputerai point là deſſus, mais cependant je ne parle ainſi, qu'après une perſonne digne de foi, qui a été aux Indes Occidentales, & qui m'a proteſté avoir été temoin oculaire de ce fait.

Ces deux Especes de Serpens ſont du nombre de ceux qui ſont la guerre aux Rats. Celui du N°. 2 eſt cendré-gris, roux ſur le dos, & cerclé par tout le corps, jusqu'à la pointe de la queuë, de petites bandes rouſſes. L'autre Serpent eſt jaune ſous le ventre, cendré-gris ſur le deſſus du corps, & marqueté jusqu'au bout de la queuë de tâches noirâtres, diſpoſées avec Symétrie.

### N°. 4. *Serpent d'Amerique, à longues bandes fort étroites.*

Il eſt orné de bandes très-étroites, noirâtres, qui décourent ſur toute la longueur du corps, dont la couleur eſt cendrée-jaune par deſſus, & d'un jaune-clair par deſſous. Sa tête eſt couverte d'écailles d'une maniere fort jolie.

N°. 5 & 6.

SCD LYON 1

## Num. 5. *Stœchas, Africana, flore purpuraſcente.*

Folia anguſta, longiuſcula, *Corios* æmula. Flores dilutè purpurei, pleni, alii ſupra alios propullulantes, ſpectaculum exhibent amœniſſimum.

## Num. 6. *Stœchas, Africana, flore albo.*

Folia, pro Plantæ magnitudine, minuſcula, *Laricis* foliis adſimilantur.

## Num. 7. *Erica, Africana, humilis, flore albo, urceolari,* Coris *folio, Calyce amplo.*

Hoc Ericæ genus, quod Africa gignit, ramulis quamplurimis dodrantalibus luxuriat; qui tenuiſſimi, coloris partim ſpadicei, partim quoque griſei, foliolis tenuibus, glabris, Ericæ, *Coris* folio, æmulis, utcunque tamen tenuioribus, amicti ſunt.

In ſummitatibus ramuſculorum viſuntur flores, urceolum imitantes, è latâ baſi in anguſtiſſimum orificium, quadripartitum, deſinentes, emergentesque è calyculo amplo, quadrifolio.

Capſulam ſeminalem ambiunt ſtamina, varia, ex albo dilutè flaveſcentia, apicibus concoloribus donata. Stylus rubicundus, brevis, in floſculorum alvo, ſimul cum ſtaminibus, reconditus, capſulæ ſeminalis centro inſidet, eſtque dicta capſula coccinei coloris, in quatuor carinas dehiſcens, quæ carinæ peculiari membrana intergerinâ ditantur.

Semina more congenerum minutiſſima.

## Num. 8. *Euonymo affinis, Africana, flore luteo, Portulacæ folio.*

Radice firmatur lignea, è quâ prodit caudex ramoſus, ligneus, calamum ſcriptorium craſſus; cujus ramos ſtipant folia, nullis pediculis prædita, *Portulacæ* æmula, aſt breviora, hilariore virore perfuſa, ſuccoſa, ſapore fatuo. Ex axillis foliorum, ut & in ſummitatibus caulium, floſculi nudi exſurgunt ſingulares, bicompoſiti, exigui, brevibus pediculis fulti, tetrapetali, raro pentapetali, (quod ſi eveniat, ubertati ſoli deberi ſuſpicor) lutei, extrinſecus punctis atropurpureis antè explicationem notati. Ex umbilico floris emergunt ſtamina innumera, tenuiſſima, breviſſima, coloris aurei, quorum apices ſulcati cum petalis concolores. Stylus, ſupremo rudimento fructûs inſidens, tripartitus, quadripartitus, nonnunquam etiam indiviſus, inter ſtamina ludit. Flores marceſcentes fructui inſident quadrangulari, in quo quaterna ſemina.

Num. 9.

### N°. 5. *Stechas d'Afrique, à fleur purpurine.*

Les feuilles de cette Plante ſont longuettes, étroites, ſemblables à celles du Coris. Ses fleurs ſont purpurines, complettes, & rangées les unes ſur les autres, ce qui eſt charmant à la vuë.

### N°. 6. *Stechas d'Afrique, à fleur blanche.*

Ses feuilles ſont petites à proportion de la grandeur de la Plante, & reſſemblent aux feuilles de la Meleze.

### N°. 7. *Bruyere d'Afrique, baſſe, à fleur blanche, faite en godet, à feuilles de Coris, & à calice large.*

Cette Espece de Bruyere, qui croît en Afrique, pouſſe à la hauteur d'un empan, quantité de verges ou tiges, grêles, de couleur griſe & chatain, revêtues de petites feuilles, minces, glabres, approchantes de celles du Coris, ſeulement un peu plus menues.

Aux ſommités des tiges naiſſent des fleurs, faites en forme de godets, larges dans leur baſe, étroites en haut, découpées en quatre, & ſoutenues par un calice à quatre feuilles, fort ample.

La loge qui renferme les ſemences eſt environnée de pluſieurs étamines, d'un blanc qui va en jauniſſant, à pointes de la même couleur.

Le piſtile eſt rouge, petit, placé au milieu de la loge, & caché conjointement avec les étamines au centre des fleurons. Cette loge eſt d'un rouge d'écarlate, & s'ouvre en quatre niches qui ont chacune une cloiſon entre deux.

Les ſemences ſont fort menues, comme celles des autres Bruyeres.

### N°. 8. *Bruyere d'Afrique, reſſemblant aſſez au Fuſain, à fleur jaune, & à feuille de Pourpier.*

Cette Plante, qui vient du Cap de Bonne Esperance, jette une racine ligneuſe, d'où pouſſe un tronc, ou tige ligneuſe, branchue, de la groſſeur d'une plume à écrire, garnie de feuilles, ſans queuë, ſemblables à celles du Pourpier, plus courtes cependant, d'un verd plus gai, pleines de ſuc, mais fades au goût.

Des aiſſelles des feuilles, & aux ſommités des tiges, naiſſent de petites fleurs à quatre feuilles, rarement à cinq feuilles, ou ſi cela arrive quelquefois, je l'attribuerois à la bonté du terroir plutôt qu'à aucune autre cauſe. Ces fleurs ſont jaunes, picotées exterieurement de points noirs-purpurins avant qu'elles s'épanouïſſent, & ſont ſoutenues par de courts pedicules. Du milieu de la fleur s'élevent des étamines en très-grand nombre, fort minces & fort courtes, d'un jaune doré, à pointes ſillonnées, & de la même couleur des feuilles.

Le piſtile placé au deſſus de l'embryon du fruit, ſe partage en trois, en quatre, & quelquefois ſans ſe partager, joue entre les étamines.

La fleur étant tombée, il lui ſuccede un fruit quadrangulaire, contenant quatre ſemences.



SCD LYON 1

### Num. 9. *Erica noſtras, humilis, ſempervirens, flore purpureo & albo.*

Satis nota hæc Plantula Brumali æquè tempore, dum nive terra tegitur, ac ridente æſtivo Sole, viret & floret, Homini Brutisque utiliſſima, licet vilior ſit, & in deſertis incultisque locis creſcat. Inde perneceſſarium in Oeconomiâ habetur inſtrumentum ad ſordes everrendas. Feris, ovibus, &c. victum ſuppeditat. Serpentes Lacertæque ſub eâ deliteſcunt. Apes inde Mel & Ceram colligunt; aliaque inſecta plurima eâ ſe ſuſtentant. In Africâ, præcipuè circa Promontorium Bonæ Spei, plura, quam ullibi, ejus proveniunt genera & ſpecies, quorum haud parvam ipſe copiam poſſideo. Uſibus Medicis rarò adhibetur; nimis quippe vulgaris, & parvi æſtimata.

## TABULA DUODECIMA.

### Num. 1. *Serpens, Americana, Viperæ æmula.*

Capite hæc Serpens craſſiuſculo Viperam refert; miro cæterum artificio picta. Pellem glabram, magnisque ſquamis veſtitam, tæniæ albi & fuſci coloris pulchrè variegant. Ventri candicanti nigræ maculæ ſunt inuſtæ. Naribus carere videtur, oculis tantò majoribus prædita. Iſthæc paulò, poſtquam ſenectam exuerat, capta, libertatem amiſit ſimul. Aſpidum claſſi à veteribus adſcribitur.

### Num. 2. *Serpens, Ceilonica, Crucifera.*

Cruciferæ nomen ſortitur, quod decuſſatis nigris lineis, totidem quaſi crucibus, ſit notata: in harum interſtitiis alba cutis, nigricantibus variegatur maculis; denſiſſimè interim per omnem ambitum ſquamulis obſita, picturam ſic oſtentat bicolori marmori non abſimilem.

### Num. 3. *Serpens, Ceilonica, lineis ſubfuſcis.*

A capite ad extremam usque caudam exporriguntur lineæ hæ ſubfuſcæ: Venter candicans rhomboideis tegitur ſquamulis, cujus ad latus utrinque ſimplex decurrit tæniola. Miro hinc eminet ornatu hoc Animalculum.

### Num. 4. *Serpens, Americana, dormitans.*

En heîc, quam ſiſtit pulcherrima hæc Serpens, effigiem ſuî, ad ſomnum compoſitæ! Is enim Serpentibus mos eſt, dum ſomno gravantur, ſpiraliter ut ſeſe contorqueant quam arctiſſimè, capite in medio ſuprà corpus collocato, caudâque extimâm formante ſpiram. Ita ſecuræ ſomnum capiunt, necquicquam ſibi timentes ab inſidiis aliarum ferarum, aut improviſo impetu: vix ulla enim beſtia ipſas opprimit, niſi Accipitres; quorum tamen & unguibus vel minores etiam ſeſe ſubducere nôrunt: quæ verò grandiores ſunt, ab hoc periculo immunes, quandoque circum arbores, aut earundem ramos, convolutæ, dulci fruuntur ſomno; quem ſæpe in menſes protrahunt, tum potiſſimum, ubi eſcâ infarctus venter querelis parcit.

Hæc

### N°. 9. *Bruyere de nos païs, baſſe, à feuilles toujours vertes, à fleur blanche & purpurine.*

Cette petite Plante eſt bien connue, puisqu'elle verdit & fleurit tant en Hyver lorsque la terre eſt couverte de neige, qu'en Eté lorsqu'elle eſt échauffée des rayons du Soleil. Quoique la Bruyere de nos païs ſoit mépriſée, & qu'elle croiſſe dans les lieux déſerts & incultes, elle eſt néanmoins utile aux Hommes & aux Bêtes. On s'en ſert dans le ménage, pour nettoyer. Les Animaux ſauvages & domeſtiques, comme les Brebis &c. s'en repaiſſent. Les Serpens & les Lézards ſe plaiſent ſous ſon ombre. Les Abeilles en ſucent le miel, & d'autres Inſectes en tirent auſſi leur nourriture. L'Afrique, & principalement le Cap de Bonne-Esperance, produiſent plus de Genres & d'Eſpeces de cette Plante, qu'aucun autre endroit du monde, & certes je n'en poſſede pas moi-même une petite quantité. On l'employe rarement en Medecine, peut-être parce qu'elle eſt trop commune, & à trop vil prix.

## PLANCHE DOUZIEME.

### N°. 1. *Serpent d'Amerique, reſſemblant à une Vipere.*

Il reſſemble à une Vipere par la groſſeur de ſa tête. Il eſt remarquable par le merveilleux artifice de ſes couleurs & de ſon tacheté. Sa peau liſſe eſt couverte de grandes écailles, relevées par des bandes de couleur blanche & brune. Son ventre eſt blanc, & tigré de taches noires. Il ſemble n'avoir point de narines, mais il a de grands yeux. Ce Serpent-ci fut pris & perdit ſa liberté peu de temps après avoir changé de peau. Les Anciens l'ont rangé au nombre des Aspics.

### N°. 2. *Serpent, de Ceylon,* Porte-Croix.

On lui a donné ce ſurnom, parce que ſon corps eſt vergetté de rayes noires qui forment en ſe croiſant des eſpeces de croix, entre lesquelles on voit une peau blanche tachetée de noir. D'ailleurs, il eſt chargé ou couvert ſur tout le tour de ſon corps, de petites écailles qui n'imitent pas mal un marbre de deux couleurs.

### N°. 3. *Serpent de Ceylon, à rayes brunâtres.*

Ces rayes s'étendent depuis la tête jusqu'à l'extrémité de la queuë. Son ventre tout blanc eſt couvert de petites écailles rhomboïdes, & il a ſur chacun de ſes côtés une petite bande toute unie. Ce qui orne infiniment ce petit Animal.

### N°. 4. *Serpent d'Amerique, dormant.*

L'on voit ici l'attitude d'un Serpent qui veut s'endormir: il plie alors ſon corps en ſpirale qu'il reſſerre autant qu'il peut, ſa tête qui eſt dans le centre ſe repoſe ſur ſon corps, & ſa queuë eſt à l'autre bout de la ſpirale. Il s'endort ainſi tranquillement, ſans craindre les inſultes ou les ſurpriſes des autres bêtes ſauvages. Le ſeul Epervier, presque, oſe lui déclarer la guerre; cependant les plus petits Serpens même ſavent éviter ſes ſerres: car pour les grands ils ſont à l'abri de ſes inſultes, & en s'entortillant quelquefois autour des arbres & des branches d'arbres, ils s'abandonnent ſans inquietude à un doux repos, qu'ils font ſouvent durer pendant des mois entiers, ſurtout lors'ils ſe ſont raſſaſiés auparavant.

Le

SCD LYON 1

Hæc noſtra, eleganter ſquamata, tæniis latioribus, cinereo-flavis, & fuſcis, maculâque inſigni, candicante, ad frontem decoratur.

## Num. 5. *Salamandra, maculata, noſtras.*

Europæa hæc eſt, in Germaniâ præſertim & Italiâ reperiunda. Nigredine ſplendet piceâ, maculis, ſaturatè flavi coloris, tam longiuſculis, quam rotundis interſtinctâ. Pedibus ſtat quatuor, craſſis, brevibus; anticis quadrifidis, poſticis quinquefidis, ungue nullo armatis. Venter propendulus eſt, longus; caput craſſiuſculum; obtuſa cauda. Paludoſis in ſtagnis & lacunis, aliquando & in ſicco, commoratur hæc beſtiola. Necquicquam nocens homini, fugâ capturum eludit. Quod in igne viva perſiſtere poſſit, fabula eſt, indocto vulgo digna. Ignitur enim (experto credite!) per ignem, inque prunam & cineres vertitur. Anſam verò fabulæ dedit craſſa ejus & viscoſa cutis, copioſum exſudans humorem, quo fit, ut flammis haud ita facile attingatur. Vivit igitur Salamandra in igne, eo ſolùm ſenſu, quo aliud quodvis animal, innato præcordiis calore vitam ſuſtentans.

## Num. 6. *Lacerta, Africana.*

Lutei coloris eſt, punctis nigris per totum corpus diſtincta.

## Num. 7. *Salamandra, Ceilonica, minor, prona, Aquatica.*

Truncus huic corporis humilior, depreſſus, curtis innititur pedibus, caudamque protendit latam, compreſſam, verſatilem, cujus remigio per aquas fertur. Rubicundo & nigro colore ad latera variegatur; reliquo corpore flavo alboque, nigris diſtincto maculis.

## Num. 8. *Mergus, Americanus, pullus.*

Lanugine adhucdum obſcurè griſeâ veſtitur implumis pullus, luteolis per dorſum ſtrigis notatus. Capite eſt rotundulo; unde roſtellum porrigitur, anſerculi æmulum, flaveſcens. Pedes gerit latiuſculos, ſatis magnos; quorum uterque in tres diſpeſcitur digitos, oblongos, teretes, coriaceâ membranâ contextos.

## Num. 9. *Erica, Africana, Ruſci folio.*

Flores purpurei, ſtellati, longis inſiſtunt cauliculis, ferè, uti fit in Lyſimachiâ ſiliquoſâ.

TABULA

Le Serpent qu'on voit ici, a des écailles très-belles, & eſt orné de larges bandes cendré-jaunes & brunes; ſon front eſt couvert d'une grande tache blanche.

### N°. 5. *Salamandre tachetée, d'Europe.*

C'eſt principalement en Allemagne & en Italie que l'on trouve ces Salamandres. Elles ſont d'un noir de poix, entrecoupé de taches d'un jaune-foncé, dont les unes ſont longues, & les autres rondes. Elles ont quatre pattes courtes & épaiſſes, dont celles de devant ſont fendues en quatre doigts & celles de derriere en cinq, ſans qu'aucune ſoit armée d'ongles. Leur ventre eſt long & pendant, leur tête eſt aſſez groſſe, & leur queuë obtuſe. Elles vivent dans les lieux marécageux, dans les Etangs, dans les Marres, quelquefois auſſi ſur terre ferme. Cet Animal ne fait point de mal à l'homme, mais il le fuit lorsqu'il l'aproche. Quant à ce qu'on raconte qu'il peut vivre au milieu des flammes, c'eſt une fable bonne pour amuſer le Vulgaire: nous en parlons par experience, le feu le réduit en cendres. Mais ce qui a donné lieu à l'affirmation du contraire, c'eſt l'épaiſſeur de ſa peau, jointe à l'humidité qui en ſort en abondance, ce qui fait effectivement qu'il réſiſte plus long-tems à l'effort de la flamme. En ſorte que tout ce qu'on peut dire, c'eſt que la Salamandre vit dans le feu, au même ſens que tout autre Animal vit dans la chaleur naturelle qui conſerve ſa vie.

### N°. 6. *Lézard d'Afrique.*

Sa couleur eſt jaune, & tout ſon corps eſt picoté de points noirs.

### N°. 7. *Salamandre de Ceylon, petite, couchée ſur ſon ventre, Aquatique.*

Elle a le tronc du corps bas, écraſé; ſes jambes ſont courtes; ſa queuë eſt longue, large, plate, & flexible, de maniere qu'elle s'en ſert comme d'une rame en nageant. Ses côtés ſont mouchetés de rouge & de noir; le reſte de ſon corps eſt jaune & blanc, relevé de taches noires.

### N°. 8. *Plongeon d'Amerique; un Petit.*

Ce jeune Plongeon n'a point encore de plumes, & n'eſt couvert ſeulement que d'un duvet cotonneux, gris-obſcur. Son dos eſt ſillonné de rayes jaunâtres; ſa tête eſt de figure presque ronde; ſon bec eſt petit, jauniſſant, ſemblable à celui d'un Oiſon. Ses pieds ſont aſſez larges, & aſſez grands; ils ſe fendent en trois doigts, oblongs, ronds, joints enſemble par une membrane forte & tenace.

### N°. 9. *Bruyere d'Afrique, à feuille de Houx-frélon.*

Ses fleurs ſont purpurines, étoilées, élevées ſur de longues tiges, à peu près comme celles de la Corneille ſiliqueuſe.



SCD LYON 1

## TABULA DECIMA TERTIA.

### Num. 1. *Serpens, Lemnia,* Laphiati *dicta, elegantiſſima.*

Miro picturæ exquiſitiſſimæ apparatu ſuperba tæniam oſtentat latam, ex nigro ſpadiceam, catenæ inſtar, à capite, pariter quam venuſtiſſimè picto, ad tenuis usque caudæ apicem protenſam. Reliquæ interim corporis ſquamæ coloris plumbei ſunt, & hinc inde maculatæ. Ventrales tamen ex cinereo flaveſcunt, plurimis ſimul punctis conſperſæ. Eſca ejus ſunt Ranæ.

### Num. 2. *Rana, Lemnia.*

Hæc eſt, quæ præmemoratæ Serpenti in pabulum cedit.

### Num. 3. *Serpens, Americana.*

Fuſcus inumbrat dorſum color; pallidoque ventri flaveſcentes inhærent ſquamæ, intermiſtâ albedine variegatæ. Cauda in acumen deſinit.

### Num. 4. *Anguiculus, Africanus, cæruleus.*

Guineæ hic incola, veneno gravidus perhibetur; quo tamen reverâ caret, totus innocens. Albis obſeſſum ſquamis ventrem, venuſtamque de cætero quaquaverſùs picturam, præ ſe fert.

### Num. 5. *Elichryſum, Africanum, folio oblongo, tomentoſo; flore luteo.*

### Num. 6. *Elichryſum, Africanum, folio oblongo, tomentoſo; flore rubello.*

## TABULA DECIMA QUARTA.

### Num. 1. *Serpens, Americana.*

Berbichum à flumine deducta hæc Serpens, inter Dipſades refertur. Dilutè rubicundi eſt coloris, ſaturatè fuſcis diſtincta maculis. Venter, albeſcens, exiguas, nigricantes, maculas in ſquamis exhibet.

### Num. 2. *Serpens, Surinamenſis,* Dipſas *dicta.*

Colorem gerit olivarum æmulum, ſaturatè rubris variatum maculis, quæ ad amuſſim ſibi mutuò oppoſitæ, ad corporis usque dimidium decurrunt, deinceps verò poſteriora verſùs in ſquamas abeunt dilutè rubentes.

Num. 3.

## PLANCHE TREIZIEME.

### N°. 1. *Serpent de Lemnos, très-beau, nommé* Laphiati.

Il eſt ſuperbe par le magnifique appareil de ſes couleurs, & de ſa madrure. Depuis ſa tête qui eſt de la même beauté que tout le reſte du corps, jusqu'au bout de ſa queuë déliée, décourt en façon de chaine une large bande d'un chatain-obſcur. Les autres écailles qui couvrent ſon corps, ſont de couleur de plomb, & tachetées par-ci par-là. Les écailles du ventre ſont cendrées-jaunes, picotées de pluſieurs points. Ces ſortes de Serpens vivent de Grenouilles.

### N°. 2. *Grenouille de Lemnos.*

C'eſt-là l'Eſpece de Grenouille qui ſert de pâture au Serpent que je viens de décrire.

### N°. 3. *Serpent d'Amerique.*

Son dos eſt ombré de brun. Son ventre blanchâtre eſt couvert d'écailles pendantes, abbattues, variées de blanc. Sa queuë finit en pointe.

### N°. 4. *Petit Serpent d'Afrique, de couleur bleue.*

Ce Serpent que produit la Guinée, paſſe à tort pour être fort venimeux, car il ne fait du mal à perſonne. Tout ſon corps eſt orné d'une diſtribution de taches & de couleurs, qui font un effet très-joli à la vue. Son ventre eſt garni d'écailles blanches.

### N°. 5. *Immortelle, d'Afrique, à feuille oblongue, lanugineuſe, & à fleur jaune.*

### N°. 6. *Immortelle, d'Afrique, à feuille oblongue, lanugineuſe, & à fleur incarnate.*

## PLANCHE QUATORZIEME.

### N°. 1. *Serpent d'Amerique.*

On met ce Serpent au rang des Dipſas. Il a été pris ſur le bord de la Riviere Berbice en Amerique. Sa peau eſt d'un rouge-pâle, marqueté de taches fort brunes; ſon ventre tire ſur le blanc, & eſt tiсté de points noirs ſur ſes écailles.

### N°. 2. *Serpent* Dipſas, *de Surinam.*

Sa couleur eſt olivâtre, variée de taches ponceau; ces taches regnent en oppoſition les unes aux autres jusqu'à la moitié du corps, après quoi elles commençent à ſe changer ſur le derriere du corps en écailles d'un rouge-pâle.

N°. 3. *Serpent*

SCD LYON 1

## Num. 3. *Serpens*, Dipſas, *Amboinenſis*.

Nomen hoc a ſiti, quam morſu ſuo Homini adfert hæc Serpens, oriundum eſſe jam diximus.

## Num. 4. *Lacerta*, *Ceilonica*.

Mirè picta longam poſt ſe caudam, & caput, Salamandræ æmulum, præ ſe fert. Ab hoc, per dorſum, ad caudæ usque apicem, pecten eminet denticulatus. Squamoſum corporis veſtitum color dilutè viridis cum nigro variegat.

# TABULA DECIMA QUINTA.

## Num. 1. *Serpens*, *ex Libyâ*.

Tota alba, paucis hinc inde maculis, nigris, aspergitur. Caudæ etiam extremus apex ſubnigreſcit. Duarum cum dimidiâ ulnarum longitudinem adæquat. Avibus veſcitur, aliisque Animalibus, magnisque tegitur ſquamis, in dorſo catenatim diſpoſitis.

## Num. 2. *Serpens*, *Amboinenſis*, *Tigrina*.

Pulcherrimè quaquaverſùm maculis variata, ſolo in capite emaculati candoris gerit cucullum. Erucis inhiat, manibus quas egomet meis è diſſectâ hujus generis Serpente extraxi. Eâdem operâ ſeſe mihi obtulit Ovarium integrum, novem fœtum ovulis, quorum ſingula, peculiari tunicâ involuta, ſibique mutuò concatenata, ſpinæ dorſi juxta longitudinem adfigebantur.

## Num. 3. *Serpens*, *Americana*.

Puniceis veſtitur ſquamis, intermiſto nigro, variegatis. Venter albicans, rubicundis ſquamis, maculisque, refulget. Ex hujus Serpentis abdomine quinque eduxi ovula, ſuis incluſa tunicis. Et ſanè videbatur interna ejus facies indicare, captam illam fuiſſe eo tempore, quo ponendis ovis occupabatur. Anterior enim tunica, vacua, ſuum jam incolam excluſerat. Poſterius autem ovulum membranâ ſuâ tanquam in veſicâ incluſum erat, nullo patente exitu, tenuiumque ope fibrillarum ſpinæ dorſi membranis firmiter adhærebat.

## Num. 4. *Ovarium cum quinque Ovulis*.

En! hîc figuram Ovarii, cujus modò ad Num. 3 mentionem fecimus.

## Num. 5. *Ova Serpentis*.

Quintuplicis generis ova heîc exhibemus, juxta magnitudinis differentiam collocata. Craſſiuſculâ inveſtiuntur tunicâ, tenuique cruſtâ calcariâ. Perfectus ſingulis Anguiculus inhæret, cujus in ovulo ſitum, & convolutionis modum, aliâ quâdam Tabulâ oſtendemus.

Num. 6.

### N°. 3. *Serpent* Dipſas, *d'Amboine*.

Nous avons déja remarqué que ces ſortes de Serpens ſont ainſi nommés, parce qu'ils cauſent une ſoif ardente aux perſonnes qu'ils ont mordu.

### N°. 4. *Lézard de Ceylon*.

Ce Lézard eſt merveilleuſement marqué. Il a la tête & ſa longue queuë de Salamandre. Du chignon du col à la pointe de la queuë, regne ſur le dos une denture à petites dents. Son habillement écailleux eſt d'un verd-pâle varié de noir.

# PLANCHE QUINZIEME.

### N°. 1. *Serpent de Libye*.

Tout ſon corps eſt blanc, vergetté d'un petit nombre de taches noires. Il a deux aulnes & demi de longueur, que couvrent de grandes écailles diſpoſées ſur le dos en façon de chaines. Le bout de la queue eſt noirâtre. Il vit d'Oiſeaux & d'autres Animaux.

### N°. 2. *Serpent d'Amboine*, *tavelé comme le Tigre*.

Il regne ſur tout ſon corps une belle Tavelure, excepté ſur ſa tête qui porte un capuchon d'une grande blancheur, ſans taches. Sa nourriture eſt de Chenilles, que j'ai tirées moi-même hors du corps de ces ſortes de Serpens en les diſſequant. J'ai trouvé par la même occaſion un Ovaire entier contenant neuf œufs, attachés les uns aux autres à la file, & adhérens à toute la longueur de l'épine du dos. Chacun de ces œufs eſt enveloppé de ſa propre membrane.

### N°. 3. *Serpent d'Amerique*.

Il eſt revêtu d'écailles d'un rouge éclatant entremêlé de noir. Son ventre blanchâtre eſt écaillé & tacheté de rouge; l'ayant ouvert j'en tirai cinq œufs, renfermés chacun dans leurs tuniques. L'inſpection des Ovaires ſembloit indiquer que cette Femelle avoit été priſe dans le tems qu'elle pondoit, car dans la partie antérieure la membrane qui contient l'œuf étoit vuide, tandis que dans la partie poſtérieure l'œuf étoit encore renfermé dans ſa membrane où il ne paroiſſoit aucune ouverture, mais qui adhéroit par le moyen de petites fibres aux membranes de l'épine du dos.

### N°. 4. *Ovaire avec cinq Oeufs*.

Voici la figure de l'Ovaire dont je viens de faire mention au N°. 3 qui précede.

### N°. 5. *Oeufs de Serpent*.

Nous repréſentons ici cinq differentes ſortes d'œufs, placés ſuivant leur groſſeur. Ils ſont enveloppés d'une membrane aſſez épaiſſe, & d'une coque extérieure mince; chaque œuf contient un Petit bien formé, dont nous donnerons en quelque autre Planche la ſituation.



N°. 6. *Che-*

SCD LYON 1

## Num. 6. *Erica, Africana.*

Hanc è Serpentis ventre extraximus.

# TABULA DECIMA SEXTA.

## Num. 1. *Anguis* de Cencoatl, *Americanus, venuſtiſſimus.*

Longiſſimus eſt, & tenuis admodum, atque gracilis ratione magnitudinis ſuæ, capite parvo, brevi, oculis grandibus, quàm proximè ad nares ſitis, prædítus. Pictura ſuperbit perelegante; dum ſquamas ejus ex cinereo dilutè flavus tingit color, qui per totam dorſi longitudinem ſpadiceo quaſi velo tegitur, fimbriatim juxta latera propendente. Squamæ inferiores ſpurcâ flavedine inficiuntur. Formicis & vermibus victitat.

## Num. 2. *Vipera,* Coyuta *dicta, Braſilienſis; ſeu ſpecies* Bitin.

Ex Portu *Seguro* Braſiliæ transmiſſa noſtras tandem in manus pervenit. Caput ejus oblongum amplo rictu, latisque conſpicuum eſt maxillis. *Bitin* Serpentibus Vitulinum adſcribitur caput, lato ore, multumque patulis inſtructum naribus, ut longè diſſita olfacere poſſint. Hujusce caput præcipuè quàm pulcherrimè pictum eſt, grandibus pariter inſigne oculis, & ore latè fimbriato. Collum & cauda longa ſunt atque tenuia. Squamulis tegitur minutis, ex cinereo dilutè flavis, albo, & ruffulè ſpadiceo colore variegatis. Squamæ ventrales, dilutiſſimè flaveſcentes, tantillo bruni pigmenti quaſi obnubilantur. Juxta utrumque ventris latus catenæ æmulus decurrit funiculus, ex albis ſquamulis conflatus, jucundum viſu ſpectaculum præbens.

## Num. 3. *Anguis* de Cencoatl, *Americani, ſupra exhibiti, fœmella.*

Suo hæc Mare tenuior eſt & gracilior, capite etiam minore & magis globoſo prædita. Collum ejus, longum quidem, craſſitie tamen apicem tenuiſſimum fiſtulæ Tabacariæ non exſuperat. Cæterum habitu & pictura priori Num. 1 ſimilis eſt. Denticuli præ parvitate viſum ferè effugiunt. Lingua brevis, bifida, eſt pro more omnium Serpentum.

# TABULA DECIMA SEPTIMA.

## Num. 1. *Serpens, Corallina, Amboinenſis.*

Adnititur hæc Lacertam, ſe ipſâ vix minorem, validè ſugendo, deglutire; ita, ut fauces, enormi rictu, totæ quaſi ex articulo dimotæ videantur. Nec præfocatur tamen immani hâc offâ: hiat enim illi in ore, anterius, ſupra linguam, Trachea, liberam aëri ingreſſûs & exitus viam concedens. Habet ſanè in hâc buccella ſatis, quod concoquat ventriculus, famem aliquamdiu non ſenſurus. Sedecim hæc Serpens

### N°. 6. *Chenille d'Afrique.*

C'eſt une Chenille que nous avons tirée du ventre d'un Serpent qui l'avoit dévorée.

# PLANCHE SEIZIEME.

### N°. 1. *Serpent nommé* De Cencoatl, *d'Amerique, tout-à-fait joli.*

Il eſt très-long & très-grêle à raiſon de ſa grandeur. Sa tête eſt petite, groſſe; ſes yeux ſont grands, ſitués fort près des narines. Son tacheté eſt vraiment beau. Ses écailles ſont cendrées jauniſſantes, couvertes ſur la longueur du dos comme d'un voile de couleur chatain, & découpé ſur les côtés. Les écailles du deſſous du corps ſont d'un jaune ſale. Ce Serpent vit de Vers & de Fourmis.

### N°. 2. *Vipere appellée par les Breſiliens* Coyuta, *Mâle; ou Espece de* Bitin.

On nous l'a envoyé de *Porto Seguro* dans le Breſil. Sa tête eſt oblongue, ſa gueule grande, ſes mâchoires très-fendues. Les Serpens qu'on nomme *Bitin*, ont la tête approchant de celle d'un Veau, la gueule large, les narines fort ouvertes pour mieux ſentir de loin. La tête de celui-ci en particulier eſt marquée ſuperbement. Ses yeux ſont gros & grands, & ſon muſeau bien fendu. Il a la queuë & le col longs & menus. Il eſt couvert de petites écailles, minces, mêlangées de blanc, de chatain-clair, & de cendré-jaune. Les écailles du ventre tirent ſur un jaune tout-à-fait pâle, & ſont ombrées de brun çà & là. Sur les côtés regne comme un cordon formé de petites écailles blanches, ce qui n'eſt rien moins que laid à l'œil.

### N°. 3. *Femelle du Serpent* De Cencoatl, *qu'on vient de décrire.*

Elle eſt plus mince & plus grêle que ſon Mâle, & elle a la tête auſſi plus petite, mais en même tems plus ronde. Son col eſt long, & n'eſt pourtant pas plus gros que le tuyau d'une Pipe ordinaire à fumer. Du reſte elle reſſemble parfaitement à ſon Mâle. Ses dents ſont ſi petites qu'on peut à peine les voir. Sa langue eſt courte, fendue en deux, ainſi que dans tous les Serpens.

# PLANCHE DIX-SEPTIEME.

### N°. 1. *Serpent d'Amboine, à bandes Corallines.*

Ce Serpent-ci fait tous ſes efforts pour avaler un Lézard preſque auſſi gros que lui, en le ſuçant avec violence. Ses mâchoires par cette action ſe ſont ſi fort ouvertes, que vous les croiriez diſloquées, & cependant cet Animal n'eſt pas ſuffoqué de la grandeur d'un tel morceau, parce qu'il a ſa Trachée-artere ſituée antérieurement dans la gueule, ce qui laiſſe un paſſage libre à l'entrée & à la ſortie de l'air; mais toujours après une pareille bouchée,

SCD LYON 1

pens tæniis decoratur, totidem inſtar funiculorum corallinorum, ſibi mutuò adligatis, quæ dorſi per cutim expanſæ, verſus latera utrinque, prope ventrem, è funiculis abeunt in ſquamas: quibus etiam longioribus, & transverſim ſitis, totus, quantus eſt, venter obtegitur.

### Num. 2. *Lacerta, à Serpente penè deglutita.*

Soli ſuperant poſtici pedes, cum parte corporis poſteriore, appenſâque caudâ, quin totâ devorata ſit. Archetypus hujus figuræ, in phialâ, liquore plenâ, ſervatus, curioſis à me demonſtrari poteſt.

### Num. 3. *Serpens, Africana, ex Delminâ.*

Cæruleis iſthæc annulis, albo, & cinereo-flavo interſperſo, pulchrè circumſcribitur.

### Num. 4. *Serpens, Americana, maculata.*

Cinereo-griſea, fuſcis variegatur maculis.

### Num. 5. *Thymelæa, Africana, flore luteo; foliis hirſutis.*

## TABULA DUODEVICESIMA.

### Num. 1. *Serpens, Amboinenſis, cærulea.*

Corium dilutè cæruleum, parte ſuî ſuperiore, nigris quaſi ocellis diſtinguitur. Squamis ventralibus inuſta apparent exigua puncta, nigricantia.

### Num. 2. *Serpens, Ceilonica, Cæcilia dicta.*

Quia viſu caret, Cæcilia vocatur, Græcis ideo τυφλωψ dicta, Germanis *Blindſchleiche.* Formicis veſcitur. Vide Prolegomena.

### Num. 3. *Serpens, marina, coronata.*

Amboinenſis hæc eſt, ad caput utrinque, à latere maxillæ, duabus prædita pinnulis, hinc & illinc hiſpidis, piliſque quaſi obſitis. Nigram in capite præ ſe fert notam, Coronæ æmulam. Dorſum dilutè cinereo-flavo tinctum colore, fuſcis deſuper maculis, marmoris in modum, variegatur. Venter ex albo flaveſcit. Amphibium eſt hoc Serpentum genus, terrâ marique vivens.

### Num. 4. *Serpentis Æſculapii ſpecies.*

Æſculapio dicata iſthæc Serpentum familia, inde ſic cognominatur, prout in Prolegomenis memoravimus.

chée, ſon eſtomac a dequoi digérer pour qu'il ne ſente pas la faim de quelque tems.

Il eſt orné de ſeize bandes, dont chacune paroit comme faite d'une chaine de Coraux, joints les uns aux autres. Ces bandes décourent ſur la peau, le long du dos; mais ſur les côtés, à peu de diſtance du ventre, elles ſe changent en écailles. Tout le ventre eſt garni de ces écailles, qui ſont rangées en long & en travers.

### N°. 2. *Le Lézard presque dévoré tout entier par le Serpent précedent.*

Il ne reſte presque que les pieds de derriere, & la queuë de ce pauvre Lézard, qui ne ſoient pas encore avalés; mais tel qu'il eſt, je le conſerve dans une Phiole pleine de liqueur, pour le faire voir aux Curieux.

### N°. 3. *Serpent d'Afrique, de Delmine.*

Il eſt tout cerclé d'anneaux bleus, joliment parſemés de blanc & de cendré-jaune.

### N°. 4. *Serpent d'Amerique, tacheté par tout le corps.*

Son corps eſt tout marqueté de taches brunes & cendrées-griſes.

### N°. 5. *Garou d'Afrique, à fleur bleue, à feuilles cotonneuſes.*

## PLANCHE DIX-HUITIEME.

### N°. 1. *Serpent bleu, d'Amboine.*

Sa peau d'un bleu-pâle, eſt çà & là mouchetée de taches noires ſur le deſſus du corps. Ses écailles du ventre ſont toutes tictées de petits points noirs, rangés deux à deux avec ordre.

### N°. 2. *Serpent* Aveugle *de Ceylon.*

Les Grecs, les Latins, les Allemans, les François s'accordent tous dans leurs diverſes Langues à nommer ce Serpent du nom de Serpent Aveugle. Il ſe nourrit de Fourmis. Voyez les Prolégomenes.

### N°. 3. *Serpent Marin, couronné ſur la tête.*

Ce Serpent-ci eſt d'Amboine. Il a de chaque côté de ſa tête, près des mâchoires, deux petits ailerons velus ou plutôt hériſſés de poils. Il porte ſur la tête une marque noire, qui a quelque reſſemblance avec la figure d'une Couronne. Son dos eſt cendré-jaune, marbré de taches brunes. Son ventre eſt d'un blanc-ſale, mêlé de jaune. Ces ſortes de Serpens ſont Amphibies, vivans également ſur la terre & dans l'eau.

### N°. 4. *Espece de Serpent d'Esculape.*

Ces ſortes de Serpens ont été conſacrés à Eſculape duquel ils prennent leur nom, comme nous l'avons remarqué dans les Prolégomenes.



SCD LYON 1

vimus. Tota hujus ſuperficies, à capite ad caudam, latiuſculis faſciis, circularibus, atro-fuſcis, circumdatur. Squamæ corporis, cinereo-griſeæ, intermixto albo, variegantur. Gliribus, muribusque ſylveſtribus dicuntur vivere, quorum tamen neutrum in diſſectis reperire mihi contigit.

## TABULA UNDEVICESIMA.

### Num. 1. *Serpens, Ceraſtes, Siamenſis.*

A Græco derivatur vocis *Ceraſtes* Etymon, *Cornutamque* indicat Serpentem; uti in Prolegomenis adnotavimus. Commoratur Serpentum hoc genus maximè circa urbem Ægypti, *Alcair* dictam, ibique ſpeciem ſuam propagat. Talem inde transmiſſam accepi, Tabulâ XXVII exhibitam. Earum longiſſimæ ſesqui ulnam non excedunt. Avibus victitant; prout me docuit hujusce inſtituta diſſectio: avicula enim, cujus figuram Num. 2 exhibet, ejus in ventre complicata hærebat, capite reclinato, ſemicorrupta. Vid. ſub Lit. A. Cæterum Serpens iſthæc elegantiſſimè picta eſt. Cutis corporis, ſub ſquamis, ex cinereo-griſeo perfundata, nigricante & albo colore exquiſitiſſimè variegatur. Venter cinereo-flaveſcens impreſſas majuſculis ſquamis nigras albasque monſtrat maculas. Capite eſt longiuſculo, edentulo. Cauda acuminata ſenſim ab ortu ſuo gracileſcit.

### Num. 2. *Avis Colubri, Orientalis.*

Colore hæc Avicula ſaturatè cæruleo, vegetiſſimo, reſplendet; dum collum anterius ſuavè albicat. Roſtro longiuſculo biſulcam, more Serpentum, linguam recondit. Sibilo ſuo Serpentes eam alliciunt; aſtuque captam, ſapidiſſimum ferculum, latranti ſuo ventriculo transmittunt.

### Num. 3. *Serpens, elegantiſſima, ex Guineâ.*

Capiti ſaturatè cæruleo albeſcens obtenditur arculus. Utrinque à latere capitis, ad caudæ usque apicem, ſeries decurrit nigricantium macularum, funiculi inſtar corallini, invicem concatenatarum. Quæ per dorſum ſparguntur, nigræ maculæ, pulchrè juxta ſe mutuò diſpoſitæ, ſingulæ tamen aliquo modo ſeparatæ exiſtunt.

### Num. 4. *Eadem Serpens.*

Infernam exhibemus hujus Serpentis faciem, quâ punctis nigris diſtinctam oſtendit albedinem.

### Num. 5. *Ramulus Ericæ, Africanæ, fruteſcentis.*

Folia tenuia, anguſta, Corios æmula, ex alis ſuis protendunt flores oblongos, tubulatos, purpureos, quorum è cavo prominent acuta, gracilia, filamenta. Præbet hic frutex latibulum Serpentibus, videturque

légomenes. Tout ſon corps eſt entouré ou cerclé, depuis la tête jusqu'au bout de la queuë, de bandes larges, brunes & noires. Les écailles qui couvrent ſon corps, ſont cendrées-griſes mélangées de blanc. On dit que ces Serpens vivent de Loirs & de Mulots, ou Rats Champêtres, ce que je n'ai pu apercevoir encore en les diſſequant.

## PLANCHE DIX-NEUVIEME.

### N°. 1. *Serpent-Cornu, de Siam.*

Les Grecs l'ont appellé *Ceraſtes*, ce qui ſignifie en François, Cornu, comme nous l'avons déja dit dans les Prolégomenes.

Cette Espece de Serpent ſe trouve principalement aux environs du Grand-Caire en Egypte, & c'eſt là où ils multiplient. Celui dont on voit la figure dans la Planche vingt-ſeptieme, vient de cet endroit-là. Les plus grands n'ont pas plus d'une aulne & demi de long. Ils ſe nourriſſent d'Oiſeaux, comme j'ai pu le voir en ouvrant celui-ci, dans le ventre duquel j'ai trouvé l'Oiſeau repréſenté au N°. 2. qui y étoit fort preſſé, à demi corumpu, & la tête placée en arriere. Voyez la Lettre A.

Ce Serpent eſt au reſte très-joliment peint. Sa peau qui eſt revêtuë d'écailles, eſt de couleur cendrée-griſe, tachetée de noir & de blanc. Le ventre qui eſt cendré-jaune, eſt relevé de taches noires & blanches, parſemées ſur d'aſſez grandes écailles. La tête eſt longuette, & la gueule ſans dents. La queuë va en diminuant, & ſe termine inſenſiblement en pointe.

### N°. 2. *Oiſeau* Colubri, *d'Orient.*

Il eſt d'un bleu foncé, mais très-vif; le devant de ſon col eſt d'un beau blanc. Son bec eſt aſſez long, & ſa langue eſt fenduë comme celle des Serpens. Ceux-ci l'attirent par leurs ſiflemens, s'en rendent maîtres par leurs ruſes, & le dévorent avidement.

### N°. 3. *Serpent très-beau, de Guinée.*

Sa tête d'un bleu-turquin, eſt ornée ſur le ſommet d'un petit arc blanc qui en fait le tour. De chaque côté de la tête juſqu'à l'extrêmité de la queuë, décourt un rang de taches noires qui ſont jointes enſemble comme les coraux d'un colier. Les taches noires marquées ſur le dos, ſont toutes diſpoſées en ordre, & ſéparées les unes des autres.

### N°. 4. *Le même Serpent vû par deſſous.*

Il préſente dans cette figure le deſſous de ſon corps, qui a un fond blanc parſemé de points noirs.

### N°. 5. *Rameau de la Bruyere d'Afrique, qui s'éleve en forme d'Arbriſſeau.*

Ses feuilles ſont étroites, menues, ſemblables à celles du Coris. Des aiſſelles des feuilles ſortent des fleurs oblongues, purpurines, dont chacune eſt un tuyau évaſé par le haut, au milieu duquel ſont des étamines déliées & pointues. Les Serpens ſe retirent ſous

SCD LYON 1

turque *Ericam, Africanam, Coris folio, flore oblongo, purpureo, è foliorum alis prodeunte, Oldenb.*, à Tournefortio citatam, referre.

## Num. 6. *Valerianella, Africana, fruticans, foliis longis, anguſtiſſimis.*

A Promontorio Bonæ Spei hæc ad nos transportata, foliis gaudet longis, tenuibus, Lavandulæ æmulis, cauliculum denſè ſtipantibus; floribus rubicundis, ſimplicibus, fiſtuloſis.

# TABULA VICESIMA.

## Num. 1. *Serpens, Amboinenſis, nigra & alba,* Apachykoatl *dicta.*

Habet hæc & in Regno Mexicano ſuî ſimiles, quas ibi *Apachykoatl* vocari, teſtis eſt Hernandes. Supinum ejus corpus ex albo & nigro elegantiſſimè variegatum eſt. Micantes ſquamæ, ad dimidiam usque corporis longitudinem, latiuſculos monſtrant annulos, albo ibi colore maximam partem tinctæ, deinceps verò nigreſcentes rurſum; procedente hac varietate usque ad finem obtuſæ caudæ. Squamæ ventrales, transverſæ, penitus albicantes, tæniolis nigris diſtinguuntur. Nec ſanè malignioribus accenſenda eodem ſub tecto cum Hominibus commoratur; Gliribus, Muribus, Avibus, & Scarabæis victitans, juxta relationem eorum, a quibus transmiſſam accepi. Deſcripta etiam reperitur à *Nierembergio Lib. XII, c.* 45. nec non in *Hiſtoria Serpentum Jonſtoni p.* 28.

## Num. 2. *Serpens* Ibiboboca, *Braſilienſis.*

Ita vocata à Braſiliæ Incolis, ob eximiam, quâ ſanè nitet, pulchritudinem. Totum enim dorſum catenato pingitur opere, tot & tam jucundis divite coloribus, nigrisque lineis diſtincto, phrygiâ ut acu elaboratum diceres. Albicantes ſquamæ ventri inſident. Gracili eſt & longo corpore. Verbo: ſpectaculum oculis exhibet longè elegantiſſimum.

## Num. 3. *Serpens, Amphisbæna.*

Biceps videtur parva iſthæc Serpens, Amphisbæna ideò vocata; quod obtuſa ejus cauda, ipſo craſſior capite, alterum quidem caput referat: prout in antecedentibus jam animadvertimus. Interim, aliarum ad inſtar hujus generis Serpentum, ſimplici tantum capite donatur. Tota corporis ſuperficies, partim flava, partim rubea, albis maculis variegatur. Harum Serpentum genus, diverſasque ſpecies totum per orbem reperire datur: at habitu tamen & coloribus, pro diverſitate regionum, ab invicem dicrepant. Formicis victitant, aliisque inſectis.

## Num. 4. *Salamandra, Mexicana, rarior, ſtrumoſa.*

Struma, quam hocce gerit Animalculum, diverſæ penitus naturæ eſt ab eâ, quâ Lacertarum & Iguanarum nonnullæ donantur, comparandâ ingluviei, aut ſacco cuidam pendulo, cavo, & deorſum in anguſtum

ſous cet Arbriſſeau. Il ſemble être le même que celui qui eſt noté par Tournefort du nom de *Bruyere d'Afrique, à feuilles de Coris, à fleur oblongue, purpurine, ſortant des aiſſelles des feuilles.*

### N°. 6. *Mâche d'Afrique qui pouſſe des rejetons, & porte des feuilles longues, très-étroites.*

Cette Plante nous eſt parvenue du Cap de Bonne-Eſperance. Sa tige eſt touffue de feuilles longues, minces, ſemblables à celles de la Lavande. Ses fleurs ſont rouges, & formées en tuyaux.

# PLANCHE VINGTIEME.

### N°. 1. *Serpent d'Amboine, blanc & noir, nommé* Apachykoatl.

On voit des Serpens ſemblables à celui-ci dans le Mexique; les habitans les apellent *Apachykoatl*, au rapport d'Hernandez. Ce Serpent eſt couvert d'écailles brillantes, en partie blanches, en partie noires, par un mêlange qui ſe ſuccede d'une couleur à l'autre, & qui regne jusqu'au bout de ſa queuë obtuſe; ces écailles forment des anneaux aſſez larges ſur une moitié du corps. Tout le dos eſt varié de blanc & de noir, par une diverſité de nuances très-belles à l'œil. Les écailles transverſales du ventre ſont entierement blanches, entrecoupées ſeulement çà & là de rayes noires. Il ne fait aucun mal à l'Homme; il habite ſous les toits des maiſons, & ſe nourrit de Loirs, de Rats, d'Oiſeaux, d'Escarbots, au moins ſuivant le temoignage de ceux qui me l'ont envoyé. On en trouvera auſſi la deſcription dans *Nieremberg*, Liv. XII, Chap. 45, ou à ſon défaut, dans le Livre de *Jonſton* qui traite *des Serpens*, à la pag. 28.



### N°. 2. *Serpent* Ibiboboca, *du Breſil.*

Les Breſiliens l'ont ainſi nommé pour ſa grande beauté. En effet, tout le deſſus du corps ne ſemble être qu'une broderie faite à l'éguille, nuancée de diverſes couleurs qu'entrecoupent des rayes noires. Le ventre eſt couvert d'écailles blanchâtres. Son corps entier eſt long & menu.

### N°. 3. *Serpent* Double-Marcheur.

Ce Double-Marcheur reſſemble beaucoup à un Serpent, à deux têtes; car ſa queuë obtuſe, plus groſſe que ſa tête même, en imite une aſſez parfaitement: cependant il eſt vrai qu'il n'a qu'une ſeule tête, comme les autres Serpens de ſon Espece. Tout ſon corps eſt en partie jaune, en partie rouge, marqueté de taches blanches. Remarquons ici, qu'on trouve par tout le monde ce Genre de Serpent, & de ſes diverſes Especes, mais qui diffèrent néanmoins en groſſeur, en couleurs, & en tacheté, ſuivant les divers païs. Ils ſe nourriſſent tous de Fourmis, ou d'autres Inſectes.

### N°. 4. *Salamandre du Mexique, Goitreuſe, & rare.*

Son Goitre eſt d'une tout autre nature que celui de quelques Lézards Iguana dont nous avons parlé, & qui reſſemble au jabot des Oiſeaux, ou à un ſac pendant, large en haut, & s'étréciſſant en bas; au lieu que le Goitre de cette Salamandre du Mexique eſt tout couvert

SCD LYON 1

guſtum convergenti: quum illa ècontra granulis, piſcium ovulis ſimilibus, denſè ſufferta, tumores iſtos ſtrumoſos referat, quibus quorundam Stiriæ locorum incolæ, Homines, ſunt obnoxii. Dilutè roſei eſt coloris hæc Salamandræ ſtruma; dum corpus reliquum, cinereo-griſeum, maculis fuſcis diſtinguitur. Cauda, Lacertæ æmula, ſubviridibus annulis ad usque medium notatur: alterâ vero parte, ad apicem usque, albeſcit. Quæ juxta ventrem extenduntur tæniæ, fuſci ſunt coloris.

### Num. 5. *Scarabæus, Amboinenſis.*

Alis ejus albi, piloſi, innaſcuntur apiculi. Cæterum corpus albeſcit. Serpentum aliorumque Animalium eſca exiſtit.

## TABULA VICESIMA PRIMA.

### Num. 1. *Serpens, Peruviana, elegantiſſima & rara.*

Inter rariora, hisce in oris, ea meritò numeratur; quod è regionibus tam remotis, ac quidem Peruviana, minus ſanè frequenter Serpentes ad nos transportantur. Ego, cujusdam munificentiâ Amici, hanc, ipſi longè cariſſimam, dono accepi. Caput præ ſe fert eleganter pictum. Superna corporis pars albis nigrisque maculis, marmoris in modum, variegata, circa ſquamas & latera miſcelam ruffulæ flavedinis oſtendit. Ventrem inſignes obtegunt ſquamæ, transverſales, dilutè rubeſcentes. Parvi quidem, at numeroſi, maxillæ utrique inſident denticuli. Nec malignioris tamen indolis eſt Serpentum hæc ſpecies. Gliribus, Muribus, Locuſtis, & volantibus veſcuntur Scarabæis, quorum figura ſub Num. 5 videri poteſt. Edunt hi ſibilum Serpentibus intolerabilem, quæ hanc ut arceant moleſtiam, iis inſidiantur. Ferax admodum hujus Serpentum generis eſt Nova Hiſpania.

### Num. 2. *Mus, Orientalis.*

Huncce vivum mihi venalem obtulit Nauta, qui, aviario, filis ferreis obtexto, incluſum, totamque per viam alicâ ſollicitè paſtum, huc transportaverat. Semel illi quovis die aviario exire permiſerat, quo mirum adeò in modum cicurabatur, ut Domini ſui de labiis eſcam ſumere non dubitaret, impavidus humeris ejus inſidens. Tenax etiam hujus manſuetudinis penes me erat, qui illum emeram. Primi tamen Heri ſui, cui jam adſueverat, abſentiam quaſi dolens, non multo poſt tempore mœrore conficiebatur. Cui ſepulchrum ego in phialâ, liquore plenâ, conſtitui, ipſa ut poſt fata ſuperſtes permaneret. Colore tingitur ruffo, lineis albicantibus, margaritarum æmulis, per dorſum diſtincto. Brevibus eſt auriculis, & cruribus, quæ pedes tamen latiuſculi ſubfulciunt. Caudæ brevitas craſſitie compenſatur.

### Num. 3. *Cobra, Americana.*

Viperina hæc Serpens, ſupernâ corporis parte ſaturatè rubra, albis variatur tæniis. Venter dilutè rubeſcit. Caudæ ſuperficiem coccinus color, pulcherrimus, catenæ in modum, pingit. Vertex capitis albicat: frons conſpicilli effigiem præ ſe fert. Oculi ſunt minuſculi. Araneis hæc Serpentum ſpecies, aliisque id genus inſectis, inſidiatur.

Num. 4.

couvert de petits grains, ou boutons ſemblables aux œufs des Poiſſons, & n'imite pas mal les Goitres auxquels les habitans des Alpes & autres lieux pareils, ſont ſujets. La couleur de ſon Goitre eſt d'un incarnat fort pâle. Le reſte du corps eſt cendré-gris, parſemé de taches brunes. La queuë faite comme celle du Lézard, eſt cerclée d'anneaux verdâtres jusqu'au milieu; l'autre moitié de la queuë eſt blanchâtre jusqu'au bout. Les rayes qui décourent ſur le ventre ſont brunes.

### N°. 5. *Escarbot d'Amboine.*

Ses ailes ſont garnies de petites houpes de poils blancs. Tout ſon corps eſt blanc. Cet Inſecte ſert de nourriture aux Serpens & à d'autres Animaux.

## PLANCHE VINGT ET UNIEME.

### N°. 1. *Serpent du Perou, également rare & magnifique.*

On peut le mettre avec juſtice au rang des Serpens les plus rares qui ſoient dans ces Provinces; car certes d'un lieu auſſi éloigné qu'eſt le Perou, on ne transporte gueres dans ce Païs de ces ſortes d'Animaux. J'ai reçu celui-ci en préſent d'un Ami qui le priſoit beaucoup. Sa tête eſt peinte de belles couleurs. Le deſſus de ſon corps eſt marbré de taches noires & blanches, avec un mélange de jaune-rouſſâtre autour des écailles & ſur les côtés. Ses deux mâchoires ſont garnies d'un grand nombre de petites dents. Son ventre eſt revêtu de grandes écailles transverſales qui tirent ſur un rouge-pâle. La Nouvelle Espagne produit quantité de ces ſortes de Serpens, qui ne ſont point mauvais. Ils vivent de Loirs, de Rats, de Sauterelles, d'Escarbots-volans dont le bourdonnement leur eſt inſupportable; c'eſt pourquoi ils leur font la guerre & les mangent. Nous avons repréſenté un de ces Escarbots au N°. 5.

### N°. 2. *Rat Oriental.*

Un Matelot me préſenta à acheter ce Rat en vie; il l'avoit transporté ici dans une voliere treilliſſée de fils de fer, & l'avoit nourri ſoigneuſement de Fromentée pendant le cours du voyage. Il le laiſſoit ſortir une fois par jour de la cage, & il vint ſi bien à bout de l'aprivoiſer, que ce petit Animal montoit ſans crainte ſur ſes épaules, & lui prenoit de la bouche ſa nourriture ordinaire. Quand je l'eus acheté, il conſerva auprès de moi la même familiarité; mais il ſembloit conſumé de triſteſſe de ne plus vivre avec ſon ancien Maître. Auſſi pour faire honneur à ſa mémoire, je l'ai mis dans une Phiole pleine de liqueur, qui lui ſert de tombeau.

Il eſt d'une couleur rouſſe, vergettée ſur le dos de rayes blanchâtres & qui paroiſſent perlées. Il a les oreilles courtes, de même que les jambes, dont les pieds ſont néanmoins aſſez larges. La groſſeur de la queuë en compenſe la petiteſſe.

### N°. 3. *Le Serpent* Cobra, *d'Amerique.*

Ce Serpent qui tient de la Vipere, a le deſſus du corps d'un rouge-obſcur, traverſé de bandelettes blanches. Son ventre tire ſur le rouge-pâle. Le deſſus de la queuë eſt d'un rouge-écarlate qui regne en ſerpentant. Le haut de ſa tête eſt blanchâtre. Le front eſt marqué d'une tache de la figure d'une Lunette. Ses yeux ſont petits. Cette Espece de Serpens vit d'Araignées, & d'autres Inſectes pareils.

N°. 4. Ser-

SCD LYON 1

## Num. 4. *Serpens, Cæcilia, ſeu Scytale.*

Profert hanc Serpentum ſpeciem India tam Orientalis, quam Occidentalis. Nec habitu, nec inſcriptione, multum ab invicem differunt, diverſo ſub cœlo natæ: Orientalium duntaxat rubedo magis fuſca eſt, & nigricantis, quâ pollent, tæniatæ quaſi, picturæ color intenſior. Minutis armatæ denticulis, ſenſu olfactûs carent.

## Num. 5. *Scarabæus, volans.*

Lyricen, Belgicè *Lierdraaier*, vocatur, quod homotonum Lyræ ſonum edat: ſonum, quo ſemet ipſum Serpentibus prodit ejus impatientiſſimis; a quibus paulò poſt ex inſidiis captus devoratur, prout ſupra ſub Num. 1 jam adnotavimus.

## Num. 6. *Santolina, Amboinenſis, foliis teretibus, incanis.*

Semen hæc Planta profert, majori virtute anthelminticâ præditum, quam *Santonicum* in officinis vulgò dictum, ex Ægypto ad nos translatum. Volatili enim & aromaticâ vi illud communi huic antecellit. Videtur eadem eſſe cum *Santolinâ, incanâ, Chamæmeli odore ſuaviore, H. Boerhaave* Ind. alt. Plant. Tom. I, p. 123, Num. 5.

## Num. 7. *Erica, marina, Amboinenſis.*

Elegans ſanè hæc Plantula eſt, cujus folia teretiuſculis conſtant articulis, aut granulis, ita ſibi mutuò adpoſitis, ut margaritas referant funiculis colligatas.

## Num. 8. *Duo grana ſeminalia Plantæ* Num. 6.

## Num. 9. *Aranea, Serpentis viperinæ* Num. 3 *eſca.*

# TABULA VICESIMA SECUNDA.

## Num. 1. *Serpens, Americana, elegantiſſima, maculis nigris & albis notata.*

Omnem corporis ſuperficiem ſquamæ tegunt niveo candore conſpicuæ; cui nigerrimæ ſuperinducuntur lineæ, ſe invicem reticulatim decuſſantes. Ortæ hæ lineæ à medio capitis (ubi per dilutiſſimam & penè evanidam earum nigredinem ſubjectæ cutis candor pellucet) ad caudæ uſque dimidium decurrunt; cujus reliquam dein partem nonnullæ hinc inde quadrangulares maculæ, nigricantes, teſſellarum æmulæ, diſtinguunt. Caput ferè album nigra quaſi vitta tegit. Ventris ſquamæ transverſales amplæ ſunt & longiuſculæ.

Num. 2.

### N°. 4. *Serpent* Aveugle; *ou Serpent qu'on apelle en Latin* Scytale.

Les Indes Orientales & Occidentales produiſent cette Eſpece de Serpens, qui ont entre eux beaucoup de reſſemblance, par raport à la figure, à la couleur, & au tacheté, malgré la difference du climat. Seulement le rouge de ceux des Indes Orientales eſt plus brun, & la couleur de leur tacheté qui regne en forme de bandelettes noirâtres, eſt plus obſcure. Leur gueule eſt garnie de petites dents, mais ils n'ont point d'odorat.

### N°. 5. *Escarbot-Volant.*

Les Hollandois apellent cette Eſpece d'Eſcarbots *Lierdraaier*, & les Auteurs Latins *Lyricen*, à peu près comme qui diroit en François, *Eſcarbot Joueur de Lyre*, parce qu'il forme un ſon ſemblable à celui que rend cet Inſtrument de Muſique; ſon qui le trahit auprès des Serpens, qui ne ſauroient le ſupporter. C'eſt pour cela qu'ils dévorent toujours ces Inſectes, quand ils le peuvent.

### N°. 6. *Garderobe, d'Amboine, à feuilles rondes, velues d'un coton blanc.*

Cette Plante produit une graine plus efficace contre les Vers, que n'eſt la Santoline ou Barbotine des Boutiques d'Apothicaires, qu'on nous aporte d'Egypte. Car elle a je ne ſai quoi de volatil, & d'aromatique, qui la rend préférable à la Poudre ordinaire contre les Vers. Il ſemble que c'eſt ici la même Plante que Boerhaave dans ſon *Index Alter Plant.* Tom. I. pag. 123. N°. 5, déſigne ſous le nom de *Garderobe, lanugineuſe, blanche, auſſi odoriferante que la Camomille.*

### N°. 7. *Bruyere Marine, d'Amboine.*

Cette jolie petite Plante eſt revêtue de feuilles, rondes, faites par articulations ou par nœuds, de façon qu'on les prendroit pour un cordon de perles.

### N°. 8. *Deux ſemences de la Garderobe décrite au* N°. 6.

### N°. 9. *Araignée qui ſert de nourriture au Serpent du* N°. 3.

# PLANCHE VINGT-DEUXIEME.

### N°. 1. *Serpent d'Amerique, d'une grande beauté, parſemé de quelques taches noires & blanches.*

Toute la ſurface de ſon corps eſt couverte de taches d'une blancheur de neige, barrées par deſſus de rayes fort noires, qui ſont treilliſſées ou loſangées. Ces rayes décourent juſques à la moitié de la queuë, & prennent leur origine du milieu de la tête, où elles ſont d'un noir déteint, qui laiſſe apercevoir la grande blancheur de la peau ſituée deſſous. L'autre portion de la queuë eſt parſemée de quelques taches noirâtres, quadrangulaires, & faites en facettes. La tête preſque blanche, paroit comme couverte d'un voile. Les écailles transverſales du ventre ſont larges, & aſſez longues.

F 2 N°. 2. Serpent

SCD LYON 1

**Num. 2.** *Serpens, Americana, minor, pulcherrima, maculis nigris & albis notata.*

Minuſcula equidem eſt hæc Serpens, at mirum ſanè in modum picta. Albicantes ejus ſquamulæ margaritas referunt, acu quaſi phrygiâ in cute elaboratas. His ſuperjacent punctorum, ſaturatè nigricantium, ſtellatorum, quatuor ſeries, binæ & binæ ſibi mutuò ſociatæ, à capite ad caudam, ductu parallelo, decurrentes: dorſales penitus ſimiles ſunt iis, quæ per latera feruntur. Caput ex nigro alboque concinnè variegatur.

**Num. 3.** *Serpens, Americana, Cæcilia dicta.*

Obſcurè fuſci hæc coloris eſt, intercurrente albo variegata.

**Num. 4.** *Erica, Africana, viridis, anguſtiſſimis & breviſſimis foliis, floſculis in capitulum congeſtis.*

**Num. 5.** *Geniſta, Africana, Ericæ folio, floribus luteis, minimis.*

## TABULA VICESIMA TERTIA.

**Num. 1.** *Serpens, Guineënſis, rariſſima,* Argus *dicta.*

Argi nomen ſortita eſt, quod tota, à capite, ad caudæ usque apicem, pictis quaſi oculis plena conſpiciatur. Sunt hi, qua duplici ſerie per dorſum decurrunt, grandiuſculi; minores autem, qui lateribus inſcribuntur, ventrisque dilutè flavi ſquamis transverſalibus. Fundum ſquamarum dilutè ſpadiceus tingit color; dorſales maculas, ſive ocellos maximos, atrofuſcus; idemque dilutior ventrales. Pictura ſanè, heic à Naturâ adornata, omnem eludit artem humanam.

**Num. 2.** *Serpens, Murina, Guineënſis, minor, gracilis.*

Argus, Num. 1, huic Serpenti inhiat, quæ ipſa Muribus & Erucis, lignoſis, Num. 4 repræſentatis, ſeſe ſuſtentat.

**Num. 3.** *Serpens,* Cæcilia, *Guineënſis.*

Variorum hæc colorum miſturâ marmoris inſtar venuſtè variegatur.

**Num. 4.** *Eruca, ſeu Campe lignoſa.*

Creſcit hæc ſpecies in ligno veteri, carioſo; è quo ſucceſſivè, ſub habitu Erucarum, Scarabæi prodeunt,

**N°. 2.** *Serpent d'Amerique, petit, mais très-beau, moucheté de taches noires & blanches.*

Quoique ce Serpent ſoit petit, il n'eſt pas moins beau de figure & de tacheté. Ses écailles qu'on prendroit pour des perles, ſont blanchâtres, & forment ſur la peau comme un ouvrage en broderie à l'éguille, relevé de quatre rangs de points noirs, étoilés, diſpoſés deux à deux joints enſemble, & décourant de cette maniere en ligne parallele, depuis la tête juſqu'à la queuë. Les étoiles qui regnent ſur le dos ſont ſemblables à celles qui ſont marquées ſur les côtés. Sa tête eſt ſingulierement marquetée de blanc & de noir.

**N°. 3.** *Serpent-*Aveugle *d'Amerique.*

Il eſt d'un brun-obſcur, entrecoupé tranſverſalement de blanc.

**N°. 4.** *Bruyere d'Afrique, à feuilles vertes, courtes, étroites, garnies de fleurs raſſemblées en bouquets.*

**N°. 5.** *Genêt d'Afrique, à feuilles de Bruyere, & à petites fleurs jaunes.*

## PLANCHE VINGT-TROISIEME.

**N°. 1.** *Serpent-*Argus, *de Guinée, extrêmement rare.*

On le nomme *Argus*, parce que depuis la tête juſqu'au bout de la queuë, il eſt tout couvert de taches qu'on prendroit pour autant d'yeux. Ses taches qui forment un double rang ſur le dos, ſont les plus grandes, enſuite celles qui garniſſent les côtés, enfin les plus petites ſont celles qu'on voit ſur les écailles tranſverſales du ventre qui eſt d'un jaune-pâle. Le fond des écailles eſt d'un chatain-clair; les taches ou yeux qui regnent ſur le dos ſont d'un brun-obſcur, & celles du ventre d'un brun moins foncé. Mais il eſt conſtant que tout l'art humain ne peut imiter ici la nature que très-imparfaitement.

**N°. 2.** *Serpent* Mangeur de Rats, *de Guinée, petit, grêle, & verd.*

Le Serpent Argus du N°. 1, dévore celui-ci, lequel à ſon tour mange les Rats, & les Chenilles qui ſe tiennent dans le bois, dont une de cette Eſpece eſt repréſentée au N°. 4.

**N°. 3.** *Serpent* Aveugle, *de Guinée.*

Il eſt fort joliment marbré d'un mêlange de diverſes couleurs.

**N°. 4.** *Chenille de bois.*

Cette Eſpece de Chenille naît dans le vieux bois vermoulu, d'où ſortent les Eſcarbots ſous la forme de Chenilles. Ces Eſcarbots

SCD LYON 1

prodeunt, Serpentibus in pabulum ceſſuri; quæ eos idcircò inſectantur, & de cavitatibus arborum protrahunt.

Num. 5. *Erica, Africana, minutiſſimo, Capillaceo folio; flore cœruleo.*

Floſculi, minimi, campaniformes, cœrulei. Foliola ſubtiliſſimis capillis ſimilia, non implicata; ſed ſingula à ſe invicem ſeparata, ſaturatè virentia, cauliculo adhærent dilutè viridi. Cæterùm planta hæc, Muſci terreſtris ad inſtar, per terram prorepit.

Num. 6. Conyza, *montana, fruteſcens.*

Huic flos eſt luteus, Aſteri ſimilis, in medio rubeſcens, alto innixus cauliculo. Folia remiſſè viridia, tomentoſa, in plura ſegmenta diviſa, cornu cervinum, ramoſum, referunt.

## TABULA VICESIMA ET QUARTA.

Num. 1. *Serpens,* Cæcilia, *Americana.*

Hæc vera eſt Cæcilia, major, Americana, coloris ex albo roſacei, qualis in flore mali arboris conſpicitur. Squamulis veſtitur tenuibus, quæ per ſupernam corporis partem, à capite ad craſſæ usque caudæ extremum, ſubtilibus lineis, longitudinalibus, hasque iterum decuſſantibus lineolis, circularibus, ad culmi ſtraminis latitudinem ab invicem diſſitis, in ſpatiola parallelogramma diſtinguuntur. Capite eſt brevi, lato, minutis armato dentibus. Oculos perparvos membrana inſuper obvelat. Naribus magnis, patulis, acutè olfacit. Millepedis inſidiatur aliisque animalculis.

Num. 2. *Serpens, Americana, maculis fuſcis & albis interſtincta.*

Præterquam quod viſu ſit jucundiſſima hæc Serpens, ob ſquamas, albas, ſpadiceis maculis variegatas, innocentiſſima quoque eſt, nec morſu lædit; quippe edentula.

Num. 3. *Serpens, Surinamenſis, cœrulea.*

Nitidiſſima ſanè hæc Serpens, per dorſum Cyaneo, per latera verò & ventrem dilutè cœruleo colore tincta, ſquamulis æqualibus veſtitur.

Num. 4. *Millepeda, Americana, major; mas.*

Agmina hujus generis inſectorum, per ſylvas & inculta Americæ loca, magno cum tædio Nigritarum, divagantur, *Cæciliæ* Num. 1 in pabulum deſtinata. Quam heîc exhibemus, binis è capite porrectis corniculis, marem repræſentat. Nec temerè Millepedæ nomen ſortiuntur inſecta iſthæc: emergunt enim iis ab utroque ventris latere bini ordines tenuium, acutorum, pedunculorum, unguiculis ſimilium,

bots deviennent la proye des Serpens qui les cherchent, & les arrachent des creux d'arbres pour s'en repaître.

N°. 5. *Bruyere d'Afrique, à feuilles filamenteuſes, très-menues, & à fleur bleue.*

Ses fleurs ſont très-petites, bleues, & faites en forme de cloches. Ses feuilles poiracées, reſſemblent entierement à des fibres ou des cheveux très-fins. Cependant elles ne ſont point embaraſſées les unes dans les autres, mais toutes ſéparées, & adhérentes à des tiges, ou verges déliées, d'un verd-pâle. Cette Plante rampe ſur terre, comme la Mouſſe-terreſtre.

N°. 6. *Coniſe, Montagnarde, qui s'éleve en forme d'Arbriſſeau.*

Ses tiges pouſſent vers les ſommités des rejettons élevés qui ſoutiennent des fleurs radiées, bleues, & tirant ſur le rouge au milieu. Ses feuilles ſont d'un verd-pâle, tomenteuſes, ou couvertes d'un fin duvet, découpées en pluſieurs ſegmens, & n'imitent pas mal de figure le Bois de Cerf.

## PLANCHE VINGT-QUATRIEME.

N°. 1. *Serpent-*Aveugle, *d'Amerique.*

Voici le vrai Serpent Aveugle, nommé en Latin *Cæcilia*, grand, d'Amerique, d'une couleur blanche mêlée d'incarnat, comme eſt celle de la fleur du Pommier. Il eſt revêtu de petites écailles minces, qui couvrent le deſſus de ſon corps depuis la tête jusqu'à l'extrêmité de ſa groſſe queuë. Ces écailles ſont diviſées en Parallélogrammes, par de fines rayes longitudinales, que croiſent d'autres rayes circulaires auſſi menues que les longitudinales, & éloignées les unes des autres à la diſtance de la largeur d'un tuyau de blé. Sa tête eſt groſſe, courte. Sa gueule eſt munie de petites dents. Ses yeux ſont très-petits, & voilés d'une membrane. Ses narines grandes & larges, lui donnent un odorat très-ſubtil. Il ſe nourrit de Cloportes, & autres pareils petits Animaux.

N°. 2. *Serpent d'Amerique, entrecoupé de taches brunes & blanches.*

Outre que ce Serpent ne déplait point à l'œil, étant revêtu d'écailles coupées de taches blanches, & d'autres brunes ou tirant ſur le chatain, il ne fait d'ailleurs aucun mal, & ne peut mordre perſonne, n'ayant point de dents.

N°. 3. *Serpent de Surinam, tout bleu.*

Il eſt garni de petites écailles d'égale grandeur, qui ſont ſur le dos d'un bleu-azuré, ſur les côtés & le ventre d'un bleu-mourant.

N°. 4. *Millepieds d'Amerique, grand, Mâle.*

Il y en a des milliers dans les Bois & les lieux incultes de l'Amerique, au grand deſagrément des Negres; mais par bonheur les Serpens Aveugles du N°. 1. en diminuent le nombre, en en faiſant leur proye. Il paroit par les deux petites cornes qui pouſſent hors de la tête du Millepieds ici repréſenté, que c'eſt un Mâle. On ne peut donner à ces Inſectes un nom plus convenable que celui de Millepieds qu'ils portent; en effet, de chaque côté de



SCD LYON 1

ſimilium, innumerabilium; quorum ſingulis ſuus ineſt motus, dum currit animalculum. Ita, ut vel unicus ſaltem eorum, quotquot fuerint, deficiens, curſum ilico & reptatum aliquâ ratione reddat impeditiorem. Tantopere infinita omnipotentis rerum Conditoris ſapientia ſingulis proſpexit creatis, ut pro ſuâ quælibet ſpecie omnibus numeris abſoluta exiſterent! Tereti ſunt corpore Millepedæ, articulisque conflatæ ſibi mutuo mobiliter commiſſis: unde, quascunque in vias libuerit, flectere ſe & incurvare poſſunt. Articulos hosce interius membranæ ligamentoſæ connectunt; quibus in reſiccato animalculo contractis ruptisque, illi facillimè è ſuis juncturulis excidunt.

### Num. 5. *Millepeda, Americana; fœmella.*

Quæ Mari è capite protenduntur cornicula, huic deſunt. Ovula ſua, Squillæ ad inſtar, ſub ventre, geminos inter pedunculorum ordines, fœmella hæcce eousque gerit, donec vitam nanciſcantur formati inde pulli; qui dein, relictâ matre, proprio ſe motu agitant & prorepunt.

## TABULA VICESIMA ET QUINTA.

### Num. 1. *Serpens, Corallina, Amboinenſis, caudâ Amphisbænæ, Braſilienſibus* Ibyara *dicta, deglutiens Millepedam.*

Elegantiſſima hæc Serpens rubore corallino per dorſum pingitur; dum ventrem variegat diluta rubedo. Teretiuſculo eſt corpore, & glabris obducta ſquamis: breve caput naribus caret: cauda ejus craſſa & obtuſa facit, ut Amphisbænis accenſeatur. Braſilienſes ſuo ipſam idiomate *Ibyara* vocant. Tam Occidentalibus, quam Orientalibus, in Indiis reperitur Serpentum hocce genus, Millepedisque veſcitur, prout hæc figura oſtendit.

### Num. 2. *Serpens, Cæcilia, Ceilonica.*

Squamis caret: at harum loco tenuibus tegitur annulis, arctè ſibi mutuo conjunctis, ſpadiceo colore tinctis. Alba quaſi faſcia per ventrem protenditur. Caput peculiare nihil ſibi vendicat, præterquam quod latè tumens, binisque amplis naribus, in anticâ parte, prope os, ſit pervium. Linguam in eo reperire non datur, at tracheæ tamen hiatum. Non admodum flexilibus eſt articulis; ſed in ſe ipſam coacta riget. Vide Prolegomena.

### Num. 3. *Millepeda, Orientalis.*

Alia hæc eſt ſpecies Millepedarum, ab Americanis, præcedenti Tabulâ exhibitis, diverſa. Articulis hæc componitur majoribus, latis, compreſſis: è quorum ſingulis bini tantum emergunt pedunculi, poſtici anticis longiores. Cornicula etiam magis prominula gerit, caputque aliter formatum: ſuperficies obſcurè flaveſcit.

Num. 4.

de leur ventre ſortent un rang d'une infinité de pieds menus, pointus, & crochus, ſemblables à autant de petits ongles, qui ont chacun leur mouvement quand l'Inſecte marche; de façon qu'il ne peut plus ramper avec la même aiſance ni la même agilité, s'il lui manque ſeulement un ſeul de ſes pieds. Tant la ſageſſe infinie du Créateur a pourvu chaque Animal de parties toutes néceſſaires pour être parfait en ſon genre.

Les Millepieds ont le tronc du corps rond, composé d'articulations mobiles, pour pouvoir ſe tourner & ſe mouvoir de toutes parts. Ces articulations ſont jointes interieurement par des ligamens membraneux, qui ayant été une fois retirés ou rompus lorsque cet Inſecte s'eſt ſeché, on voit alors les articulations qui ne ſont plus retenues, ſe ſéparer facilement les unes des autres.

### N°. 5. *Millepieds d'Amerique, Femelle.*

Les petites cornes qui pouſſent de la tête du Mâle, manquent à la Femelle. Elle porte ſes œufs comme la Chevrette autrement dite la Saillicoque, ſavoir ſous le ventre, entre les deux rangs de ſes pieds, jusques à ce que les Petits entierement formés, ſortent vivans du ventre de la mere, qu'ils abandonnent ſur le champ, commencent à ramper, & ſe répandent partout à la ronde.

## PLANCHE VINGT-CINQUIEME.

### N°. 1. *Serpent d'Amboine, nommé par les Breſiliens* Ibyara, *d'un rouge de corail, à queuë de* Double-Marcheur, *avalant une Cloporte.*

Ce beau Serpent eſt peint ſur le dos d'un rouge de corail, tandis que ſous le ventre, il regne une marbrure rouge-pâle. Son corps d'une figure aſſez ronde, eſt couvert d'écailles liſſes. Sa tête eſt ramaſſée, mais il n'a point de narines. Sa queuë obtuſe & courte, fait qu'on le range parmi les Double-Marcheurs. J'ai dit que les Breſiliens le nommoient en leur langage *Ibyara*. On trouve ce genre de Serpens dans les Grandes & dans les Petites Indes. Il ſe nourrit de Cloportes, comme il paroit évidemment par cette Figure.

### N°. 2. *Serpent-*Aveugle, *de Ceylon.*

Il n'a point d'écailles, mais à leur place, ſon corps eſt cerclé d'anneaux minces, de couleur chatain, ſerrés les uns contre les autres. Une eſpece de baudrier ou bande blanche décourt ſur tout le ventre. Sa tête n'a rien de particulier, ſi-non qu'elle eſt fort groſſe, percée dans la partie anterieure de deux narines larges, ſituées près de la gueule. On ne voit pas qu'il ait de langue, mais on aperçoit cependant l'ouverture de la trachée. Les articulations de ſon corps ne ſont pas flexibles, auſſi eſt-il roide & comme d'une piece.

### N°. 3. *Millepieds, ou Cloporte Orientale.*

C'eſt ici une autre Eſpece de Millepieds differens de ceux d'Amerique, repréſentés dans la Planche précedente. Ses articulations ſont plus grandes, larges, & comprimées. De chacune d'elles ſortent ſeulement deux pieds, dont ceux de devant ſurpaſſent en longueur ceux de derriere. Ses cornes ſont auſſi plus longues. Sa tête eſt encore d'une conformation differente. Le deſſus du corps tire ſur un jaune-enfumé.

N°. 4. *Mil-*

SCD LYON 1

## Num. 4. *Millepeda, Ceilonica; mas.*

Ex inſulâ Ceilon miſſa hæc, ſupina jacens, teretioribus conſtat articulis, quam præcedens; cæterum & colore, & pedibus, apprimè cum eâ congruit; niſi quod, binos inter poſtremos pedunculos, tres promineant molliculæ appendices, quarum media, Penem referens, indicare videtur, partes generationi inſervientes heic ſitas, hancque Millepedam ſexûs maſculini eſſe.

## Num. 5. *Erica, Africana, folio Capillaceo, minimo; flore oblongo, tubulato, rubro, ſtaminibus, longis, viridibus, inſtar criſtulæ plumatilis ſupra eminentibus, ornato.*

Pulcherrima ſanè Ericæ ſpecies; è cujus capillaceis foliorum apiculis emergunt floſculi, tubulorum vel corniculorum æmuli, amœniſſimâ rubedine ſuffuſi, emittentes de cavo ſuo ſtaminula, tenuiſſima, longiſſima, lætè virentia, ultrà floſculi oram, inſtar emicantis flammulæ, propendentia. Cauliculus, quâ parte folia deciderê, geniculis hinc inde diſtinctus, cortice tectus cinereo-griſeo, apicem ſuum foliaceo capitulo coronatum oſtentat.

## Num. 6. *Erica, Africana, altera, folio Capillaceo; flore oblongo, tubulato, rubro.*

Hæc quoque non minus elegans Erica floſculis ornatur ſuave rubentibus, urceolos referentibus, extremo limbo, coronæ in modum, emarginatis. Folia, capillacea, tenuiſſima, jucundo virore ſplendent.

# TABULA VICESIMA ET SEXTA.

## Num. 1. *Vipera ex Novâ Hiſpaniâ,* Cencoatl *dicta; fœmella.*

Elegantiſſima hæc Beſtia ex Guadelupiâ Novæ Hiſpaniæ hùc delata, *Aſpidum* generi, è variis ſpeciebus compoſito, videtur accenſenda. Fœmina hæc eſt, ut jam innui. Caput gerit oblongum, ab anticâ parte planum, inſignibus naribus, prominulis, patulum. Rictum lata ambit fimbria; oculi, prægrandes, flammei, ſunt. Dorſum rhomboideis tegitur ſquamis, flaveſcentibus, quas maculæ partim ex ruffo flavæ, partim dilutè ſaturéque ſpadiceæ, pulchrè variegant. Ventris ſquamæ, dilutè cinereæ, ex flavo, marmoris in modum, variæ ſunt. Cauda, collumque, longa ſunt & gracilia. Veteres Serpentum huic ſpeciei morſum denegant; quum dentes earum, minutiſſimi, in alveolis ſuis quam profundiſſimè ſint radicati. Putant interim, poſſe illas venenum ſuum ejaculari, quod, absque morſu, cutim attingens noceat excitatâ inflammatione. Id tamen vero ſimile nobis haud apparet.

## Num. 2. Aspidis *ſpecies, vulgò* Vipera *minor vocata; fœmella.*

Aldrovandus, *Hiſt. Serp. & Dracon.* Lib. I, p. 197, nomine *Viperæ minoris* hanc Serpentem inſignit, propterea forte, quia longo admodum & gracili eſt collo atque corpore, oculis interim pro ratâ valdè

### N°. 4. *Millepieds de Ceylon, Mâle.*

Celui-ci, repréſenté couché ſur le dos, nous a été envoyé de l'Iſle de Ceylon. Il a les articulations du corps plus rondes que le précedent; d'ailleurs il lui reſſemble parfaitement de couleur & de pattes, avec cette unique difference, qu'on voit entre ſes deux derniers pieds ſortir trois appendices mollettes, dont celle du milieu qui a quelque raport avec le membre viril, ſemble indiquer les parties de la génération, & prouver par conſequent que ce Millepieds ſeroit un Mâle.

### N°. 5. *Bruyere d'Afrique, à feuilles filamenteuſes, à fleur oblongue, faite en tuyau, rouge, ſurmontée d'étamines longues, vertes, s'élevant en houpes.*

Elle eſt en vérité une des plus belles Eſpeces de Bruyere qu'il y ait. Des ſommités de ſes feuilles menues comme des cheveux, pouſſent des fleurs en forme de tuyaux ou de cornichons, peintes d'un rouge charmant. Du milieu de la fleur, ſortent des étamines d'un verd-gai, longues, très-déliées, qui débordent, & pendent en bas en façon de houpe, ou d'aigrette. Le bas de la tige de cette Plante dans l'endroit où elle eſt dégarnie de feuilles, eſt nouëux çà & là, couvert d'une écorce cendrée-griſe, tandis que le ſommet ſe montre touffu de feuilles fibreuſes.

### N°. 6. *Autre Bruyere d'Afrique, à feuilles auſſi chevelués, à fleur oblongue, rouge, formée en tuyau.*

Cette ſeconde Bruyere ne le cede point en beauté à celle qui précede. Elle eſt ornée de fleurs d'un rouge agréable, faites en tuyau, effrangé dans ſes bords en maniere de couronne. Ses feuilles déliées, cheveluës, ſont d'un verd-gai luiſant.

## PLANCHE VINGT-SIXIEME.

### N°. 1. *Vipere de la Nouvelle Eſpagne, nommée* Cencoatl, *Femelle.*

Cette belle Vipere a été tranſportée dans ces païs de la Guadeloupe, Iſle de l'Amerique. Il ſemble qu'on peut la rapporter au Genre des Aſpics qui renferme ſous ſoi diverſes Eſpeces. C'eſt ici une Femelle, comme on l'a dit dans le titre. Elle a la tête oblongue, applatie par devant, les narines grandes, larges, avancées. Sa gueule eſt brettellée d'une large bordure. Ses yeux ſont grands, étincelans. Son dos eſt couvert d'écailles maillées, jaunâtres, ombrées de taches, en partie rouſſes-jaunes, en partie d'un chatain-clair ou foncé. Les écailles du ventre ſont cendrées-clair, marbrées de jaune. Sa queuë & ſon col ſont longs & minces. Les Anciens prétendent que cette Eſpece de Serpent ne mord point, puiſque ſes dents extrêmement petites, ſont enfoncées très-profondément dans leurs alvéoles; mais ils croyent néanmoins qu'ils peuvent darder leur venin ſans morſure, & que ce venin venant à toucher la peau, y cauſe une inflammation, & fait ainſi du mal. Cependant cela ne nous paroit pas vraiſemblable.

### N°. 2. *Eſpece d'Aſpic, qu'on apelle ordinairement Petite Vipere; Femelle.*

Aldrovandi eſt celui qui dans ſon Hiſtoire Latine *Des Serpens & des Dragons*, Liv. I. pag. 197, a donné le nom de Petite Vipere à ce Serpent; peut-être à cauſe qu'il a le corps & le col très-longs & très-grêles, ſes yeux étant d'ailleurs à proportion fort grands & pleins



SCD LYON 1

valdè grandibus & flammeis. Narium nulla adparet nota. Dorſum rhomboideis ſquamis, dilutè flavis, conſpicuum, ad tenuis usque & acuminatæ caudæ apicem, maculis diſtinguitur latis, ruffis, quaſi fimbriatis. Viperam ideò vocant nonnulli veterum, uti *Quatramius*, & alii, quoniam Viperarum inſtar parit. At Serpentibus tamen magis eſt affinis.

### Num. 3. *Mas prioris.*

Gracilior eſt & tenuior ſuâ fœmellâ, cui cæterum quoad formam & picturam congruit.

## TABULA VICESIMA ET SEPTIMA.

### Num. 1. *Vipera ex Kairo.*

Inter diverſas Viperarum ſpecies iſthæc certè eminentiſſima, ex Alcair in Portum Gaditanum, & inde ad nos pervenit. Natura in hanc unam omne ferè ornamenti genus videtur collegiſſe; dum nubium æmulâ ipſam pinxit variegatione, plurimis diſtinctâ coloribus, ſaturatè ſpadiceo, rubro, flavo, albo, nigro, qui rhomboideis in ſquamulis, ex albo perfundatis, quam amœniſſimè inter ſe ludunt. Capitis non minus elegans eſt apparatus. Species hæc *Thebani Colubri* nomen ſortitur, & *Ceraſtis*, ſeu *cornutis Serpentibus* accenſetur. *Ceraſtes Siamenſis* in Tabulâ XIX exhibitus haud parum ipſi accedit.

### Num. 2. *Serpens annulatus, è Promontorio Bonæ Spei.*

Corpus prægrande, ſquamatum, purpureum, latis anguſtisque annulis, albis, à capite ad caudæ usque finem, exornatur. Annuli, caput & naſum decorantes, dilutè flavi ſunt coloris. Squamæ ventrales dorſalibus aſſimilantur; quum annuli corpus circulatim ambiant.

### Num. 3. *Serpens, Africana, minuſcula, flava.*

Supernam corporis partem aliquot diſtinguunt maculæ ſaturatè ſpadiceæ. Squamulæ ventris ex cinereo-flavo ruffæ ſunt.

### Num. 4. *Serpens Corallina, Americana.*

Nomen hoc ſortitur à ſquamulis ſuis, rhomboideis, tenuiſſimis, rubore Corallino conſpicuis. Nigricantes præterea maculæ dorſum, aliæque ſimiles, ſed minores, ventrem pingunt. Subtus diluta regnat flavedo.

Num. 5.

& pleins de feu. On ne lui voit aucune trace de narines. Son dos eſt remarquable par des écailles rhomboïdes, d'un jaune-pâle, qui regnent jusqu'au bout de ſa queuë menue & pointue, & qui ſont marquées de taches rouſſes, larges, & comme découpées dans les bords. Quelques-uns d'entre les Anciens, Quatramius, par exemple, & d'autres, ont auſſi nommé cette Espece d'Aspic, une Vipere, parce qu'elle met bas ſes Petits vivans, à la maniere des Viperes. Elle approche néanmoins beaucoup plus des Serpens.

### N°. 3. *Mâle de la Vipere précedente.*

Il eſt plus mince & plus délié de corps que ſa Femelle; du reſte il a la figure extérieure, les écailles, & le tacheté tout comme elle.

## PLANCHE VINGT-SEPTIEME.

### N°. 1. *Vipere du Caire.*

Entre les diverſes ſortes de Viperes, celle-ci eſt certainement une des plus ſuperbes. Elle a été portée d'Alcairo, autrement du Grand Caire, à Cadix, & de Cadix ici, où elle nous eſt tombée en partage. La Nature ſemble avoir pris plaiſir a étaler toutes ſortes d'ornemens ſur cette Vipere. Car elle a couvert ſon corps de petites écailles blanches, diſpoſées en lozange, marbrées d'un mêlange de taches, qui décourent en forme de nuée, & qui ſont peintes de diverſes couleurs, de bai-brun, de rouge, de jaune, de blanc, de noir, par des nuances tout-à-fait agréables à la vuë. Sa tête n'eſt pas d'un appareil moins magnifique. Cette Espece de Vipere eſt connue ſous le nom de Couleuvre de la Thébaïde, & on la range parmi les Ceraſtes, ou Serpens Cornus. En effet le Ceraſte de Siam repréſenté à la Planche dix-neuvieme, en approche de fort près.

### N°. 2. *Serpent dont le corps eſt cerclé d'anneaux. Il vient du Cap de Bonne-Esperance.*

Son corps eſt gros, rond, muni d'écailles purpurines, & entouré dès la tête jusques à l'extrémité de la queuë, d'anneaux blancs, de differente largeur, mais qui ſur la tête & ſur le nez, ſont d'un jaune-pâle. Les écailles du ventre reſſemblent à celles du dos. Les anneaux font tout le tour du corps.

### N°. 3. *Serpent d'Afrique, petit, jaune.*

Le deſſus de ſon corps eſt parſemé de quelques taches bai-brunes. Les petites écailles de ſon ventre ſont d'un cendré-jaune roux.

### N°. 4. *Serpent Corallin, d'Amerique.*

Il a pris ſon nom des écailles vermeilles ou corallines dont il eſt couvert. Elles ſont ces écailles extrêmement petites, & de figure rhomboïde. Son dos eſt moucheté de taches noirâtres. Son ventre eſt auſſi pointillé de taches de la même couleur, mais plus petites. Il eſt par deſſous d'un jaune-pâle.

N°. 5. Ser-

SCD LYON 1

## Num. 5. *Serpens, Amboinenſis, venuſtiſſima.*

Dorſum ejus dimidiati annuli, Corallino rubore tincti, bini ſemper conjugati, ornant, circa medium poſtici corporis in undulatam quaſi marmoris variegationem ſeſe diffundentes. Squamulæ, Thalaſſino colore conſpicuæ, ad extremum usque, nonnullis candicantibus diſtinguuntur. Imi ventris ſquamæ undique dilutè flaveſcunt. *Aldrovandus* eam *Dipſadum* accenſet generi, uti & *Grevinus*: quod tamen ex conjecturâ ſaltem factum arbitror. Quis enim omnia Serpentum genera, & ſpecies, exactè novit?

## Num. 6. *Lacertula, Africana, junior.*

Hæc Lacertarum ſpecies eſca eſt Serpentis, modo Num. 3 deſcriptæ.

# TABULA VIGESIMA ET OCTAVA.

## Num. 1. *Vipera Braſilienſis,* Jakana *ab Incolis vocata.*

Elegantiſſima hæc Serpens ſquamas cutaneas, ex ruffo flavas, amœnis maculis, ſaturatè rubentibus, per longitudinem dorſi digeſtis, utrinque ad ventris latera minoribus, ornatas monſtrat. Binos inter oculos Naſo & Fronti imminet inſignium par ſquamarum, ſcutis ſimilium, paulò magis rubentium, quam ſquamæ minores. Ventris ſquamæ dilutè cinereæ ſunt. Cauda tenuiſſimum in acumen terminatur.

## Num. 2. *Vipera Braſilienſis, altera,* Tamachia *dicta.*

Venuſtum ipſi caput eſt, oblongum: pictura corporis pulcherrima. Squamulæ cutaneæ, retis inſtar diſpoſitæ, dilutè flaventes, annulis ſaturatè ſpadiceis ornantur. Juxta ventris latera minuti conſpiciuntur arcus, literæ C figuram referentes; quos dein, verſùs imum ventris, ruffæ excipiunt maculæ, diverſimodè figuratæ. Squamæ ventrales ex cinereo flaveſcunt.

## Num. 3 & 4. *Binæ Serpentes, Braſilienſes, inter ſe pugnantes, aut ludentes.*

Longiuſculum ipſis caput eſt, Canini æmulum. Num. 3 marem, Num. 4 fœmellam notat. Præ mutuo amore ſemper unà ſunt, ludentes adeo inter ſe, ut pugnare videantur. Utramque inſolita ornat colorum miſtura. Maſculi ſquamulæ cinereo flavæ, circa ventrem paulò dilutiores, ex ſaturatè ruffo variegantur. Fœmella protenſam à capite ad caudæ usque finem gerit tæniam, ſaturatè ſpadiceam, Serpentino flexu per totum dorſum decurrentem, ad latera ex nigro fimbriatam. Ventris ſquamæ ex griſeo albeſcunt.

Num. 5 & 6.

### N°. 5. *Serpent d'Amboine, très-joli.*

Son dos eſt d'un rouge de corail, orné de demi-anneaux de la même couleur, & qui découvrent deux-à-deux, depuis la tête jusques ſur le milieu du corps, où alors ces anneaux ſe changent comme en une marbrure ondée. Ses petites écailles ſont d'un verd-de-mer, entrecoupées çà & là de quelques-unes qui ſont blanchâtres; mais les écailles du bas-ventre ſont toutes d'un jaune-clair. Aldrovandi & Grevin mettent ce Serpent au rang des Dipſas, en quoi pourtant je crois qu'ils n'agiſſent que par conjecture. Car qui eſt celui qui peut ſe flater de connoitre avec exactitude tous les Genres & les Especes de Serpens?

### N°. 6. *Petit Lézard, d'Afrique, tout jeune.*

Cette Espece de Lézard ſert de nourriture au Serpent d'Afrique du N°. 3.

## PLANCHE VINGT-HUITIEME.

### N°. 1. *Vipere du Breſil, nommée* Jakana *par les habitans.*

Ce beau Serpent a les écailles qui couvrent la peau, d'un roux jaune, & tavelées ſur la longueur du dos de belles taches rouges-obſcur. Les côtés du ventre ſont ornés de taches de la même couleur, mais plus petites. Entre les deux yeux, ſur le nez, & ſur le front, s'éleve en guiſe de bouclier, une paire de groſſes écailles, qui ſont d'un rouge un peu plus vif que celui des petites écailles marquées ſur les côtés. Les écailles du ventre ſont cendrées-clair. La queuë finit en une pointe très-déliée.

### N°. 2. *Autre Vipere du Breſil, appellée* Tamachia.

Sa tête eſt belle, oblongue, & peinte de même que le reſte du corps. Les écailles qui tapiſſent la peau, ſont jaunes-pâles, treilliſſées, & vergettées de marques ovales ou circulaires, chatain-brunes. Sur les côtés du ventre découvrent des taches en arc, qui imitent la figure de la lettre C. Enſuite vers le bas du ventre, regne une moucheture de taches diverſement figurées. Les écailles du deſſous du ventre, ſont cendrées-jaunes.

### N°. 3 & 4. *Deux Serpens du Breſil, ſe battans, ou plutôt badinans enſemble.*

Leur tête longuette ne reſſemble pas mal à celle d'un Chien. Le N°. 3. indique le Mâle, & le N°. 4. déſigne la Femelle. Comme ils s'aiment mutuellement, ils ſe tiennent fidéle compagnie, & badinent enſemble d'une maniere qu'on croiroit leur jeu ſérieux. Ils ſont peints l'un & l'autre d'un ſingulier mélange de couleurs. Les petites écailles dont le Mâle eſt revêtu, ſont cendrées-jaunes, coupées de roux obſcur; mais leur couleur s'éclaircit un peu davantage ſur le ventre. La Femelle porte depuis la tête jusques au bout de la queuë, une large bande, bay-brune, qui découvrt en ſerpentant ſur toute la longueur du dos, avec une bordure noire, effilée ſur les côtés. Les écailles du ventre ſont d'un gris-blanchâtre.



N°. 5 & 6.

SCD LYON 1

**Num. 5 & 6.** *Binæ Serpentes, Peruvianæ, inter ſe ludentes; mas & fœmina.*

Canino ſunt, ut priores, capite, & miro à Naturâ apparatu pictæ. Notatu dignum eſt, Serpentes haſce, ut ut congeneres ſint & conjuges, picturâ tamen inter ſe diſcrepare. Mas enim pluribus ſuperbum ornamentis caput gerit, quam fœmella, ſimplicibus ſaltem ſquamulis veſtita. Ambæ, colore ſpadiceo perfundatæ, ex dilutè flavo variegantur. Fœmella, ſub Num. 6 delineata, dorſum monſtrat annulis, in medio maculâ viridi notatis, diſtinctum. Ventris ſquamæ ex cinereo dilutè flaveſcunt.

## TABULA VIGESIMA ET NONA.

**Num. 1.** *Serpens, Teſtudinea, Americana; murium inſidiator.*

Pulcherrimè maculata, Teſtudinis inſtar, Serpens hæc, concinnis veſtitur ſquamis, per caput præſertim, eleganter variegata. Ventrem ſubfuſcus; dorſum ſaturatior idem pingit color, maculis diſtinctus nigris, temerè diſperſis, magnis, parvis, partimque medio albicante, tanquam ocello, conſpicuis. Ventri haud magnæ inhærent ſquamæ transverſales; ſigno, ſtagnantium eas aquarum magis, quam rupium eſſe incolas: providiſſet enim aliàs ſummus Naturæ Conditor. Muribus cæteroquin inſidiatur & veſcitur ejus generis, cujus ſpecimen ſequens exhibet numerus.

**Num. 2.** *Mus, Americanus.*

Tales ſunt, in pabulum qui cedunt Serpentibus, colore tamen & habitu admodum diverſi. Hicce ex ruffo flaveſcit per dorſum, & ſupernam capitis partem; cui albicantes adhærent auriculæ, non exiles, at plus ſolito retrorſum collocatæ. Venter infimus, binaque pedum paria, omninò albeſcunt: horum poſtici craſſiores & longi, Glirium pedes æmulantur, adjunctâ caudâ albicante, longiuſculâ, hiſpidâ. Fructibus arborum, aliiſque deciduis vegetantibus, victitat hocce Animalculum.

**Num. 3.** *Serpens, Americana, verſicolor.*

Tenuis & longiuſcula iſthæc, eleganti variorum colorum texturâ, picturæ marmoris æmulâ, mirum in modum ſuperbiens, capite eſt minuſculo, caudamque protendit in acumen deſinentem.

## TABULA TRIGESIMA.

**Num. 1.** *Serpens, Corallina, Amboinenſis.*

En! furibundam regni Mexicani Serpentem, quæ vultu terribili victum quæritans, eundem levi labore invenit in venuſta Lacertula Num. 2. Hæcce enim oppugnanti Serpenti, absque ullâ ſeſe reſiſtentiâ, tradit, hiantem illius avidumque ventrem ſatiatura. Rara eſt Serpentum iſta ſpecies, cui brevis adeo cauda,

**N°. 5 & 6.** *Deux Serpens du Perou, Mâle & Femelle, jouans enſemble.*

Leur tête eſt canine, comme celle des Serpens qui précedent. La Nature a auſſi paré ceux-ci d'un merveilleux étalage de diverſes couleurs. Il n'eſt pas inutile de remarquer, que quoique ces Serpens ſoient d'une même ſorte, & s'accouplent enſemble, ils different néanmoins par leurs couleurs, & leur madrure; car le Mâle a la tête relevée de divers ornemens, tandis que celle de la Femelle n'eſt revêtue ſimplement que de petites écailles. Dans tous les deux, le fond des écailles eſt chatain, mêlangé de jaune-pâle. La Femelle repréſentée au N°. 6, a le dos marqueté d'anneaux, ou de ronds qui ſont mouchetés au milieu d'une tache verte. Les écailles du ventre ſont cendrées-jauniſſantes.

## PLANCHE VINGT-NEUVIEME.

**N°. 1.** *Serpent d'Amerique, à moucheture de Tortue; Mangeur de Rats.*

Il eſt revêtu de jolies écailles, magnifiquement madrées, principalement ſur la tête, de grandes taches ſemblables à celles des Tortues. Son ventre eſt brunâtre, & ſon dos d'un brun plus foncé. Tout ſon corps eſt plaqué de taches, ſemées ſans ordre, grandes, petites, & dont quelques-unes ſont œillées de blanc au milieu. Les écailles transverſales du ventre ne ſont rien moins que grandes; marque, que ces Serpens habitent davantage les eaux que les rochers. Autrement, l'Auteur de la Nature n'eût pas manqué d'y pourvoir. Du reſte ils font la guerre, aux Rats de l'Eſpece de celui que repréſente le Nombre ſuivant, & les mangent.

**N°. 2.** *Rat d'Amerique.*

Voilà les ſortes de Rats, d'ailleurs fort differens entre eux de couleur & de figure, qui deviennent la proye des Serpens précedens. Celui-ci a le dos & le deſſus de la tête d'un roux-jaunâtre. Ses oreilles ſont blanchâtres, aſſez grandes, & placées plus en arriere que de coutume. Le deſſous du ventre, & les quatre pieds ſont tout-à-fait blancs. Ceux de derriere ſont plus grands & plus gros que ceux de devant, & formés comme les pieds de Loirs. Sa queuë eſt blanchâtre, longuette, heriſſée de poils. Ce petit Animal vit de fruits d'Arbres, ou d'autres Végétaux qu'il trouve à terre.

**N°. 3.** *Serpent d'Amerique, varié de diverſes couleurs.*

Son corps eſt longuet, délié, nué en façon de marbrure, d'un bel aſſemblage de diverſes couleurs. Sa tête eſt petite, & ſa queuë qu'il étend, ſe termine en pointe.

## PLANCHE TRENTIEME.

**N°. 1.** *Serpent* Bitin, *du Mexique, gros, court, très-rare.*

C'eſt ici le furieux Serpent de la Nouvelle Eſpagne, qui cherchant avec un aſpect affreux ſa nourriture, la trouve aiſément dans le joli Lézard dépeint au N°. 2. Car ce petit Animal ſe rend ſans faire de réſiſtance aux attaques du Serpent affamé, qui ouvre ſa gueule pour l'engloutir. C'eſt une Eſpece de Serpent fort rare que celui-ci, remarquable par cette queuë fort courte qu'il

SCD LYON 1

cauda, à parte corporis poſticâ, tam diſtinctè & ſeparatim protenditur. Squamæ inſignes, exſtantes, medium corpus veſtiunt: verſus caput autem, extremumque caudæ, eædem preſſulæ, ſupra ſe mutuò, arctè compinguntur. Baſis earum albicans, remiſſo, ſaturatoque luteo, partim & rubro, obtegitur colore, nigris ſimul maculis variegata. Dentibus in parte oris anticâ caret; qui tamen exigui, uncorumque ad inſtar incurvati, poſteriora obſident. Penès vetuſtos ſcriptores, *Bitin* audit, diciturque in montibus potiſſimum commorari: quod quidem haud à vero alienum videbitur, conſideranti latas, firmasque, quibus venter ejus eſt conſpicuus, ſquamas. *Jonſton* in Hiſtor. Serpent. p. 35, Art. 3, ait, Bitin eſſe Serpentem, aſpectu horrendam; nigris, albis, rubriſque punctis variegatam; capite vitulino ſimili, fronte latâ, ad oculos usque, lucidos, nigros, annulo viridi circumdatâ, præditam. Hactenus equidem deſcriptio ejus veritati congruit: eorum autem, quæ porrò ſubjungit, lubrica ſanè eſt fides. In Prolegomenis id à nobis ſtatutum ſemel eſſe ſufficit, nihil ut pro vero venditemus, niſi quod vel noſtri ipſimet oculi, vel propria nos docuerit experientia.

### Num. 2. *Lacerta, Mexicana.*

Pulcherrimè maculata, & marmoris inſtar variegata, hæcce Lacerta, Serpentibus, aliisque beſtiis, pro pabulo eſt; dum eſcam ipſa aliam quæritat, proprium quâ corpus ſuſtentet. Unde rurſùm eluceſcit, creaturam aliam, alius in nutrimentum, eſſe productam.

### Num. 3. *Serpens, Americana, tenuis, Amphisbæna.*

Longiuſcula eſt, & ſaturatè cœruleis annulis, albicantes ſquamas diſtinguentibus, per totum corpus venuſtiſſimè picta.

### Num. 4. *Planta,* Petola, *Rumphii.*

Folii elegantia fecit, hunc ut locum huicce vegetabili cederemus. Deſcriptionem ejus deſideranti ſatisfaciet *Rumphius de Plant.*

## TABULA TRIGESIMA ET PRIMA.

### Num. 1. *Serpens, Surinamenſis, elegans.*

Exquiſitè picta hæcce Serpens, ſquamulas gerit, dilutè griſeo tinctas colore, quem remiſſi rurſum, plenique ruboris, maculæ, harumque relictis ſpatiolis inuſta, puncta nigricantia, pulcherrima, marmoris quaſi variegatione exaltant.

### Num. 2. *Serpens,* Ammodytes, *Americana, flammifera.*

Saturatè rubras inter ſquamas, quibus ornatur hæc Serpens, emicat albeſcens cutis fundus, nigricantibus punctis, quaſi acu, pictus. Venter, hujusve ſquamæ majuſculæ, transverſales, dilutè flaveſcunt à capite ad caudæ usque tenuis, & longiuſculæ, extremum. Per cervicem Arantii coloris litura decurrit.

Num. 3.

qu'il porte, & qui fait une partie ſi diſtincte du derriere du corps. Les écailles qui couvrent le milieu de ſon corps, ſont grandes & larges; mais vers la tête & vers la queuë, elles deviennent plus preſſées, & ſerrées étroitement les unes ſur les autres. Leur fond blanchâtre, eſt en partie coloré de rouge, en partie de jaune-pâle & de jaune-foncé, brouillé çà & là de taches noires. Il eſt armé dans la partie poſterieure de la gueule, de petites dents recourbées en crochet, mais il n'en a point dans la partie anterieure.

Les anciens Auteurs ont nommé ce Serpent *Bitin*, & nous aſſurent qu'il demeure principalement dans les Montagnes; ce qui ne paroît pas éloigné du vrai, quand on conſidere les larges & fortes écailles dont il a le ventre cuiraſſé. *Jonſton* dans ſon Hiſtoire des Serpens, pag. 35, Artic. 3, dit que le Bitin eſt un Serpent horrible à voir; qu'il eſt picoté de points blancs, noirs, rouges; que la figure de ſa tête approche de celle d'un Veau; que ſon front eſt large, prolongé jusqu'à ſes yeux qui ſont noirs, brillans, & cerclés d'un anneau verd. Jusqu'ici ſa deſcription s'accorde aſſez avec la vérité, mais ce qu'il ajoute enſuite ne mérite gueres de créance. Pour nous, il nous ſuffit d'avoir établi une fois pour toutes dans les Prolégomenes, que nous ne vanterions rien pour vrai, que ce que nous aurions appris par notre propre experience, ou vu de nos propres yeux.

### N°. 2. *Lézard du Mexique.*

Il eſt joliment tacheté ſur tout le corps en façon de marbrure, & devient la proye des Serpens & d'autres Bêtes, tandis qu'à ſon tour il vit de celles qu'il peut attraper & qui lui conviennent. Car il eſt évident que les Animaux ſont produits pour ſervir de nourriture les uns aux autres.

### N°. 3. *Serpent* Double-Marcheur, *d'Amerique, grêle de corps.*

Il eſt aſſez long de taille, & couvert d'écailles blanchâtres partout le corps, que cerclent d'eſpace en eſpace des bandes d'un bleu-turquin, ce qui fait une belle uniformité.

### N°. 4. *Plante nommée* Petola *par Rumphius.*

On lui a conſacré un petit coin dans cette Planche, ſeulement pour faire voir la beauté de ſa feuille. Rumphius fournira la Deſcription de la Plante même aux Curieux.

## PLANCHE TRENTE ET UNIEME.

### N°. 1. *Serpent de Surinam, fort beau.*

Son corps eſt revêtu de petites écailles d'un gris-clair, ornées, par une belle marbrure, de taches d'un rouge-déteint & d'un rouge-éclatant; les eſpaces qu'il y a entre les taches, ſont remplis d'une moucheture de points noirâtres aigrettés.

### N°. 2. *Serpent-*Ammodyte, *d'Amerique, couleur de feu.*

Entre ſes écailles d'un rouge de ſang, paroît le fond argenté de ſa peau, toute piquée de points noirâtres qui ſemblent comme brodés à l'aiguille. Son ventre eſt jaunâtre-clair, de même que les grandes écailles transverſales dont il eſt garni, depuis le deſſous du col jusqu'au bout de ſa queuë, longue, & déliée. Sur le chignon du col décourt une raye orangée.



SCD LYON 1

### Num. 3. *Serpens, verſicolor, Tigrina, Promontorii Bonæ Spei.*

Pingit hanc concinna variorum colorum miſtura, maculis nigris, inſtar Tigridis, diſtincta. Venter, ſquamæque transverſales, dilutiſſimè cœruleſcunt.

## TABULA TRIGESIMA ET SECUNDA.

### Num. 1. *Serpens, Surinamenſis, cœrulei coloris;* Dipſadis *ſpecies.*

Squamarum equidem picturæ, aut formæ capitis, rari nihil ineſt: at bellis, perſpicuisque, gaudet oculis, colore cæterùm Thalaſſino viridiſſimo ſuffecta. Subtus per ventrem albicat: ad latera verò dilutè cœruleſcit.

### Num. 2. *Serpens, Ceilonica, excellentiſſima, elegantiſſimè picta.*

Duplices, intortæ, ſingularique inter ſe ordine ad decuſſim poſitæ, tæniæ, totam corporis ſupernam partem, textili quaſi reticulo, obtegunt: quæque harum concurſu mediæ intercipiuntur areolæ, rotundis ſingulæ, & albicantibus diſtinguuntur maculis, verſùs ventrem aliquo modo disparentibus. Squamæ ventrales pallidè albeſcunt. Tenui accretum collo caput miræ præ reliquis eſt elegantiæ. Lacertis victitat Serpentum genus hocce, aliisque inſectis.

### Num. 3. *Lacerta, Ceilonica, maculis albis & nigris notata.*

Tenues hujus, dilutè cineritiæ, ſquamulæ nigris diſtinguuntur maculis. Capiti impreſſa punctula, albicantia, ornamento ſunt. Antici, poſticique, pedes in quinque finduntur ſinguli digitos, quorum ultimi articuli, firmandis curvis unguiculis deſtinati, plerumque latiores exiſtunt.

### Num. 4. *Erica, Ceilonica, villoſa.*

In Papilionem hæcce, ſuo tempore, abit pulcherrimum. Quousque autem ſub primigeniâ Erucæ formâ degit, eſca eſt Lacertarum illi ſpeciei, quam præcedenti numero exhibuimus.

### Num. 5. *Valerianella, Æthiopica, fruteſcens, Rosmarini folio, flore albo.*

E caulis, proceri, foliolisque, Rosmarini æmulis, undequaque obſiti, faſtigio, exſurgunt plures floſculi, candidi, ſtellularum ſimiles, peculiari ſinguli pedunculo ſuffulti. Julio menſe floret. Seminales capſulæ, quas producit, coronas referunt.

### Num. 6. *Thimelæa, Æthiopica, Paſſerinæ foliis.*

Ita hancce plantam nominat *Breynius* Cent. I, p. 10, ubi plenior ejus deſcriptio videri poteſt.

TABULA

### N°. 3. *Serpent du Cap de Bonne-Esperance, peint de diverſes couleurs, & tavelé.*

Ce Serpent eſt agréablement nuancé d'un mélange de diverſes couleurs, avec une moucheture de Tigre, noire, aſſez réguliere. Son ventre & ſes écailles transverſales tirent ſur le bleu-mourant.

## PLANCHE TRENTE-DEUXIEME.

### N°. 1. *Serpent de Surinam, de couleur bleue; Espece de* Dipſas.

Ce Serpent n'a rien de rare par raport à ſes écailles & à la figure de ſa tête; mais il a de beaux yeux verds, brillans, pleins de feu. Son ventre eſt blanchâtre par deſſous. Ses côtés ſont d'un bleu-clair.

### N°. 2. *Serpent de Ceylon, d'une grande beauté, peint ſingulierement.*

Tout le deſſus de ſon corps eſt orné de deux bandelettes qui décourent en ſe croiſant l'une l'autre, avec un artifice ſingulier, en forme de réſeau ou de lacis brodé à l'éguille, à claires-voyes, pointillées dans chaque interſtice de taches rondes & blanchâtres, qui ſemblent disparoitre vers le ventre. Sa tête eſt ſurtout d'une merveilleuſe beauté. Son col eſt menu. Les écailles transverſales du deſſous du corps ſont d'un blanc-ſale. Cette Espece de Serpent vit de Lézards & d'Inſectes.

### N°. 3. *Lézard de Ceylon, à taches noires & blanches.*

Ses écailles ſont petites, menues, cendrées-clair, ſemées de taches noires. Sa tête eſt tictée de petits points blanchâtres, pour ornement. Ses pieds de devant & de derriere ſe fendent chacun en cinq doigts, dont les dernieres articulations ſont communément les plus larges, ſervant à appuyer les petits ongles crochus qui les terminent.

### N°. 4. *Chenille de Ceylon, veluë.*

Elle ſe métamorphoſe dans ſon temps en un magnifique Papillon; mais tandis qu'elle demeure ſous ſa premiere forme de Chenille, elle devient la proye du Lézard précedent, & de ceux de ſon Espece.

### N°. 5. *Mâche d'Ethiopie, qui s'éléve en Arbriſſeau, à feuilles de Romarin, & à fleur blanche.*

La tige de cette Plante eſt toute chargée de feuilles, étroites, ſemblables à celles du Romarin. Aux ſommités de la tige, s'élevent de petites fleurs, blanches, radiées, ſoutenues chacune par un pédicule particulier. Elle fleurit en Juillet. Les loges qui renferment la graine, ont la forme d'une Couronne.

### N°. 6. *Garou d'Ethiopie, à feuilles étroites, épaiſſes, & pointues.*

*Breynius* en a donné une Deſcription complette avec la figure, à la pag. 10. chap. 6. de la I. Centur. de ſon Ouvrage Latin *Des Plantes Exotiques.*

PLAN-

SCD LYON 1

## TABULA TRIGESIMA ET TERTIA.

### Num. I. *Serpens, Arabica, fuſca, maculis, nigricantibus, flammatis, notata.*

Obſcurè ſpadiceum dorſi colorem nigræ diſtinguunt, flammarum ſimiles, maculæ: ad latera ventris diluta regnat flavedo. Squamæ tranſverſales, infernæ, candicant. Caput binis ornatur luteis, totidemque majoribus, nigris, maculis. Squamæ per univerſum corpus rhomboideas in areolas disponuntur.

### Num. 2. *Serpens, Arabica, formoſa, oculea.*

Elegantiſſimè picta hæc Serpens caput gerit cœruleum, geminis ad cervicem, rubicundis, maculis, & interſperſâ flavedine, diſtinctum. Jucundi ſunt & vividi ejus oculi: os amplum, acutis undique denticulis armatum: cauda in acumen deſinit. Per dorſum croceus conſpicitur color, & ventris ad latera remiſſè luteus; cui nigræ quaquaverſùm miſcentur maculæ, ocellis ſimiles. Squamarum ſingulæ geminis prætexuntur, ſaturatè flavi coloris, limbis. Tranſverſales autem ventris ſquamæ ex nigro variegatam præ ſe ferunt albedinem.

### Num. 3. *Serpens, Arabica, viridis, maculis fuſcis, aliiſque nigricantibus, ab utroque latere, variegata.*

Tertia hæc eſt Arabiæ ſoboles, cujus ſquamæ rhomboideæ lætè vireſcunt. Dorſi ſaturata viriditas nigricantibus punctis notatur. Latera obſcurè fuſcus pulchrè variegat color. Candicant ventrales ſquamæ, exceptis iis, quæ dimidium poſterius occupant: hæ enim, nonnullis in locis, alternatim nunc vireſcunt, nunc albeſcunt, ad extremum uſque caudæ, Amphiſbænarum inſtar, obtuſæ. Superna corporis pars, colore viridi tincta, binas ad cervicem maculas gerit rubicundas. Os minutis obſitum denticulis eminet.

## TABULA TRIGESIMA ET QUARTA.

### Num. I. *Serpens, ſive Vipera, Siamenſis, perelegans, ſpecies Ceraſtæ; mas.*

Eleganti hæc, & lato, conſpicua capite, caudam protendit tenuiorem. Cutis ſquamæ per dorſum ex ruffo flaveſcunt: qui pariter, at dilutior tamen, color, nigricantibus punctis interſtinctus, ventrem tingit. Dorſum porrò albicantibus mirè variegatur maculis, quas nigri margines pulchrè circum ambiunt. Inter Ceraſtas aut cornutas Serpentes refertur.

### Num. 2. *Serpens, Vipera, Siamenſis; fœmina.*

Facie hæc, & picturâ, mari ſuo perſimilis, ſolo differt capite, quod ipſi latius eſt, & hâc in figurâ retrorſùm reclinatur; quo melius picturæ, ſubtùs adornatæ, conſpiciatur elegantia. Oris hiatum undique

## PLANCHE TRENTE-TROISIEME.

### N°. I. *Serpent d'Arabie, brun, marqué de taches noirâtres, qui découvrent en façon de flammes.*

Son dos d'un bai-brun, eſt coupé de taches noires, tranſverſales, qui vont en flammes. Les côtés du ventre ſont d'un jaune-déteint. Le deſſous du corps eſt muni d'écailles tranſverſales, blanchâtres. La tête ſe fait remarquer par deux taches jaunes, & deux autres noires beaucoup plus grandes. Les écailles ſont taillées en rhombes ſur tout le corps.

### N°. 2. *Serpent d'Arabie, beau, moucheté de taches comme d'autant d'yeux noirs.*

Cet Animal eſt d'une grande beauté, tant par ſes couleurs que par ſa madrure. Il a la tête bleue, marquée vers le derriere du col, de deux grandes taches rouges, qu'entrecoupe un eſpace qui eſt jaune. Ses yeux ſont jolis, & vifs. Sa large gueule eſt toute garnie de petites dents trenchantes. Sa queuë finit en pointe. Son dos eſt de couleur ſaffrannée. Les côtés du ventre dont le fond eſt jaune-pâle, attirent les regards par leur belle moucheture de taches noirâtres ſemées partout. Chaque écaille de ſon corps eſt entourée d'une double bordure d'un jaune-foncé. Les écailles tranſverſales du ventre ſont blanches, rayées de noir, en zig-zag.

### N°. 3. *Serpent d'Arabie, celadon, fouetté tranſverſalement de taches brunes & noirâtres ſur tout le corps.*

C'eſt ici la troiſieme Eſpece de Serpent d'Arabie. Ses écailles lozangées, ſont d'un verd-gai, catti. Son dos eſt d'un verd-obſcur, marqueté de points ou taches noirâtres. Ses côtés ſont peints de brun-ſombre. Les écailles ſous le ventre, ſont blanchâtres juſques à une moitié du corps; enſuite ces écailles commençent à tirer tantôt ſur le verd, tantôt ſur le blanc-ſale, alternativement, juſques au bout de la queuë qui eſt obtuſe à la maniere des Double-Marcheurs. Le deſſus du corps eſt verd-glauque. La nuque du col frappe la vuë par ſes deux taches rouges. La gueule eſt munie de petites dents affilées.

## PLANCHE TRENTE-QUATRIEME.

### N°. I. *Serpent, ou Vipere de Siam, curieuſe, Mâle; Eſpece de Ceraſte.*

Sa tête eſt groſſe, & pourtant belle. Sa queuë eſt très-déliée. Ses écailles ſont rouſſes-jaunes ſur le dos, d'une couleur plus claire ſur le ventre, & piquées de points noirâtres. Son dos eſt varié curieuſement de taches blanchâtres, d'une figure particuliere, avec une bordure noire, effilée. On met cet Animal au rang des Ceraſtes, autrement nommés Serpens-Cornus.

### N°. 2. *Serpent, ou Vipere de Siam, Femelle du précedent.*

Elle reſſemble parfaitement à ſon Mâle pour la figure, la couleur, & le tacheté; mais ſa tête eſt plus large. On l'a repréſentée ici renverſée en arriere pour mieux faire voir l'apparat qu'elle a par



SCD LYON 1

que limbus præcingit pulcherrimus, criſpulus, luteus, cornu duritie referens. Dentes in ore nullos reperias. Nares exiguæ admodum ſunt, & anguſtæ. Innocens, nec maligna iis eſt indoles: & pabulum minora inſecta, Erucæ nimirum & Araneæ, ſuppeditant.

### Num. 3. *Serpens, Corallina, Siamenſis, rariſſima, lemniſcata.*

A capite ad caudam usque rubicundis, & albis, alternatim cingitur lemniſcis pulcherrima hæc Serpens; longiuſcula cæterum & tenuis, elegantique capite conſpicua.

### Num. 4. *Serpens, Siamenſis, eleganter lemniſcata.*

Hujus pariter venuſtiſſimè pictum corpus, à capite elegantiſſimo, ad caudæ usque apicem, alternis ambiunt albæ, nigræque, tæniæ, annulares.

### Num. 5. *Serpens, Siamenſis, altera, tæniolis variegata.*

Viſu hæc jucundiſſima, ſuave præ ſe fert capitulum; ſquamasque tenues, albicantes, tæniolis nigris pulchrè variegatas, in ambitu corporis exhibet, picta præterea venuſtiſſimè.

### Num. 6. *Erica, Africana, Coris folio, floribus oblongis, inſignibus, in capitulum congeſtis.*

Floſculi, dilutè purpuraſcentes, tubulati, caliculis excipiuntur ſinguli quinquefidis, coronarum æmulis; inque capitulum aggregati, tenerâ lanugine ſubhispidi, ob mellis copiam, apibus ſunt in deliciis. Planta hæc pumila, haud altè de ſolo ſeſe effert, videturque eadem fortaſſe illi, quam ſub nomine *Ericæ, Africanæ, Coris folio, hiſpido, Cerinthoides*, deſcribit Breynius, *Cent. I*, 25.

### Num. 7. *Erica, Africana, Tulipifera, Coris folio.*

Pulcherrima hæc plantula minutos gerit floſculos, ex rubro, & albo, variegatos, Tulipæ æmulos.

### Num. 8. *Aſter, Africanus, flore rubicundo.*

Folia integra, conjugata, exigua, rara, tenui cauliculo adhærent. Diſcus floris luteus, ſex in ambitu emittit ſemifloſculos vegetè rubicundos, albeſcente limbo prætextos. Florem excipit calix, viridis, in ſex ſegmenta diviſus, pedunculo, latum digitum longo, innixus.

TABULA

a par deſſous. L'ouverture de la gueule eſt ourlée tout autour d'une bordure, un peu friſée, jaune, & dure comme de la corne; vous ne lui trouverez aucunes dents. Ses narines ſont étroites & fort petites. Cette Espece de Serpent n'eſt point mauvaiſe. Elle mange les petits Inſectes, Chenilles, Araignées &c.

### N°. 3. *Serpent Corallin, de Siam, très-rare, ceint de bandes autour du corps.*

Son corps, de la tête à la queuë, eſt cerclé de bandes rouges & blanches, qui ſe ſuccedent tour à tour; ce qui eſt joli à l'œil. Ce Serpent a une belle tête, avec un corps long & grêle.

### N°. 4. *Serpent de Siam, cerclé de bandes.*

Tout le corps de celui-ci eſt pareillement entouré de bandes blanches & noires, ſucceſſivement. Sa tête eſt fort belle.

### N°. 5. *Autre Serpent de Siam, traverſé de bandelettes.*

Il a l'air doux; la tête petite, jolie; les écailles menues, blanchâtres, rayées de bandelettes noires autour du corps, qui eſt d'ailleurs peint mignonnement.

### N°. 6. *Bruyere d'Afrique, à feuilles de Coris, à fleurs oblongues, grandes, raſſemblées en bouquets.*

Ses fleurs qui naiſſent en grapes, ſont purpurines, couvertes d'une fine laine, & formées en tuyaux; chacune d'elles eſt ſoutenue par un petit calyce, découpé en cinq parties en façon de couronne. Les abeilles ſont leurs délices du miel de ces fleurs.

Cette Plante ne s'éleve pas fort haut au deſſus de terre. Elle eſt peut-être la même que Breynius, pag. 25 de ſa I. Centurie, a déſigné ſous le nom de *Bruyere d'Afrique, à feuille cotonneuſe de Coris, & à fleur de Melinet.*

### N°. 7. *Bruyere d'Afrique, à feuilles de Coris, à fleurs de Tulipe.*

Cette charmante Plante porte de petites fleurs, ſemblables à celles de la Tulipe, & nuancées de blanc & de rouge.

### N°. 8. *Aſter, ou Aſtre d'Afrique, à fleur vermeille.*

Ses feuilles ſont menues, clair-ſemées, adhérentes deux à deux, ſavoir une de chaque côté, à une tige courte & grêle.

Le Diſc de la fleur eſt jaune, déployant tout autour ſix demi-fleurons, d'un rouge-vif, ornés d'une bordure blanche.

Le calyce eſt verd, découpé en ſix ſegmens, & ſoutenu par un pédicule long d'un doigt.

PLAN-

SCD LYON 1

# TABULA TRIGESIMA ET QUINTA.

## Num. 1. *Vipera, Americana, eleganter maculata.*

Singularis hæcce Viperarum ſpecies, in ſe pulchrè contorta, dorſum, ſubrubro, nigro, & albo, colore variegatum oſtendit; ventrem vero ex dilutè cinereo griſeum. Caput latiuſculum, & depreſſum, vividis relucet oculis. Cervicem, tum albæ, tum ſubrubentes, maculæ, marmoris inſtar, variant. Frontem inſignes obtegunt ſquamæ, dilutè griſeæ. Nec adeò in acumen cauda attenuatur.

## Num. 2. *Serpens, Americana, annulata,* Myrus *dicta.*

Annuli cœrulei, quibus ambitur, nec æqualibus intervallis à ſe mutuò diſtant, nec & ejuſdem ſunt latitudinis; ſed anguſtiores alii, alii latiores. Squamæ, quæ in cæteris Serpentibus plerumque, uti in piſcibus, directione longitudinali, à capite ad caudæ usque extremum, verſùs poſteriora preſſulæ, decurrunt, heîc transverſaliter corpori inhærent. Magnæ, albicantes, ſquamæ, transverſales, protenſâ, per medium ventris, tæniâ nigrâ, ſeparantur. Dorſo incumbunt exiguæ ſquamulæ albeſcentes, quas ſuperequitantes annuli, cœrulei, hinc illinc pulchrè variegant.

## Num. 3. *Serpens, Africana, fuſca, Promontorii Bonæ Spei.*

Quæ dorſum veſtiunt, ſquamulæ, ex rubro fuſcæ ſunt; ſaturatè autem fuſcæ, quæ ventri transverſaliter incumbunt. Squamæ frontales, latiuſculæ, dilutè rubent. Vegeti ejus oculi quaſi ſcintillant. Contorta valdè eſt hæc Serpentum ſpecies; at expers veneni.

## Num. 4. *Serpens, Africana, cœrulea.*

Dorſales hujus ſquamæ dilutè cœruleo tinguntur colore: transverſales autem ventris, albicantes, nigris variegatæ maculis, in medio, ubi concurrunt, ſuturâ quaſi committuntur. Cochleis, & vermibus, victitat Serpentum hoc genus.

## Num. 5. *Stœchas, Africana, purpurea, folio multifido.*

Ad Lavandulæ noſtratis, Batavæ, altitudinem excreſcens hæcce Stœchas, ſpicas florum, Arabicæ ferè æmulas, profert. Ex apice porrectioris pedunculi corona quaſi protuberat ſpicata, cujus faſtigio apertus inſidet floſculus purpureus. Inferiores alii, jam jam emarcidi, floſculi arctè ſibi invicem junguntur per ſquamoſas ſuas theculas, in quibus ſemina conduntur, exigua, plana, rotunda, nigro-fuſca, ſplendentia, *Lavandulæ*, aut *Urticæ Romanæ*, æmula. Cæterùm hæc planta quotannis è ſemine creſcit.

## Num. 6. *Stœchas, Africana, folio ſerrato, & criſpo.*

*Stœchas, folio ſerrato, H. Boerhaavii,* juxta *C. Bauhin.* & *Dodon.* Spica florum, prioris ad inſtar, longo

# PLANCHE TRENTE-CINQUIEME.

## N°. 1. *Vipere d'Amerique, d'un beau tacheté.*

Cette Espece ſinguliere de Vipere, en repliant & entortillant ſon corps de la maniere dont on le dépeint ici, préſente ſon dos coloré d'un mêlange de noir, de blanc, & de rouge-pâle. Son ventre eſt d'un gris-cendré-clair. Ses yeux ſont vifs. Sa tête eſt aſſez large, mais comprimée. Le chignon de ſon col eſt marbré de taches, ou blanches, ou tirant ſur le rouge. Son front eſt muni de grandes écailles griſâtres. Sa queuë n'eſt pas auſſi atténuée en pointe que dans d'autres Viperes.

## N°. 2. *Serpent d'Amerique, qu'on nomme* Myrus, *à bandes circulaires.*

Les anneaux, ou bandes dont il eſt entouré, ne ſont, ni poſées à une égale diſtance, ni d'une même largeur, mais tantôt plus, tantôt moins étroites. Les écailles, qui d'ordinaire dans les autres Serpens, comme auſſi dans les Poiſſons, regnent longitudinalement de la tête à la queuë, en ſe reſſerrant davantage ſur le derriere du corps, décourent en travers ſur notre Serpent. Il eſt muni ſur le ventre, de grandes écailles transverſales, blanchâtres, qu'entrecoupent par le milieu, dans leur cours, une bande noirâtre, longitudinale, étendue par deſſus. Son dos eſt couvert de petites écailles, minces, blanches, cerclées çà & là de bandelettes bleues, par une varieté qui n'eſt pas deſagréable.

## N°. 3. *Serpent d'Afrique, du Cap de Bonne-Esperance, brun.*

Les petites écailles qui couvrent le dos, ſont d'un rouge-obſcur; celles qui paſſent en travers, ſur le ventre, d'un brun-ſombre; celles du front, aſſez larges, & d'un rouge-effacé. Ses yeux ſont vifs, petillans. Cette Eſpece de Serpens entortille ſon corps en divers replis; mais elle n'eſt point venimeuſe.

## N°. 4. *Serpent d'Afrique, de couleur perſe.*

Les écailles du dos ſont de couleur perſe, ou bleue-clair. Les écailles transverſales du ventre ſont blanchâtres, variées de taches noires; ce qui eſt particulier, c'eſt que ces dernieres écailles ſemblent ſe joindre au milieu comme par une ſuture. Cette ſorte de Serpens vit de Vers & de Limaçons.

## N°. 5. *Stechas d'Afrique, à fleur purpurine, & à feuilles laciniées en pluſieurs parties.*

Cette Plante annuelle s'éleve à la hauteur de la Lavande de ces païs, & porte des fleurs en épis, approchantes de celles de la Stechas Arabique. Un pédicule élevé ſoutient une couronne faite en épis, au ſommet de laquelle naît une fleur purpurine, deployée. Les autres fleurs, placées au deſſous, qui commencent déja à paſſer, ſont étroitement unies enſemble par leurs capſules écailleuſes. Ces capſules renferment enſuite des graines, menues, plattes, rondes, noirâtres, reluiſantes, ſemblables aux ſemences de la Lavande, ou de l'Ortie Romaine.

## N°. 6. *Stechas d'Afrique, à feuilles dentelées & crêpées.*

Ou, *Stechas à feuilles dentelées* d'H. Boerhaave, de C. Bauhin, & de Dodonée. Elle pouſſe des fleurs purpurines, en épis, ou en tête écailleu-



SCD LYON 1

longo innititur pedunculo. Floſculus ipſe, dilutè purpureus, ex apice ſpicæ emergens, petalis inſtructus eſt, longioribus, & ſurſum convergentibus. Ovarium in ambitu externo minutis quaſi veſiculis, ſpecioſiſſimis, veſtitum, peculiares ſub his intus gerit theculas, ſemina continentes, prioribus majora, oblonga, ex fuſco ſplendentia.

## TABULA TRIGESIMA ET SEXTA.

### Num. 1. *Echis, Americanus, nitidiſſimè pictus.*

Huncce, unà cùm variis aliis Serpentum & Lacertarum generibus, Amicorum meorum quidam ex Inſulâ St. Euſtachii mihi transmiſit. Subruffo eſt colore, totumque corpus percurrente catenâ, è quadrangularibus annulis, eleganti, in medio ovatâ, maculâ donatis, conflatâ decoratur. Minuti ſunt, pro magnitudine corporis, Viperarum omnium denticuli. Teſtes ſibi mutuò accreti, ſpecie unius ſimpliciſque partis, è corpore propendent, variis obſiti excreſcentiis, ſpinarum æmulis. Vid. lit. A.

### Num. 2. *Echidna, ex Inſulâ S. Euſtachii.*

Fœmella hæc eſt Vipera, at diverſi generis à præcedente: quum non picturâ tantùm ab eâ differat, ſed capite præcipuè, quod ferè ſimile vitulino, ore & occipite latis præditum, tenuiori appenditur collo. Non impedit tamen hæc faucium anguſtia, quò minus offas ingerant, ſatis inſignes; Ranas nempe, Bufones, aut Lacertas. Superna cutis, ruffula per ſquamas, catenâ ornatur obſcurè ſpadiceâ. Caput nitidiſſimè pictum eſt & variegatum. Pudendi apertura lit. B notatur.

### Num. 3. *Vipera, viridis, Americana, fœmina, St. Euſtachii.*

Et huic latiuſculum eſt cum ore caput, luteoque ſuccingitur collari, binæ cui adſtant nigræ maculæ, inſignibus cæterum ſubruffis ſquamis veſtitum. Lætè viridis per dorſi ſquamas color regnat. Dilutè luteum & ruffum ventrem nigricantes quaſi flammulæ variegant. Apertura ſub lit. C exhibetur.

### Num. 4. *Vipera, cœrulea, Americana, fœmina, ex Inſ. S. Euſtachii.*

Hæc quoque Viperarum ſpecies, Inſulæ S. Euſtachii incola, elegantiſſimè picta, ſquamas gerit vividè cœruleas, albicante ſingulas maculâ notatas. Venter, ejuſve ſquamæ, ex ruffo flaveſcunt. Caput, prioris æmulum, niſi quod magnis undique cœruleis ſquamis obtegatur. Aperturam lit. D commonſtrat.

### Num. 5. Elichryſum, *Africanum, folio anguſto, flore citrino.*

Floſculi ſpecioſi, citrini, Orichalci inſtar ſplendentes, quini, ſeni, è quolibet pedunculo oriundi, ad caulis

écailleuſe, portées ſur un long pédicule. Chaque fleur ſort du ſommet de l'épi, & eſt compoſée de petales, longs, qui s'embraſſent en s'élevant. Le piſtile eſt garni tout autour de tuniques menues, arrondies, apparentes, qui couvrent des loges particulieres, remplies de ſemences oblongues, brunes, luſtrées, plus grandes que celle de la Stechas décrite précedemment.

## PLANCHE TRENTE-SIXIEME.

### N°. 1. *Vipere Mâle, d'Amerique, peinte avec éclat.*

Quelqu'un de mes Amis m'a envoyé de l'Iſle St. Euſtache, cette Vipere avec diverſes Eſpeces de Serpens & de Lézards. Sa couleur eſt rouſſâtre: ſur toute ſa longueur, décourt une chaîne faite de chainons à quatre pointes, & marquetés au milieu d'une tache ovale. Sa gueule, comme dans toutes les Viperes, eſt garnie de petites dents à proportion de la grandeur du corps. Ses teſticules qui ſont accrus enſemble, paroiſſent n'en former qu'un, pendant hors du corps, & armé de piquans. Voyez la lettre A.

### N°. 2. *Vipere Femelle, de l'Iſle St. Euſtache.*

C'eſt ici une Vipere Femelle, d'une autre Eſpece néanmoins que la précedente; car elle n'en differe pas ſeulement, de couleur, & de madrure; mais d'ailleurs elle a la tête d'un Veau, fort large par derriere, la gueule plus grande, & le col plus délié. Cependant le paſſage étroit de ſon goſier, ne l'empêche point d'avaler d'aſſez gros morceaux, comme des Grenouilles, des Crapauds, ou des Lézards. Sur tout le deſſus de ſon corps couvert d'écailles rouſſâtres, s'étend une chaîne bai-brune. Sa tête eſt peinte & madrée joliment. La lettre B déſigne l'ouverture de ſa Matrice.

### N°. 3. *Vipere Femelle, verte, d'Amerique, de St. Euſtache.*

Elle a auſſi la gueule & la tête aſſez larges, avec un collier jaune autour du col; & ſur la nuque, deux taches noires. Son corps eſt couvert de grandes écailles, rouſſâtres, au travers deſquelles brille ſur le dos un verd-gai ſatiné. Son ventre eſt ici jaune-pâle, & là roux, ombré de taches noirâtres, qui découvrent en façon de petites flammes. La fente de la Matrice eſt indiquée par la lettre C.

### N°. 4. *Vipere Femelle, bleue, d'Amerique, de St. Euſtache.*

Troiſieme Eſpece de Vipere de St. Euſtache, qui ne le cede point aux deux autres en beauté. Ses écailles ſur le deſſus du corps, ſont d'un bleu-vif; chacune d'elles eſt mouchetée d'une tache blanchâtre; mais ſon ventre, & les écailles qui le traverſent, ſont couleur de feuille-morte. Cette Vipere a la tête faite de même que la précedente, excepté ſeulement qu'elle eſt couverte de grandes écailles bleues. La lettre D montre le bout exterieur de ſa Matrice.

### N°. 5. *Amarante-jaune, ou Immortelle d'Afrique, à feuilles étroites, & à fleur citrine.*

Les ſommités de ſa tige portent de très-belles fleurs, citrines, reſplendiſſantes comme du Laiton, raſſemblées en bouquets, compoſés

SCD LYON 1

caulis apicem in umbellam diſponuntur. Folia tenuia, alterna, totam caulis cinereo-griſei longitudinem emetiuntur, ſenſim magis gracileſcentia, hujus ubi extremo adpropinquant.

**Num. 6.** *Elichryſum, Africanum, Ericoides, Juniperino folio, ſpinoſum; flore albo.*

Albicantes floſculi, ſuis è caliculis, coronarum ad inſtar, prominent. Frutex, Ericoides, ſpinoſis undequaque aculeis exaſperatus, ramulis, horumque foliis, Juniperum proximè refert. Caulem lignoſum, durum, dilutè cinereus ambit cortex.

## TABULA TRIGESIMA ET SEPTIMA.

**Num. 1.** *Serpens, Saxatilis, Africanus; mas.*

Bufonibus veſcitur, & Ranis, quas ex inſidiis ut obſervet, & captet, rupium in fiſſuris ſeſe abſcondit. Dorſum ejus color obſcurè ſpadiceus imbuit, ventrem verſùs dilutior evadens. Transverſales ventris ſquamæ, albicantes, pulchro ordine diſponuntur; non minus ac dorſo inhærentes ſquamulæ rhomboideæ. Caput ſcuto obtegitur flaveſcente, quod mediâ nigricante lineâ, longitudinali, diviſum, tribusque lituris transverſalibus, in crucis formam, ſubdiviſum, conſpicitur. Minuti fauces denticuli obſident.

**Num. 2.** *Serpens, Saxatilis, Africana; fœmella.*

Hæc præcedentis fœmella, eique per omnia ſimilis; niſi quod tæniæ latiuſculæ hanc pulchrè ambiant ad corporis usque dimidium: quæ reliqua eſt, altera pars, ad acutæ usque caudæ extremum, quadrangularibus areis ornatur.

**Num. 3.** *Ranæ, Rubetæ, Africanæ.*

Ejusdem ſunt ſpeciei tres hæ Rubetæ, omnes veneno noxiæ. Singularem tamen quælibet in cute picturam oſtentat exquiſitiſſimam. Brevi pollent & turgidulo corpore, oculisque magnis, protuberantibus. Deliciæ ſunt, & pabulum, Serpentum ſaxatilium.

**Num. 4.** *Rana, maculoſa, Africana, Amphibia.*

Et hæc Serpentum eſca exiſtit; quam, ut ut corpore Serpentibus ipſis craſſiorem, forti tamen ſuctu adeo attenuare nôrunt illæ, facili ut operâ per fauces gliſcat. Terram æque ac ſtagna frequentat Ranarum hocce genus. Cutim ſaturata inficit viriditas, colore dilutè luteo, albâque per dorſum lineâ, diſtincta. Maculæ inſuper ex fuſco rubræ totam corporis ſupernam partem, femoraque, & pedes, variegant. Venter, albicans, nigris notatur punctis. Caput, rotundulum, extuberantes præ ſe fert oculos.

Num. 5.

---

compoſés chacun de cinq ou ſix fleurons ſoutenus ſur une même queuë. Ses feuilles ſont minces, alternes, cendrées-griſes, clairſemées ſur toute la longueur de la tige, devenant inſenſiblement plus grêles, & plus courtes, en s'approchant du ſommet de la Plante.

**N°. 6.** *Immortelle d'Afrique, épineuſe, à feuilles de Genevrier, & à fleurs blanches.*

Cet Arbriſſeau, qui a quelque rapport avec la Bruyere, eſt partout hériſſé d'épines. Il reſſemble de plus près au Genevrier par ſes rameaux, & par ſes feuilles. Sa tige eſt dure, ligneuſe, couverte d'une écorce cendrée-griſe. Ses fleurs blanches, s'élevent de leurs petits calyces, & ſont découpées en pointes comme une couronne.

## PLANCHE TRENTE-SEPTIEME.

**N°. 1.** *Serpent Saxatile d'Afrique, Mâle.*

Il fait ſes repas de Grenouilles & de Crapauds, ſe cachant dans es fentes des pierres ou des rochers pour mieux guetter & attraper ſa proie. Le deſſus de ſon corps eſt d'un bai-brun, qui s'éclaircit vers le ventre, dont les écailles blanchâtres decourent en travers avec un bel ordre, de même que celles qui garniſſent le dos, & qui ſont taillées en rhombes. Sa tête eſt couverte d'un bouclier jaune-pâle, diviſé longitudinalement au milieu par une raye noirâtre, que trois autres rayes coupent transverſalement en croix. Sa gueule eſt armée de fort petites dents.

**N°. 2.** *Serpent Saxatile, d'Afrique, Femelle du précedent.*

Elle ne differe de ſon Mâle que par un atour de quelques bandelettes très-étroites, ou de rayes qui la cerclent d'espace en eſpace, jusqu'au milieu de ſon corps. L'autre moitié jusqu'au bout de ſa queuë pointue, eſt ornée ſimplement d'écailles lozangées.

**N°. 3.** *Graiſſets d'Afrique.*

Ces trois Graiſſets, ou Grenouilles de Buiſſon, ſont toutes trois venimeuſes. Chaune a cependant ſa peau verte, tachetée d'une maniere diverſifiée, & magnifique en même tems. Leur côrps eſt court, aſſez enflé. Leurs yeux ſont grands, placés à fleur de tête. Elles ſont le mets le plus exquis des Serpens Saxatiles.

**N°. 4.** *Grenouille d'Afrique, Amphibie, toute mouchetée de taches.*

Les Serpens s'en nourriſſent auſſi, & quoiqu'ils ſoient beaucoup moins gros, ils ſavent pourtant ſi bien les amenuiſer en les ſuçant fortement, qu'elles gliſſent ſans peine dans leur corps. Cette ſorte de Grenouille vit également ſur terre & dans les étangs. Sa peau eſt d'un verd-ſombre, & eſt barrée ſur la longueur du dos d'une raye en partie blanche, en partie jaune-pâle. Le deſſus de ſon corps, ſes cuiſſes, & ſes pieds, ſont marqués de taches rouges-brunes. Son ventre blanc-ſale eſt tiĉté de points noirs. Ses yeux ſortent hors de la tête, qui eſt d'une figure aſſez ronde.



SCD LYON 1

## Num. 5. *Erica, Africana, Equiſeti folio, flore campaniformi.*

Floſculi campanularum æmuli, purpurei, haud longis fulti pedunculis, inter foliola progerminant. Foliola capillacea, ad ramulorum apices, denſe in capitulum congeſta, alterum quaſi florem referunt, Bardanæ flori ſimilem, at viridi colore tinctum. Caulis ex griſeo dilutè cinereus eſt.

## Num. 6. *Erica, Africana, folio Juniperino; flore ſtellato.*

Albicantes floſculi, ſtellularum ſimiles, longis innixi pedunculis, ſtamina emittunt quatuor, lutea, apicibus rubellis conſpicua. Caulis dilutè griſeo, & folia ſubviridi ſufficiuntur colore.

# TABULA TRIGESIMA ET OCTAVA.

## Num. 1. *Serpens, Americana, catenata.*

Ex dilutè cœruleo perfundata geminam oſtentat in dorſo catenam, ſpadiceam, è plurimis annulis compoſitam, quorum ſinguli aream intercipiunt minimis punctis, albicantibus, guttatam. Utrique ventris lateri oblongo-rotundæ hærent maculæ, catenam quidem, ſed non continuam, referentes, colore, & albis punctis, Dorſalium catenarum æmulæ, à capite elegantiſſimo, magnis veſtito ſquamis, ad tenuis & acutæ caudæ apicem, protenſæ. Imi ventris ſquamæ dilutè cinerei ſunt coloris.

## Num. 2. *Serpens, Americana, annulata.*

Surinami hæc progenies, ſpadicea, annulis albicantibus, latum digitum à ſe mutuo diſſitis, omnem ſupini corporis faciem gerit inſignitam. Squamis præterea gaudet prægrandibus, rhomboideis, pigmento ſaturatiore fimbriatis, & obumbratis, ſpectaculum hinc exhibens oculis jucundiſſimum. Caput unicolor inſignes tegunt ſquamæ; ventrem verò ex ruffo flaveſcentes.

## Num. 3. *Serpens, Ægyptiaca,* Bochir *dicta.*

Nomen à loco natali, in Ægypto, unde delata eſt, gerens, eximia, magnis veſtitur ſquamis, in fundo ex cinereo flavis. A capite, curto admodum, coacto, & nitidiſſimè picto, quini porriguntur lemniſci, longi, funiculis ſimiles, peculiari ſinguli modo elaborati, ſaturatè ruffi, ad finem usque caudæ decurrentes. Ventris ſquamæ, pariter cinereo-flavæ, nigris punctis diſtinguuntur.

## Num. 4. *Serpens Braſilienſis,* Guacu *dicta incolis, venuſtiſſimè picta.*

Animalculum hoc ſquamatâ veſte elegantiſſimâ mirum in modum ſe commendat. Supernæ enim corporis faciei ſquamæ inhærent, rhombis ſimiles, emaculati candoris, quas maculæ inſignes, circulares & ellipti-

### N°. 5. *Bruyere d'Afrique, à feuille de Prêle, & à fleur en campane.*

Cette Plante pouſſe du milieu des feuilles, des fleurs purpurines, faites en campanes ou en petites cloches, & attachées à de courtes queuës. Ses feuilles ſont petites, chevelues, vertes, ramaſſées en tête aux ſommités des branches, reſſemblant de figure à la fleur du Gletteron. Sa tige eſt cendrée-griſâtre.

### N°. 6. *Bruyere d'Afrique, à feuille de Genevrier, & à fleur étoilée.*

Ses fleurs blanchâtres, radiées, ſoutenues ſur de longs pédicules, ſont à quatre étamines, jaunes, remarquables par leurs pointes incarnates. Sa tige eſt d'un gris-clair, toute garnie de feuilles verdelettes.

## PLANCHE TRENTE-HUITIEME.

### N°. 1. *Serpent d'Amerique, orné de bandes faites en façon de chaînes.*

Il eſt d'un bleu-mourant, & paré ſur le dos d'une double chaîne chatain, compoſée de pluſieurs chaînons, dont chacun dans ſon enceinte, laiſſe un eſpace tout piqué de petits points blanchâtres. Depuis la tête, belle, & revêtue de grandes écailles, juſqu'au bout de la queuë déliée, & pointue, s'étendent de chaque côté du ventre, des taches ovales, rangées en maniere d'une chaîne dont les chaînons ſeroient déjoints, d'ailleurs d'une même couleur que ceux du dos, & pareillement pointillés de blanc. Les écailles du bas-ventre ſont cendré-clair.

### N°. 2. *Serpent d'Amerique, cerclé d'anneaux.*

Celui-ci eſt bai-rouge, de Surinam. Son corps eſt entouré de pluſieurs anneaux blanchâtres, éloignés les uns des autres, à la diſtance d'un travers de doigt. Il eſt auſſi couvert de grandes écailles rhomboïdes, dentées, & ombrées de bai-brun; ce qui préſente à la vuë un contraſte très-agréable. Sa tête d'une ſeule couleur, eſt défendue par de grandes écailles. Celles du ventre ſont jaunes-rouſſes.

### N°. 3. *Serpent d'Egypte, nommé* Bochir.

Il prend cet illuſtre nom de ſon lieu natal en Egypte, d'où il a été transporté dans ce païs. C'eſt un beau Serpent, vêtu de grandes écailles, à fond cendré-jaune, ſur lesquelles, depuis la tête qui eſt fort courte, ramaſſée, peinte & tachetée proprement, juſqu'au bout de la queuë, décourent cinq bandelettes, je dirai mieux, cinq cordons, roux-bruns, tiſſus chacun d'une maniere particuliere. Les écailles du ventre ſont de même que les autres, cendrées-jaunes, parſemées de points noirs.

### N°. 4. *Serpent du Breſil, appellé* Guacu *par les habitans, très-beau.*

Le compartiment des écailles qui le parent, eſt magnifique. Car elles ſont ſur tout le deſſus du corps, autant de rhombes, d'une blancheur

SCD LYON 1

ellipticæ, ſpadiceæ, per ſuppoſitam ſquamarum albitudinem teſſellatim diviſæ, ornant. Capitis etiam pulcherrima eſt pictura. Ventris ſquamæ ex cinereo albicantes remiſſè variegantur.

# TABULA TRIGESIMA ET NONA.

## Num. 1. *Serpens, Arabica,* Scolapax *dicta; mas.*

Mirabili ſuperba apparatu caput oſtentat prægrandibus ſquamis, flavis, aliisque minoribus, albis & rubris, ornatum. Collari dein luteo ſuccincta reliquum corpus ſingulari macularum genere, quæ inæquales, angulatæ, Characteres quaſi exprimere videntur, pulchrè pictum, atque variegatum, exhibet. Albicantes heic cernuntur ſquamæ, argento veluti obductæ, vividâ luce coruſcæ, quas aliæ quædam ſuperequitant, ſaturatè fuſcæ, diverſimodè figuratæ, miro ſpectaculo in prioribus tanquam deliqueſcentes. Stupendam adeò picturam detegit in hâc Animantium ſpecie oculus, quam nec diſcribere verbis quispiam, nec cælo, aut penicillo, vel ſummus etiam artifex pro dignitate imitari queat. Omnipotens Naturæ Architectus quæcunque hominum eludit artificia, utpote umbram ſaltem, corporis expertem, referentia mirandorum Ejus operum. Maſculus hic eſt iſtius ſpeciei, ventrales ſquamas dilutius fuſcas gerens, quam Fœmella proximè ſubſequens.

## Num. 2. *Serpens, Arabica; fœmella prioris.*

Coloribus ferè mari ſimilis, picturæ tamen modo & variegatione diſcrepat. In aliis pariter Animantibus haud rarum eſt, marem videre, tanquam fœmellæ caput, dotibus hac ſuperiorem. Ita Naturæ Conditor ſupremus, pro ſuo quælibet ingenio, comparavit. Exemplo ſit cum Gallinâ Gallus ſaltem vulgaris, aut ſuâ cum fœmellâ Pavo, aliudve animal.

## Num. 3. *Serpens Ceilanica,* Boyuna *dicta.*

Non incolæ duntaxat Ceylanenſes, ſed & Luſitani hanc Serpentem ita vocant; &, quod rarò tamen contingit, eam videre amant, credentes, proſperam ſibi ab eâ fortunam adferri: unde & liberum ipſi ad ſe præbent aditum imperterriti. Quin Cingalenſes honori ſibi ducunt & bono omini, quando ipſorum in ædibus commorantur atque pariunt Serpentes iſtæ. Qui dorſum inveſtit, amictus, longè ſuperbiſſimus, pulcherrimis pingitur ſquamulis, teſſellatis, cinereo luteis, quas maculæ grandes, ſaturatè ſpadiceæ, variegant. Ad latera ventris utrinque maculæ, guttæque, minores, dilutè rubellæ, conſpiciuntur. Caput elegantibus pariter emicat ſquamis, majuſculis, dilutè ſpadiceis, ex rubro & fuſco guttatis. Ventris ſquamæ albitudinem, nigra puncta inſcriptam, oſtentant.

## Num. 4. *Serpens Ceilanica,* Malpalon *dicta Rajo in Synopſ. p.* 331.

Veſtem oſtentat omni ornatûs genere decoratam: dum ſquamulæ ejus vegetâ flavedine inſignes, phrygio quaſi

blancheur éclatante, relevés par des parquets lozangés de taches chatain, rondes, ou elliptiques. Les écailles du ventre ſont cendrées-blanchâtres.

# PLANCHE TRENTE-NEUVIEME.

## N°. 1. *Serpent d'Arabie, qu'on nomme* Scolopax, *Mâle.*

Ce Serpent préſente d'abord une tête ſuperbe par l'admirable appareil de grandes écailles jaunes, accompagnées d'autres petites blanches & rouges, qui la défendent. Son col eſt orné d'un collier jaune. Le reſte de ſon corps eſt marqueté avec grace d'un mêlange de taches ſingulieres, de differentes grandeurs, à pluſieurs angles inégaux, & qui ſemblent former comme des especes de Caracteres. L'on voit deſſous ces taches, des écailles argentines, brillantes, chevauchées çà & là par d'autres écailles embrunies, de figures irrégulieres, & ſe perdant pour ainſi dire dans les premieres. Tout cela fait un ſpectacle vraiment curieux, que l'œil peut ſuivre à la vérité, mais qu'on ne ſauroit bien décrire, ni que l'Artiſte le plus habile ne peut repréſenter exactement avec ſon burin, & ſon pinceau. Le puiſſant Architecte de la Nature fait éluder tout l'art humain, qui ne va pas même jusqu'à tracer une ombre, une esquiſſe, des merveilleux Ouvrages qu'il a produits.

## N°. 2. *Serpent d'Arabie, Femelle du précedent.*

Quoique ſemblable à ſon Mâle en couleurs, elle eſt cependant inferieure pour la varieté & pour la beauté de la madrure. Ce n'eſt pas une choſe rare de voir parmi les Animaux, le Mâle comme le Chef & le Maître, ſurpaſſer la Femelle d'une maniere ou d'autre. Ainſi le Créateur a jugé bon d'établir de telles differences. Prenons pour exemple, celles qu'il a miſes entre nos Coqs ordinaires, & les Poules, entre le Paon & la Paonneſſe, &c.

## N°. 3. *Serpent de Ceylon, connu ſous le nom de* Boyuna.

Ce ne ſont pas ſeulement les habitans de Ceylon qui l'apellent ainſi, mais encore les Portugais. Choſe même rare & ſinguliere, ils aiment à rencontrer cet Animal, étant dans la croyance que cela leur annonce quelque bonheur. De là vient qu'ils le laiſſent approcher d'eux ſans aucune crainte; & de plus les Cingaliens regardent comme un honneur & un heureux préſage, quand ces Serpens viennent loger dans leurs maiſons, & y faire leurs pontes. Le manteau que celui-ci porte ſur le dos eſt un tiſſu ſuperbe de petites écailles, cendrées-jaunes, faites en réſeau, brodées d'un mélange de grandes taches bai-brunes. Sur chaque côté du ventre, regnent d'autres taches, plus petites, tirant ſur le couleur de roſe, accompagnées d'une ticture de points. Sa tête frappe par de belles écailles, aſſez grandes, chatain-clair, toutes pointillées de rouge & de brun. Les écailles blanches du ventre ſont ſemées de points noirs, comme par gouttes.

## N°. 4. *Serpent de Ceylon, nommé* Malpalon.

C'eſt de cette maniere qu'il eſt appellé par Ray dans ſon *Abregé Method. des Animaux*, pag. 331. Son habit eſt décoré de toutes ſortes



SCD LYON 1

quaſi opere, nigricante, apiculis, hinc illinc alternatim diſpoſitis, conſpicuo, à capite venuſtiſſimo, ad finem uſque caudæ, per totam dorſi ſpinam, protenſo, ſuperbiunt. Juxta latera aliud macularum ſeſe effert genus, quæ cruciformes, aut vertebris quaſi Serpentinis ſimiles, croceo colore tinctæ, pulchro ordine digeruntur: Stellulis has aſſimilat Rajus, quarum tamen haud adeò ſpeciem æmulantur. Ventrales ſquamæ, ex cinereo luteæ, fuſcis maculis variegantur.

## TABULA QUADRAGESIMA.

### Num. 1. *Pſittacus, minor, Americanus, verſicolor.*

Pſittacorum de genere eſt hæc Avium ſpecies, ſingulari loquelæ addiſcendæ aptitudine donata; prout experti ſumus hâcce in Aviculâ. Quæcunque enim ipſi prædicebantur, pulchrè imitari voce ſciebat. Mirâ ſanè comitate ſuum efflagitabat victum, alas caudamque expandendo, reverentiam quaſi exhibitura benefactori ſuo, cui cantilenam Euchariſticam modulabatur, quando ſapidum quendam & gratum cibum ab eo obtinuerat. Unde patet, beſtiolam, ratione deſtitutam, majores pro acceptis beneficiis referre gratias, quam hominum pleroſque, ſui qui Dei, Datoris omnium bonorum clementiſſimi, turpiter obliti, beneficia ingratitudine rependunt. Aviculam hanc amabiliſſimam, ob miram ejus in loquendo & canendo peritiam, æri curavimus incidi, repræſentaturi inſuper exquiſitum, quo ſuperbiebat, pennarum ornatum. Capitis enim dimidium, cum collo, colore rubro elegantiſſimo ſplendet: roſtrum ex ruffo flaveſcit. Oculi candore argenteo ſcintillant. Occiput, Thoracem, & Ventrem, ex flavo ſubviride pigmentum tingit. Cyaneus collum ambit annulus. Alæ, dorſumque, ſaturatè viridia, cœruleis pennis pulcherrimè variegantur. Quintuplici cauda colorum varietate gaudet; cœruleo nempe, luteo, rubro, nigricante & ex flavo viridi, extremum ejus tingente. Brevibus innixa hæc avis cruribus, longiuſculos tamen unguiculos protendit.

### Num. 2. *Anguis, Teſtudineus; ſeu Chelydrus, Americanus, lubricus; in ſpiram ſe colligens.*

Squamæ cutaneæ, obſcurè cinereo-griſeæ, nigris deſuper albiſque maculis variegantur. Venter dilutè cinereus nigris diſtinguitur maculis. Vertex capitis ſaturatè fuſcus eſt. Cæterùm valde glaber per univerſum corpus annuâ vernatione, Latinis ita dictâ, non ita pridem defunctus eſſe videtur. In arctas ſeſe ſpiras colligunt angues hi, avibuſque & aliis inhiant Animalibus, quæ rapido ſaltu ex inſidiis opprimunt.

### Num. 3. *Anguigena, ſeu Anguilla Marina, Tigrina.*

Inter alia Animantia & hæc Anguilla Dominicopoli nobis tranſmiſſa eſt, beſtia certè monſtroſa, corneo horrida roſtro, acutiſſimè protenſo, inſtar roſtri Avium, binis ſub maxilla inferiore donata pinnulis, natando appropriatis. Cæterum caput ejus grandibus tegitur ſquamis; totaque corporis ſuperna facies, dilutè

ſortes d'ornemens; car ſes petites écailles d'un jaune vif, éclatant, ſont relevées ſur toute l'étendue du dos, depuis ſa charmante tête juſqu'à l'extrêmité de ſa queuë, par des taches noirâtres, marquées çà & là alternativement, & qui ſemblent travaillées à l'éguille. On voit ſur les côtés une autre genre de taches, ſaffrannées, rangées avec ſymmetrie, faites en croix, ou approchantes de figure aux vertebres des Serpens. Ray les compare à de petites étoiles, auxquelles cependant elles ne me paroiſſent pas reſſembler. Les écailles du ventre ſont cendrées-jaunes, tachetées de brun.

## PLANCHE QUARANTIEME.

### N°. 1. *Petit Perroquet d'Amerique, peint de diverſes couleurs.*

Cette Eſpece d'Oiſeau, qu'on range parmi les Perroquets, a une facilité ſinguliere pour apprendre à parler, ainſi que nous l'avons experimenté dans celui-ci, qui repetoit diſtinctement tout ce qu'on lui diſoit. Il demandoit à manger de la maniere du monde la plus engageante, en étendant ſes aîles, & faiſant un éventail de ſa queuë, comme s'il eût voulu marquer ſes ſentimens & ſes égards pour ſon bienfaiteur, à qui enſuite il diſoit une petite chanſon de remercimens, dès qu'il en avoit obtenu quelque bouchée friande. Cela prouve que ces petites Bêtes, quoique privées de la raiſon, montrent plus de reconnoiſſance que la plûpart des hommes, qui ne payent que d'ingratitude tant de bienfaits qu'ils reçoivent de la main liberale de leur Créateur.

Nous avons fait ici graver cet Oiſeau, non ſeulement parce qu'il eſt tout aimable pour ſa voix, & la douceur de ſon chant, mais de plus parce qu'il étale un ſuperbe pennage. Une moitié de ſa tête, & ſon col, jettent un éclat d'un très-beau rouge. Son bec eſt jaune-roux. Ses yeux ſont blancs-argentés, pleins de feu. Le derriere de ſa tête, ſa poitrine, & ſon ventre, tirent ſur un jaune-verdâtre. Il porte autour du col un collier bleu-céleſte. Son dos, & ſes aîles, ſont d'un verd-ſombre, qu'entrêmelent avec agrément des plumes azurées. Le bout de ſa queuë eſt nuancé magnifiquement d'un mêlange de cinq couleurs, de bleu, de jaune, de rouge, de brun, & de verd-foncé. Ses jambes courtes s'appuyent ſur des pieds aſſez longs.

### N°. 2. *Serpent d'Amerique, recourbé en divers replis; couvert d'écailles de Tortue, ou d'écailles faites comme l'écorce du Chêne.*

Ses écailles qui défendent ſa peau, ſont d'un gris-cendré-obſcur, parſemées de taches noires & blanches. Son ventre cendré-clair eſt moucheté de noir. Le ſommet de ſa tête eſt brun-ſombre. Il eſt liſſée ſur tout le corps, & quitte chaque année ſa vieille peau, ou ſa dépouille, pour me ſervir du terme François conſacré. Il ramaſſe ſon corps en replis tortilleux, ſerrés, & fait la chaſſe avec ardeur aux Oiſeaux & à d'autres Animaux, ſur leſquels il s'élance inopinément comme un trait.

### N°. 3. *Anguille Marine, Tigrée; Eſpece de Serpent de Mer.*

On nous l'a envoyé de St. Domingue avec d'autres Animaux. C'eſt une Bête vraiment extraordinaire. Elle a un muſeau dur comme la corne, pointu comme le bec d'un Oiſeau, avec deux aîlerons ſous la mâchoire inferieure qui lui ſervent à nager. Sa tête eſt garnie d'aſſez larges écailles. Tout le deſſus de ſon corps eſt jaune-pâle, tigré de taches, ovales, jaunes-rouſſes. Ses aîlerons

SCD LYON 1

dilutè flava, maculis circularibus, ex ruffo luteis, more Tigrino, variegatur. Pinnæ Corallino gaudent rubore, ut in Percis. Squamæ ventris, ex cinereo dilutè flavæ, inſignes, nullo inter ſe ordine digeſtæ ſunt. Serpentum æmula eſt ferè tota, & harum fortè ſoboles. Murænis aut Congris accenſetur, poſtea prolixius deſcribendis.

### Num. 4. *Anguigena, ſeu Anguilla marina, altera.*

Priori per omnia ſimilis eſt, ſolam ſi picturam exceperis, quæ, loco macularum Tigrinarum, lemniſcata, quinos exhibet funiculos, Thalaſſini coloris, textilia quaſi opera referentes, per dorſi ſquamas ruffulas protenſos. Pinnæ capitis, uti prioris, rubent. Oculi minuti ad oris anteriora ſiti ſunt. Ventris ſquamæ inſignes, dilutè ruffæ, ordinatim, ut in Serpentibus, digeruntur. En! hîc immenſam quoad genera & ſpecies varietatem in Serpentum præſertim claſſe, quæ licet Homini abominabiles, mirabili tamen apparatu, & omni ornamentorum genere ſuperbiunt.

### Num. 5. *Hypericum, Africanum, vulgare; ſeu Bocho Hottentottorum; flore albo; fruteſcens.*

Maximi hæc Planta ab Hottentottis æſtimata, tanquam remedium ad quamcunque malignitatem adhibetur. Verbo: omnes inter herbas nulla eſt, quam pluris faciunt, ac hanc; utpote pro medicinâ univerſali prophylacticâ ab ipſis venditatam. Exigui ſunt & albicantes fruticis hujus floſculi, peculiari ſinguli innixi pedunculo, ſex petalis conſtantes; quorum è medio Ovarium nigricans prodit, ſenſim ampliatum, & mox ſeſe explicaturæ Tulipæ æmulum. Folia tenuia ſunt & longiuſcula. Deſtillatione elicitur ex hac plantâ oleum ab incolis Promontorii Bonæ Spei, quod pluries inde transmiſſum accepi. Eſt autem valdè aromaticum, & penetrantiſſimum: uſu externo partes nervoſas confortat; interne verò urinæ ſuppreſſæ adhibetur, quo in caſu optimum id effectum præſtitiſſe, iterata ſæpius experimenta me docuerê.

### Num. 6. *Elichryſum, Africanum, folio anguſto, tomentoſo, flore albo.*

Calix, ſaturatè luteo colore reſplendens, florem complectitur, cujus radii ſemifloſculoſi, exteriores, albicant; diſcus verò, interior, tenuiſſimis conflatur floſculis, auri colore inſignibus. Caulis griſeus, tomentoſus, ſupra in plures abit pedunculos, quorum ſinguli, ſuum ſuſtinentes florem, umbellam quaſi conſtituunt. Folia, griſea, tomentoſa, anguſta, ſparſa, circa lignoſum caulem diſponuntur.

## TABULA QUADRAGESIMA ET PRIMA.

### Num. 1. *Serpens,* Bojobi, *Coronata; ſeu* Cobra Verde.

Rara hæc Serpens, brevi & latiuſculo ore, nigroque capite, coronâ quaſi ſubluteâ pictum oſtendit occipitium.

rons ſont vermeils de même que ceux des Perches. Les écailles du ventre ſont cendrées-jaunâtres, de grandeur irréguliere, & couchées ſans ordre. Pour couper court, cette Anguille reſſemble preſque en tout à un Serpent, & peut-être en eſt elle une Eſpece. On la met au rang des Murenes & des Congres, dont nous parlerons dans la ſuite avec plus détendue.

### N°. 4. *Autre Anguille Marine; ou autre Serpent de Mer.*

Elle ne differe de la précedente que par ſa parure. Au lieu d'une moucheture tigrée, elle eſt revêtue d'un tiſſu de cinq bandelettes ou cordons, d'un verd de mer, qui ſemblent travaillés au métier, & qui s'étendent ſur les écailles rouſſâtres de ſon dos. Ses nageoires ſont auſſi corallines. Ses yeux ſont petits, placés dans la partie antérieure du muſeau. Son ventre eſt muni d'écailles diſpoſées ici avec ſimmetrie. Telle eſt l'immenſe diverſité des Serpens, ſoit qu'on l'examine par raport aux Genres, ou aux Eſpeces; & tous cependant, quoiqu'affreux aux yeux des hommes, brillent par l'admirable appareil de leurs ornemens toujours variés.

### N°. 5. *Mille-pertuis, d'Afrique, ordinaire; ou* Bocho *des Hottentots, à fleur blanche, s'élevant en Arbriſſeau.*

Les Hottentots font grand cas de cette Plante, & l'eſtiment même plus que toute autre quelconque, l'employant, & la vantant pour un Remede de précaution univerſel contre toutes ſortes de maux.

Elle porte de petites fleurs blanches, ſoutenues chacune par un pédicule particulier, & compoſées de ſix petales; du milieu de la fleur ſort le piſtile, nommé par d'autres (& il ſemble avec plus de raiſon) l'Ovaire, de couleur noirâtre, lequel ſe dévelopant inſenſiblement, reſſemble à une Tulipe prête à s'épanouïr.

Ses feuilles ſont longues & menues, oppoſées ſans queuë le long des tiges.

Les habitans du Cap de Bonne-Eſperance tirent de cette Plante par la diſtillation, une Huile que j'ai reçue pluſieurs fois de ce lieu-là. Cette Huile eſt aromatique, fort pénétrante, propre à fortifier les nerfs ſi l'on s'en ſert extérieurement, & qu'on employe intérieurement dans les retentions d'Urine; j'ai eu lieu d'apprendre par des expériences réiterées qu'elle produit un très-bon effet dans ce dernier cas.

### N°. 6. *Immortelle, d'Afrique, à feuilles étroites, cotonneuſes, & à fleurs blanches.*

Ses feuilles ſont griſes, lanugineuſes, étroites, clair-ſemées, & adhérentes à la tige des deux côtés. La tige eſt griſe, ligneuſe, velue, ſe diviſant au haut en pluſieurs queuës, dont chacune ſoutient au ſommet une Fleur Radiée, naiſſant en ombelle, & embraſſée tout autour par un calyce d'un beau jaune-foncé reſplendiſſant. La Couronne de cette fleur, ou ſi vous aimez mieux, ſes demi-fleurons extérieurs, ſont blancs, tandis que ſon diſque eſt tout compoſé de fleurons très-deliées, de couleur d'or.

## PLANCHE QUARANTE ET UNIEME.

### N°. 1. *Serpent Couronné, nommé* Bojobi *par les Breſiliens, &* Cobra verde *par les Portugais.*

Ce rare Serpent a la gueule large, courte; la tête noire, & marquée ſur le ſommet d'une Couronne jaunâtre. Les



SCD LYON 1

cipitium. Squamas dorſales ſaturata tingit viriditas; eademque dilutior, ad ventris latera poſitas; quæ verò ventrem obſident, flaveſcunt. Minuti vividè ſcintillant è nigrâ fronte bini oculi: & totidem patent amplæ nares. In excavatis utplurimùm habitat arboribus, præſertim verò in illâ, quæ *Guajava* audit; cui hinc circumvolutam præſens Tabula exhibet.

## Num. 2. *Arbor* Guajava, *pomifera*, *Americana.*

Arborem hanc unà cum flore hîc exhibemus & fructu, qui pyro ſimillimus pulchrè flaveſcit, ſaturatâ hinc inde rubedine inumbratus. In Horto Malabarico vocatur *Pela*; in Amſtelædamenſis verò Part. I *Guajava alba dulcis D. J. Commelino* audit, ubi ramulus ejus cum floribus & fructibus delineatus habetur. Folia oblonga, numeroſa, ramis adhærent; horumque ex alis prodeunt flores, longis innixi pedunculis, ſubalbidi, ſtaminibus plurimis, flaveſcentibus, ornati. Hujusce arboris rami tam aptè ſibi invicem adponuntur, ut his aviculæ ſuos adfigant nidos, pullis tutò excludendis idoneos. Has inter parva eſt avicula, ab incolis *Colubri*, ſeu flori-ſuga, vocata. Griſea hæc plumas gerit viridi colore reſplendentes, pennasque alarum & caudæ nigricantes: roſtro eſt acuto, tenui & longiuſculo. Variæ dantur earum ſpecies; hæcce autem minima omnium eſt. Quantacunque utantur hæc animalcula prudentiâ in propagandâ ſua ſpecie; ſæpiſſimè tamen ab invidioſis araneis obruuntur, qui, auferentes eorum ovula, hæc, acutis ſuis forcipibus confracta, exſugunt. Hîc ita exhibet litera

A. Aviculam è nido ſuo depulſam, ramulo inſidentem.
B. Nidum, unà cum ovulis.
C. Araneum, è filo ſuo pendulum, ovulis aviculæ inhiantem.

## Num. 3. *Vipera*, *Braſilienſis*, *Ibirakoa.*

Caput huic ex albo luteum, quodammodo gibboſum, longam protendit, bifidamque, linguam; minutosque gerit dentes. Dorſum variis pingitur coloribus. Squamarum baſis, ex ruffo albeſcens, Mali florem colore refert. A cervice, per dorſum, ad caudam usque, nigra quaſi catena, flexu Serpentino, latè decurrit. Ad ventris latera nigræ viſuntur maculæ; dum venter ipſe dilutè ruffus eſt.

## Num. 4. *Serpens*, *Moluros*, *Americana.*

Curto hæc, & coacto, eſt capite, dilutè griſea, albis ornata tæniis, maculæ quibus nigræ, albæque, quaſi intexuntur. Venter ex cinereo albeſcit.

## Num. 5. *Serpens altera.*

Hæc ſupina dorſo incumbit, ut pateat, nullis eam gaudere ſquamis in ventre transverſalibus; ſed harum locum aliis ſuppleri ſquamulis, dilutè flavis, nigris maculis ſparſim notatis.

Num. 6.

Les écailles du dos ſont d'un verd-ſombre, celles des flancs d'un verd plus clair, & celles du ventre jaunes. Ses deux yeux ſont petits, verds, étincelans. Ses narines ſont larges & ouvertes. Ce Serpent ſe tient pour l'ordinaire dans de vieux Arbres creux, mais principalement dans celui qu'on nomme Guajava, autour duquel on le dépeint ici entortillé par cette raiſon.

### N°. 2. *Arbre* Guajava, *d'Amerique*, *qui porte du fruit.*

Nous repréſentons ici cet Arbre avec ſes fleurs, & ſon fruit qui eſt entierement ſemblable à une Poire, d'un beau jaune mêlé de rouge-brun.

Les Malabares nomment l'Arbre *Pela* & *Pelouka*, les Portugais *Guajavas*, les Hollandois *Goejaves*, comme il paroît par l'*Hort. Malabar.* Tom. 3. pag. 31. Mr. J. Commelin, qui dans la I. Part. du *Catal. du Jard. d'Amſterd.* a donné la figure d'un des rameaux de cet Arbre chargé de fleurs & de fruit, l'apelle du nom de *Guajava blanc*, *portant un fruit doux.*

Ses feuilles ſont oblongues, nombreuſes, adhérentes aux rameaux. Du milieu d'elles, pouſſent des fleurs blanchâtres, à pluſieurs étamines citrines. Ces fleurs ſont attachées à de longues queuës.

Les bras de cet Arbre ſont heureuſement diſpoſés pour que les Oiſeaux y viennent bâtir leurs nids, & y mettre leurs couvées à l'abri des injures du dehors. C'eſt là ſurtout que vient nicher le Colubri, ou l'oiſeau ſuce-fleur. Il y en a de diverſes Eſpeces, dont celui qu'on voit ici poſté ſur une branche de l'Arbre, eſt de la plus petite Eſpece. Il a le plumage d'un verd-luſtré, les maîtreſſes-plumes des ailes & de la queuë noirâtres, le bec long, menu, & pointu.

Quelque prudence qu'ayent ces jolis Oiſillons pour faire leurs pontes à couvert de tout danger, ce n'eſt pas toujours avec ſuccès. Ils ſont très-ſouvent attaqués par de groſſes Araignées envieuſes, qui viennent enlever leurs œufs, & qui après les avoir rompus avec leurs pinces acerées, s'en régalent en les ſuçant.

A. Repréſente l'Oiſeau chaſſé de ſon nid perché ſur une branche.
B. Le nid avec les œufs.
C. L'Araignée pendue à ſon fil, courant avec ardeur aux œufs de l'Oiſillon.

### N°. 3. *Vipere du Breſil*, *dite* Ibiracoa.

Sa tête eſt couleur iſabelle, un peu relevée en boſſe. Sa langue eſt longue, fourchue en deux. Ses dents ſont petites. Son dos eſt peint de diverſes couleurs. Le fonds de ſes écailles eſt d'un roux mêlé de blanc, approchant de la couleur des fleurs de Pommier. Depuis le haut du col jusqu'au bout de la queuë, décourt en ſerpentant ſur le dos, une large tache noire, faite presque en maniere de chaîne. Les côtés du ventre ſont mouchetés de noir. Le ventre eſt rouſſâtre.

### N°. 4. *Serpent* Moluros, *d'Amerique.*

Il eſt d'un gris-clair, orné le long du corps de bandelettes blanches, parſemées & comme entrecoupées de taches, les unes noires, les autres blanches. Son ventre eſt cendré-blanc. Sa tête eſt courte & ramaſſée.

### N°. 5. *Autre Serpent.*

On a couché celui-ci ſur le dos, pour montrer qu'il n'eſt point revêtu de ces grandes écailles transverſales du ventre ainſi que la plupart des autres Serpens, & qu'il a ſeulement à leur place de petites écailles, jaunes-pâle, ſemées de quelques taches noires.

N°. 6. *Pe-*

SCD LYON 1

## Num. 6. *Lacerta, Ceilonica, minor, lemniſcata.*

Pulchella hæc lacertula, atris, albisque, notatâ tæniolis, humili eſt corpore, brevibusque innixa pedibus, in majores digitos diviſis, ſplendore quodam renitet.

# TABULA QUADRAGESIMA ET SECUNDA.

## Num. 1. *Serpens, Braſilienſis, verſicolor, ſpecies* Æsculapii.

Hæc Græcis olim, teſte *Æliano*, Παρεία vocabatur, quod genis laxioribus ſit prædita. Elegantiſſimis pingitur flammulis, & quaſi ſcutulatas monſtrat ſquamas, quæ ex dilutè cœruleo perfundatæ, intercurrente nigredine variegantur. Concinna etiam capitis eſt pictura. Squamæ transverſales, infimæ, maximam partem albicant.

## Num. 2. *Serpens,* Cenchrus, *vel Serenus, Braſilienſis.*

Nominis originem à Græco Κέγχρος derivat Rajus in *Synopſ. Anim. p.* 289, quod milium ſignificat: notis enim quibusdam, Milii ſimilibus, venter ejus exornatur. Squamæ, ordinatim digeſtæ, ex cœruleo nitidè pinguntur. Per dorſum lata decurrit tænia, dilutius cœruleſcens, nigrisque punctis interſtincta. Quæ verò per latera, juxta ventrem, protenduntur, ſaturatioris ſunt cœrulei coloris. Venter albicans ex nigro variegatur. Summo capiti binæ incumbunt inſignes ſquamæ, candicantes. Oculorum interſtitium minores obſident ſquamæ, cœruleſcentes. Nares dilutè cœruleæ; oculi ſcintillantes ſunt; cauda tenuiſſimum in acumen deſinit. Cochleas inſectatur, lumbricos, & id genus inſecta, ipſi accepta.

## Num. 3. *Serpens, Lyrica, Americana.*

Serpens hæc amœnum novit modulari cantum, quo alliciuntur aviculæ, ipſi in pabulum ceſſuræ. Nec rarum eſt, plura reperire animalia, quæ, comitatis & blanditiarum fuco fraudes tegentia, prædam aucupantur. Hujus Serpentum generis plurimæ dantur ſpecies. Noſtra hæc obſcurè fuſcam & ſquamatam cutim faſciolis annularibus, albicantibus, à capite, ad acuminatæ usque caudæ extremum, pulchro ordine diſpoſitis, obtectam gerit. Squamæ ventrales, longiuſculæ, in transverſum protenſæ, ſaturatè fuſco etiam colore pictæ, annulis pariter albis ſuccinguntur, qui tamen haud in directum cum ſuperioribus, ſed ita digeruntur, ut, alternatis coloribus, albi ventris annuli respondeant fuſcis dorſalium interſtitiis.

## Num. 4. *Anguis, Scytale, parvus, Americanus.*

Subruffæ hujus ſquamæ ſaturatè rubris notantur punctis. Venter totus candicat. Caput ipſi elegans, & obtuſa cauda eſt.

Num. 5.

### N°. 6. *Petit Lézard de Ceylon, orné de bandes.*

Ce mignon petit Lézard eſt traverſé de bandelettes blanches & noires. Son corps eſt écraſé, liſſe, & un peu luiſant. Ses pieds courts ſe fendent en de grands doigts.

## PLANCHE QUARANTE-DEUXIEME.

### N°. 1. *Serpent du Breſil, de diverſes couleurs, Espece de Serpent d'Esculape.*

Les Grecs au rapport d'Elien le nommoient dans leur Langue le *Serpent-Jouflu*, à cauſe de ſes larges mandibules. Il eſt muni d'écailles fortes, d'un bleu-mourant entrecoupé de noir, & ondées magnifiquement comme de petites flammes. Sa tête eſt jolie par ſes couleurs & ſa madrure. Les écailles transverſales du ventre ſont pour la plus grande partie blanchâtres.

### N°. 2. *Serpent* Cenchrus *ou* Serenus, *du Breſil.*

Il conſerve en notre Langue le nom Latin *Cenchrus*, que Ray dans ſon Livre intitulé *Synopſ. Animal.* pag. 289. dérive du même mot Grec, qui ſignifie *Millet*, parce que le ventre de ce Serpent eſt marqueté de taches ſemblables aux graines de Millet. Ses écailles ſont régulieres & peintes d'un beau bleu. Le long de ſon dos regne une large bande, d'un bleu plus pâle que les écailles, & tictée çà & là de taches noires. Les taches marquées ſur les côtés ſont d'un bleu-turquin. Son ventre eſt grivelé. Il a ſur le ſommet de la tête deux grandes écailles blanches oblongues, & entre les deux yeux de plus petites écailles bleuâtres. Ses narines ont la même couleur. Ses yeux ſont étincelans. Il fonde ſa cuiſine ſur les Limaçons, les Vers de terre, & autres Inſectes pareils.

### N°. 3. *Serpent* Joueur de Lyre, *d'Amerique, à bandes circulaires.*

Ce Serpent ſait par de doux & mélodieux ſifflemens attirer à lui d'innocens petits Oiſeaux, pour en faire ſa proye. Il n'eſt point rare de trouver pluſieurs autres Animaux qui ſous de belles paroles & des dehors apparens de bienveillance, cachent la fourberie, la rage, & la cruauté.

Au reſte, il y a pluſieurs Especes de ce Genre de Serpens. Celui-ci a la peau d'un brun-obſcur, couverte d'écailles lozangées, & cerclées d'espace en espace, depuis la tête jusques à l'extrêmité de ſa queuë pointue, de bandes blanches, bien compaſſées. Les écailles transverſales du ventre ſont grandes, brunes, & ceintes auſſi par intervalle de bandes blanches; mais il faut remarquer que lesdites bandes circulaires du corps & du ventre, ſe coupent, ou ſe croiſent mutuellement par leur couleur, de maniere qu'à chaque espace brun laiſſé vuide par les bandes du dos, répondent les bandes blanches qui prennent ſous le ventre.

### N°. 4. *Serpent rondelet, nommé en Latin* Scytale, *petit, d'Amerique.*

Ses écailles ſont rouſſâtres, pointillées de rouge. Tout ſon ventre eſt blanc. Sa tête eſt belle, & ſa queuë obtuſe.



SCD LYON 1

### Num. 5. *Anguis, lemniſcatus, catulus, Americanus.*

Nigris albisque hic anguiculus lemniſcis per dorſum diſtinguitur.

### Num. 6. *Serpens, Americana, vulgaris, ore hiulco.*

Exhibemus hanc Serpentem ore patulo, ut interiora maxillæ, in conſpectum poſita, doceant, nullam adfigi dentibus cyſtim veneno plenam, uti ſcriptorum multi ignoranter adſeruerê. Horum è numero *Plinius* eſt, toxicum Serpentis in veſiculâ, ad gingivas hærente, recondi opinatus. *Geſnerus*, & plures alii, ejusdem fuerê ſententiæ. Verùm indigenæ noſtræ Serpentes clarè evincunt contrarium. Alveoli dentium carnoſâ, & membranoſâ, ſubſtantiâ, purâ & putâ, æquabiliter, obducuntur; nec vel leviſſimum hîc cœruleſcens, aut flavi veneni veſtigium reperire datur in maximis pariter ac minimis. Inflammatio ab uncinatis duntaxat dentibus eſt derivanda, quibus, dum homines aut bruta mordent, nervi læduntur: prout in antecedentibus jam dum Tabulis annotavimus.

Noſtra heîc Serpens ita collocata eſt, ut in conſpectum prodeat ſub lit.

A. Pars ſuperior & inferior oris.
B. Denticuli maxillæ utriusque.
C. Craſſa vagina, in quâ reconditur lingua emiſſilis.
D. Aſpera arteria, vaginæ linguali incumbens, & firmiter nexa.
E. Membrana craſſa, linguæ, & aſperæ arteriæ, in ſuo loco detinendis dicata.
F. Palatum tendinoſum, & concavum, ne comprimatur aſpera arteria, dum bolus deglutitur.
G. Tendines ſuperni capitis, extremis maxillæ infixi.

## TABULA QUADRAGESIMA ET TERTIA.

### Num. 1. *Serpens, Americana, cineritia, vulgaris.*

In dorſo ex dilutè cinereo griſea eſt: per latera, & ventrem, ſubruffa. Hinc, ſimplici veſtitu prædita, vix quidquam memoratu dignum exhibet.

### Num. 2. *Anguiculus, Surinamenſis, Cyaneus.*

Rarior eſt; quùm utrinque, ad ventris ejus latera, anguſta protendatur tænia, rubicundi coloris, inferiores ſquamas à ſuperioribus diſtinguens. Squamæ ventrales dilutè cœruleſcunt. Caput, quodammodo angulatum, latis ſquamis obtegitur.

### Num. 3. *Anguis, lubricus, Africanus, ex Promontorio Bonæ Spei; tæniis albis & nigris annulatus.*

Pulcherrimam dorſi ventrisque albedinem nigri diſtinguunt annuli. Cæterùm mira ejus eſt lubricitas, &, quo renitet, ſplendor eximius. Caput oblongum; obtuſa cauda.

Num. 4.

#### N°. 5. *Serpenteau d'Amerique, à longues bandes.*

Ce petit Serpent nouvellement éclos, eſt orné de bandes noires & blanches qui décourent ſur toute la longueur du dos.

#### N°. 6. *Serpent d'Amerique, ordinaire, repréſenté ayant la gueule toute ouverte.*

Nous avons fendu & renverſé la gueule, exprès pour montrer à découvert l'intérieur des mâchoires, & faire voir qu'en effet ce Reptile n'a aucune véſicule de venin attachée aux dents, comme pluſieurs Ecrivains l'on dit erronément, & entre autres Pline quand il a écrit que le venin du Serpent étoit renfermé dans une véſicule adhérente aux gencives; opinion que Gesner & pluſieurs autres Modernes ont enſuite adoptée. Cependant la vuë des ſeuls Serpens de nos païs, prouve évidemment le contraire. Les alvéoles de leurs dents ſont revêtus partout également d'une ſeule ſubſtance charnue & membraneuſe, ſans qu'on rencontre la moindre trace d'un reſervoir de venin, tant dans les plus grands que dans les plus petits Serpens. L'inflammation qu'ils cauſent par leur morſure, ne vient que de leurs petites dents crochuës qui bleſſent les nerfs, lorsqu'ils mordent des Hommes ou des Bêtes, comme nous penſons l'avoir déja remarqué, dans les descriptions des Planches précedentes.

Ainſi donc la gueule de notre Serpent étant ouverte, n'offre à l'œil que ce qu'indiquent les lettres ſuivantes, ſavoir:

A. La partie ſupérieure & inférieure de la gueule.
B. Les petites dents de chaque mâchoire.
C. Le fourreau épais qui contient la langue, que le Serpent peut tirer & retirer.
D. La trachée-artere couchée ſur le fourreau de la langue, & qui lui eſt fermement attachée.
E. L'épaiſſe membrane qui ſert à retenir la langue & la trachée-artere dans leur ſituation.
F. Le palais tendineux & concave, pour que la trachée ne ſoit point comprimée dans la déglutition.
G. Les tendons du haut de la tête, attachés aux extrêmités de la mâchoire.

## PLANCHE QUARANTE-TROISIEME.

#### N°. 1. *Serpent d'Amerique, cendré, commun.*

Il eſt gris-cendré-clair ſur le dos, rouſſâtre ſur les côtés & le ventre. Ainſi ſon habillement tout ſimple, n'a presque rien de remarquable.

#### N°. 2. *Petit Serpent de Surinam, bleu.*

En voici un plus rare. De chaque côté de ſon ventre s'étend une bande étroite rouge, qui ſépare les écailles du deſſus du corps d'avec celles du ventre. Ces dernieres ſont couleur d'outremer. Sa tête un peu angulaire, eſt défendue par de larges écailles.

#### N°. 3. *Serpent d'Afrique, du Cap de Bonne-Esperance, liſſe au toucher, cerclé de bandes blanches & noires.*

Sa grande blancheur eſt relevée tant ſur le dos que ſur le ventre, de bandes noires qui font le tour du corps. Il reluit merveilleuſement, & eſt fort gliſſant dans les mains ſi on veut le tenir. Sa tête eſt oblongue, ſa queuë obtuſe.

N°. 4. Ser-

SCD LYON 1

### Num. 4. *Anguis, lubricus, Africanus, tæniis albis & rubris annulatus.*

Huic totum corpus albæ rubræque circumdant tæniolæ. Nec lubricitate priori, nec ſplendore, cedit.

### Num. 5. Chryſocome, *ſive* Argyrocome, *Africana, Ericoides; flore albo.*

Flores ejus, argenteo candore reſplendentes, haud facile marceſcunt, ſed in annos ſuum ſervant nitorem, ubi juſto tempore ſunt decerpti. *Dodonæus* plantam hanc *Comis aureis*, & *Petarmicis Auſtriacis*, adnumerat. *Breynius* autem *Prodr. I, pag.* 27, eodem ſub nomine, quo nos, illam deſcribit.

### Num. 6. Chryſocome, *ſive* Argyrocome, *Gnaphaloides, Africana; ampliſſimis floribus.*

Planta hæc flores gerit pulcherrimos, multicolores, inſignes, longo tempore perdurantes. Folia oblonga, ſucculenta, craſſa, cauli ſeſe in ambitu applicant, introrſum flexa. Finditur extremus caulis in plures pedunculos, anguſtis foliolis ornatos; quorum è faſtigiis prodeunt elegantiſſimi hi flores, plenis Ranunculorum floribus ſimillimi. Vid. *Breyn. Prodrom. I, pag.* 27, ubi variæ harum deſcribuntur ſpecies.

## TABULA QUADRAGESIMA ET QUARTA.

### Num. 1. *Serpens, Acontias, ſeu Jaculus Amboinenſis.*

Squamæ dorſales cœruleæ, dilutâ albedine, marmoris inſtar, variegantur. Ventris verò transverſales, ad caudæ usque extremum, totæ albeſcunt. Quæ caudæ ſupernam partem obtegunt, opere quaſi catenato eleganter pinguntur. Hoc Serpentum genus in Ægypto etiam, Libyâ, inſulâ Lemno, Rhodo, Calabriâ, & Siciliâ reperitur. *Agricola, Bellonius,* & *Luſitanus* Viperarum illas numero accenſendas eſſe opinantur. At aliam prorſùs ipſis formam & picturam adſcribunt, quibus inter ſe diſcrepant.

### Num. 2. *Serpens,* Dipſas, *lentiginoſa, Amboinenſis.*

Genus hoc Serpentum variis conſtat ſpeciebus, quarum quævis, pro diverſitate loci natalis, picturâ & coloribus variat, uti per experientiam nobis innotuit. Hæcce elegantiſſimo per totum corpus veſtitu tegitur. Squamæ infernæ, dilutè griſeæ, nigris albisque maculis, marmoris in modum, quaſi adſperguntur. Vertex magni capitis cœruleo colore nitet. Squamis majoribus, binos inter oculos, binæ inſcriptæ ſunt maculæ albæ, limbo nigricante cinctæ, oculorum æmulæ: ſupra has duæ adhuc aliæ conſpiciuntur, majores, & confluentes. Squamæ transverſales, majuſculæ, albicantes, nigris marginibus prætexuntur. Cauda tota inſignibus ornatur maculis ſubrotundis.

Num. 3.

### N°. 4. *Serpent d'Afrique, gliſſant au toucher, à bandes annulaires, rouges & blanches.*

Tout ſon corps eſt environné de bandes rouges, & d'autres blanches. Il n'eſt ni moins luiſant, ni moins liſſe que celui qui précede.

### N°. 5. Chryſocome, *ou* Argyrocome, *d'Afrique, approchant de la Bruyere, à fleurs blanches.*

Cette Espece d'Immortelle jette des fleurs blanches, argentines, brillantes, qui durent des années entieres ſans ſe flétrir, lorsqu'elles ont été cueillies à propos. Dodonée range cette Plante au rang de celles qui portent des bouquets de fleurs couleur d'or. J. Breynius la décrit dans ſon *Prodrom. I*, p. 27. ſous le même nom que nous.

### N°. 6. Chryſocome, *ou* Argyrocome *d'Afrique, qui a du rapport avec le Pied de Chat, à feuilles très-grandes, de* J. Breynius, Prodr. I. p. 27.

Les fleurs qu'elle donne, ſont magnifiques, fort larges, panachées de diverſes couleurs, & ſe conſervent longtems. Ses feuilles ſont oblongues, pleines de ſuc, épaiſſes, creuſes en dedans, adhérentes à la tige qu'elles entourent de toutes parts. Cette tige ſe partage au ſommet en diverſes verges ou queuës, garnies de petites feuilles étroites, & ſoutenant à la cime de ſuperbes fleurs, ſemblables aux fleurs déployées de Renoncules. Voyez Breynius, dans ſes *Prodrom. I. & II.* où il en a décrit diverſes Especes.

## PLANCHE QUARANTE-QUATRIEME.

### N°. 1. Serpent volant, *nommé en Latin* Acontias *ou* Jaculus, *d'Amboine.*

Ses écailles du dos ſont bleues, marbrées de blanc. Celles qui regnent en travers ſous le ventre, jusques au bout de la queuë, ſont uniquement blanches; & celles qui couvrent le deſſus de la queuë vers ſon extrêmité, forment comme un ouvrage à chaînettes. On trouve ce Genre de Serpens en Egypte, dans la Libye, dans l'Iſle de Lemnos aujourd'hui Stalimene, dans l'Iſle de Rhodes, dans la Calabre, & dans la Sicile. Agricola, Bellon, & Amatus Luſitanus, penſent qu'on doit les mettre au nombre des Viperes; mais comme ils leur donnent une figure & un tacheté tout-à-fait different, il paroit qu'il vaut mieux les diſtinguer.

### N°. 2. *Serpent* Dipſas, *d'Amboine, couvert de taches de la figure d'une Lentille.*

Ce Genre de Serpent renferme ſous ſoi diverſes Especes, dont chacune varie en couleurs & en madrure, ſuivant la diverſité des lieux, ce que l'experience nous a appris. Celui-ci eſt revêtu d'un fort bel habit ſur tout le corps. Ses écailles ſont d'un gris clair, marbrées de taches blanches & noires. Sa tête eſt longue, groſſe, peinte ſur le ſommet d'un beau bleu-luſtré. L'on remarque entre ſes deux yeux, ſur les grandes écailles du front, deux taches blanches, cerclées d'un bord noir, qui imitent des yeux. Il y a encore au deſſus deux autres taches, plus longues que les précedentes, mais qui ſont réunies enſemble, & placées en travers. Les écailles transverſales du ventre ſont grandes, blanchiſſantes, rayées d'une bordure noire.



SCD LYON 1

### Num. 3. *Erica, Africana, Thymi folio, flore margaritæ æmulo.*

Floſculi hujus plantæ, ſubcœruleſcentes, in ſphærulas quaſi contracti, parvas referunt margaritas. Ex apice eorum, paululùm hiante, prominet tenuis fibrilla, minutum gerens globulum. Ad ſesquipedalem ferè creſcit altitudinem hæc ſpecies, ſuavemque, dum floret, odorem ſpirat.

### Num. 4. *Erica, Africana, anguſtiſſimis foliis, floſculis in capitulum congeſtis.*

Floſculi purpurei ſunt, erupturis Sambuci floribus ſimiles, catervatim congregati, & bipedali ferè plantæ adnati, menſe Auguſto prodeunt, jucundum pariter odorem exhalantes.

## TABULA QUADRAGESIMA ET QUINTA.

### Num. 1. *Serpens, de Carowala, Murina, Ceilonica, maculis flammeis notata.*

Elegans hæc, tenuiſſimè ſquamata, alba, ſaturatè rubris maculis, flammæ in modum, variegatur. Veteres inter muros ædium deliteſcens inde interdum prorepit. Noxia nemini, muſcas, ſcarabæos, aliaque reptilia, aucupatur.

### Num. 2. *Serpens, Ceilonica, tenuiſſima, lineis nigris & albis notata.*

Colore ſuffuſa violaceo, albis, nigrisque, per dorſum lituris ornatur. Partem corporis ſupernam inſignes obtegunt ſquamæ violaceæ; eodemque, ſed dilutiore, pollent colore ſquamæ ventrales.

### Num. 3. *Serpens, Ceilonica, ſcintillans, eximiè maculata.*

Dorſi tenues ſquamulæ, flaveſcentes, albis & ſaturatè rubris maculis, ſcintillarum inſtar coruſcantibus, ornantur. Inſignes caput obſident ſquamæ, ſubluteæ, ex albo variegatæ. Ventrales itidem ſquamæ ſubflaveſcunt, rubedine tamen quâdam hinc inde inumbratæ.

### Num. 4. *Vipera, Ceilonica, naſuta.*

Fœmella hæc ſupra modum venuſta, albo, ſpadiceo, & ſubfuſco colore mirè per corpus variegata, acu elaboratas quaſi figuras exhibet. Craſſo eſt capite, naſo & ore lato, torvoque & horribili vultu. Inſolentem ore ſonum edit, cantui non abſimilem. Bina ad caudam crepitacula gerit, quibus ſub cantu tinnitum, & ſtrepitum, excitat, prætereuntes quaſi monentem, ne propius ad ipſam accedant. In ſaltibus deliteſcit & arboretis.

Num. 5.

### N°. 3. *Bruyere d'Afrique, à feuille de Thym, & à fleur de la figure d'une Perle.*

Elle porte en effet des fleurs, tirant ſur le bleu, de figure preſque ronde, & fort ſemblable à de petites perles; de leur ſommet entr'ouvert s'éleve un filet qui ſoutient un petit grelot. Cette Eſpece de Bruyere croît à la hauteur d'un demi-pied, & répand quand elle fleurit une agréable odeur.

### N°. 4. *Bruyere d'Afrique, à feuilles très-étroites, & à fleurs ramaſſées en bouquets.*

Cette Plante, qui s'éleve à peu près à la hauteur de deux pieds, porte au mois d'Août un nombre prodigieux de petites fleurs, odoriférantes, purpurines, ſemblables à celles du Sureau qui ſont prêtes à éclorre, & formant comme un ſeul bouquet autour de la tige.

## PLANCHE QUARANTE-CINQUIEME.

### N°. 1. *Serpent de Ceylon, nommé* de Carowala, *traverſé de taches qui découvent en façon de flammes, & vivant dans les mazures.*

Il eſt couvert d'écailles très-menues, blanches, marquées de taches d'un rouge-brun qui regnent transverſalement en maniere de flammes. Il ſe tient caché dans les fentes des vieilles murailles, d'où il ſort de tems en tems pour butiner ſur les Mouches, les Eſcarbots, & autres Inſectes; d'ailleurs d'un bon naturel, ne faiſant du mal à perſonne.

### N°. 2. *Serpent de Ceylon, très-mince, à rayes noires & blanches ſur le dos.*

Il eſt muni d'aſſez grandes écailles violettes, ſillonnées ſur toute la longueur du corps de rayes noires & blanches. Les écailles du ventre ſont d'un violet plus pâle.

### N°. 3. *Serpent de Ceylon, tavelé de belles taches étincelantes.*

Son dos eſt revêtu de petites écailles jauniſſantes, mouchetées de taches blanches ou ponceau, ſi brillantes qu'elles ſemblent jetter des étincelles. Sa tête eſt garnie de grandes écailles jaunâtres, mêlangées de blanc. Les écailles du ventre tirent ſur le jaune, que relêve un peu de rouge çà & là.

### N°. 4. *Vipere Femelle de Ceylon, qui a le nez large, aplati, & le regard affreux.*

Son habillement eſt ſuperbe, nuancé de blanc, de chatain, & de rouſſâtre, ſi admirablement diverſifiés qu'on prendroit cette parure pour être ouvragée au metier. Mais ſa tête eſt groſſe, ſa gueule & ſon nez larges, ſon aſpect horrible. Elle forme un ſon étrange & ſingulier, qui imite une voix qui chante. Elle porte auſſi deux ſonnettes, ou ſi vous voulez deux Caſtagnettes au bout de la queuë, qu'elle fait réſonner au milieu de ſes fredons, comme pour avertir les paſſans de s'éloigner. Elle ſe tient cachée dans les Plants d'Arbres & les Forêts claires.

N°. 5. Ser-

SCD LYON 1

### Num. 5. *Serpens, Ceilonica, ſibilans, perpulchrè lemniſcata.*

Spadicea, ex albo & rubro variegata, reticulatis quaſi lemniſcis veſtitur. Caput, una cum naſo, canini æmulum, pulchrè variegatur. Hæc Serpentum ſpecies ſibilum edit cavillatorium quaſi, & illuſorium, qui tamen & videtur invitare prætereuntes, attentis ut oculis miram ejus contemplentur pulchritudinem. Profectò enim, vel abjectiſſimæ cuivis beſtiæ, & quam ſpernentes pede protrudimus, ſua tamen ineſt gratia & proprius quidam ornatus. Quâ in re vile Serpentum genus præ cæteris quam maximè eminet.

## TABULA QUADRAGESIMA ET SEXTA.

### Num. 1. *Serpens, rubra, Amboinenſis,* Petola *dicta.*

Squamæ ejus dorſales, dilutè quaſi miniatæ, ſaturatiore rubore ad radices ſuas inumbrantur, remiſſiore verò, quâ ventri appropinquant. Ipſæ ventris ſquamæ, transverſales, obſcurè ruffæ ſunt.

### Num. 2. *Cobra, ſeu Vipera de Neuſtria, coronata, Ceilonica; fœmina.*

Curta hujus, & latiuſcula, frons, venuſtiſſimè picta, ſquamis obſidetur inſignibus; quarum quæ medio ſita eſt loco, oblongo notatur quaſi triangulo, & nigrâ deſuper, pulchrè inſcriptâ, coronâ. Cæteræ verò ſquamæ frontales ex rubro & albo variegantur. Lucidi prætereà ſunt ejus oculi, latæ maxillæ, naresque amplè patent. Squamæ dorſales, dilutè cineritiæ, eximiis diſtinguuntur maculis ſubruffis; minoribus autem, & rubellis, quæ juxta ventrem decurrunt. Squamæ ventrales ex ruffo flaveſcunt.

### Num. 3. *Serpens, Tigrina, ex inſulâ Bali, verſus Orientem Javæ ſitâ.*

Quæ ſupernam corporis partem obſident ſquamæ, ſaturè luteæ, atro-fuſcis maculis, Tigrinæ inſtar pellis, pinguntur. Ventris verò ſquamæ, transverſales, ex ſubfuſco & luteo variegantur. Caput colore fuſco ſaturato uniformiter tingitur. Cauda in valdè acutam deſinit.

### Num. 4. *Serpens, Africana, annulata; ex promontorio Bonæ Spei.*

Tota hæc, ad caudæ usque extremum, rubris cingitur tæniis, quarum binæ & binæ, conjugatæ, intercipiunt ſpatium, peculiari opere pictum. Quæ à capite per collum decurrunt, in unam quaſi latam coëunt faſciam: itidemque quæ circum caudam feruntur in acumen abeuntem. Dorſales ſquamæ dilutè cœruleſcunt: ventrales autem ſubruffæ apparent.

TABULA

### N°. 5. *Serpent de Ceylon, orné de longues bandes, & ſifflant d'un air railleur.*

Sa couleur eſt chatain, coupée de rouge & de blanc, & relevée de bandes faites en réſeau qui s'étendent ſur toute la longueur du corps. Il a la tête & le nez d'un Chien, mais joliment tachetés. Cette Espece de Serpent jette un ſifflement moqueur, & par lequel il ſemble néanmoins vouloir auſſi inviter les paſſans à jetter un œil curieux ſur ſa beauté. Car de fait, les Bêtes les plus viles que nous foulons aux pieds avec dédain, ont cependant leur grace, & leurs ornemens particuliers; mais parmi toutes ces Bêtes, la race des Serpens ſi mépriſée, eſt préciſément celle qui brille le plus en magnificence.

## PLANCHE QUARANTE-SIXIEME.

### N°. 1. *Serpent rouge, d'Amboine, nommé* Petola.

Les écailles du dos ſont d'un rouge orangé, plus brun vers leur origine, & plus pâle vers le ventre, qui eſt couvert par deſſous d'écailles transverſales rouſſes-enfumées.

### N°. 2. *Vipere Femelle de Ceylon, nommée* Cobra de Neuſtria, *couronnée ſur la tête.*

Son front eſt large, court, peint d'une maniere charmante, & revêtu de grandes écailles dont celle du milieu porte l'empreinte d'un triangle, ſurmonté au ſommet d'une couronne noire bien marquée. Les autres écailles du front ſont gris-de-lin. Ses yeux ſont brillans, ſes mâchoires larges, ſes narines fort ouvertes. Les écailles du dos ſont cendrées-clair, plaquées de grandes & belles taches rouſſâtres, qu'accompagnent ſur le bas des côtés d'autres petites taches incarnates. Les écailles transverſales du ventre ſont jaunes-rouſſes.

### N°. 3. *Serpent Tigré, de l'Iſle de Baly ſituée au Levant de celle de Java.*

Le deſſus de ſon corps eſt tapiſſé d'écailles ſaffrannées, tavelées à la maniere du Tigre de taches brunes-noires. Les écailles qui découvent en travers ſous le ventre, ſont en partie jaunes, en partie olivâtres. La tête eſt peinte uniformement de brun-ſombre. La queuë amenuiſée vers le bout finit en une pointe très-aiguë.

### N°. 4. *Serpent d'Afrique, du Cap de Bonne-Eſperance, à bandes annulaires.*

Ce Serpent-ci eſt cerclé d'un bout du corps à l'autre, de bandes rouges d'une égale largeur, rangées deux à deux miſes enſemble, & laiſſant des espaces vuides que couvrent des compartimens d'écailles ſingulierement façonnées. L'on obſervera qu'autour du col & de l'extrêmité de la queuë, les deux bandes circulaires ſe réuniſſent & n'en forment qu'une ſeule qui eſt doublement large. Les écailles du dos tirent ſur le bleu-pâle, & celles du ventre ſur le roux. Sa queuë ſe termine en fine pointe.

 PLAN-

SCD LYON 1

# TABULA QUADRAGESIMA ET SEPTIMA.

## Num. 1. *Serpens, vulgaris, è Germaniâ.*

Simplex huic habitus, ſquamæ inſignes, ſubcœruleæ per dorſum, nigris ad latera maculis diſtinctæ; quibus & ventris majores ſquamæ transverſales notantur. Ornamentum addit collare luteum, latum, binas nigricantes maculas, amplas, inſcriptum. Capitis ſquamas, latiuſculas, ſubfuſcus tingit color. Supernè ad oris latera regnat ex albo & nigro variegatio. Minuti ſunt dentes. Ubi ſpolium exuerê, lubriciſſimæ ſunt & reſplendentes, pingues & obeſæ, carnoſæ, & ovulis gravidiſſimæ, prout eandem hanc ſpeciem in decurſu, aliâ quâdam Tabulâ, exhibebimus. Hancce, & quam ſequens monſtrat Tabula, Francofurto miſſam accepimus: unde permagnus quotannis numerus ſiccatarum huc transfertur; quum deſiderentur hîc & uſurpentur.

## Num. 2. *Tamandua, formicis veſcens, Americana, minor, cum nido formicarum.*

Iſthæc, anteriorum pedum unguibus, nidum complectitur formicarum, quibus ſolis veſcitur. Capitulum ipſi eſt oblongum, anguſtum; auriculæ breves; os parvulum, longâ, tenuique præditum linguâ, quâ formicas captat & deglutit, prout in Tabulis ſequentibus oſtendemus. Caput, & corporis pars anterior, cruraque, & pedes, unà cum caudâ, dilutè flaveſcunt: poſterior autem corporis pars ex ruffo fuſca eſt. Per pectus decurrit piloſa faſcia, quæ circa medium dorſi cum aliis ſeſe pilis conjungit.

## Num. 3. *Senecio, Virginianus, arboreſcens, Atriplicis folio.*

Minuta ejus ſunt ſemina, quæ, præterquam quod mella dent apibus & ſcarabæis, nulli cæterùm cognito uſui inſerviunt.

# TABULA QUADRAGESIMA ET OCTAVA.

## Num. 1. *Serpens, Italica, ex montibus Patavinis.*

Maculata hæc Serpens, unà cum aliis, inde ad nos transmiſſa, utrinque, ad latera longi ventris, dilutè flava, rubris notatur, & flammatis quaſi maculis, quæ inferioribus ſquamis, transverſalibus, ſaturatè luteis, intermiſtæ, marmoris æmulam conſtituunt picturam. Dorſum pulchrè teretiuſculum, & ſquamatum eſt. Caput minutum, dilutè flaveſcens, magnis ad frontem obſidetur ſquamis. Coronam quaſi, ex rubro, & ſaturè flavo, pictam, ornatûs gratiâ, præ ſe fert. Dantur earum variæ ſpecies, variorum colorum, quæ tamen omnes cum Germanis & Batavis omninò congruunt. Montanæ Serpentes pluribus, quoad colores, varietatibus gaudent, quam quæ regiones incolunt aquarum divites.

Num. 2.

# PLANCHE QUARANTE-SEPTIEME.

## N°. 1. *Serpent commun d'Allemagne.*

Ses atours ſont tout ſimples. Des écailles bleuâtres regnent ſur ſon dos, avec une moucheture de quelques taches noires ſur les côtés, & principalement ſur les grandes écailles transverſales du ventre. Cet habillement eſt un peu relevé par un collier jaune, large, qu'accompagnent deux taches presque noires. Les écailles de la tête ſont grandes, tirant ſur le brun. La mâchoire ſuperieure a une bordure blanche, rayée de noir. Ses dents ſont petites. Quand ces Serpens ont mué, ils ſont visqueux, luiſans, gliſſans au toucher, gras, charnus, & les Femelles ſont outre cela pleines d'œufs, comme nous aurons occaſion de le faire voir dans quelque autre endroit de cet Ouvrage. Le Serpent dont il s'agit ici, de même que celui qui eſt repréſenté dans la Planche ſuivante, nous ont été envoyés de Francfort, d'où chaque année l'on en transporte quantité dans ces païs, qu'on y employe à divers uſages.

## N°. 2. Tamandua *d'Amerique, petit. Ou le* Mangeur de Fourmis, *dépeint avec un nid de ces Inſectes.*

Voilà comme il embraſſe avec les ongles de ſes pieds de devant le nid de Fourmis, desquelles il fait uniquement ſes repas. Voyez ſa tête oblongue, mince, étroite, ſes courtes oreilles, ſon muſeau pointu, qui cache ſa langue grande & menue avec laquelle il attrape les Fourmis & les avale, ainſi que nous nous propoſons de le montrer à l'œil dans les Planches qui ſuivront. Sa tête, ſes jambes, ſes pieds, ſa queuë, & le devant de ſon corps, ſont jaunes-paillé. Le derriere du corps eſt d'un roux-brun. Il porte en baudoulier ſur la poitrine un baudrier de poils ſoyeux, qui ſe perdent vers le milieu du dos avec les autres ſoyes qui commençent dès-lors à le couvrir. Sa queuë eſt courte, presque raſe, & recourbée en dedans.

## N°. 3. *Seneçon de Virginie, qui s'éleve en Arbre, à feuilles d'Arroche.*

Cette Espece de Seneçon porte des graines menues, dont les Escarbots & les Abeilles ſont fort friands; ces graines n'ont d'ailleurs aucun autre uſage connu.

# PLANCHE QUARANTE-HUITIEME.

## N°. 1. *Serpent d'Italie, des Collines du Padouan.*

Ce Serpent nous a été envoyé conjointement avec d'autres, comme je l'ai dit ci-deſſus. Sur toute l'étendue des côtés du ventre qui ſont d'un jaune-clair, décourent en façon de flammes des taches rouges. Les taches ſemées ſur les écailles jaunes-brunes qui regnent transverſalement ſous le corps, imitent une vraie marbrure. Sa tête eſt mince, d'un jaune-blafard, revêtue de grandes écailles ſur le front, & parée ſur la nuque d'une espece de couronne peinte de rouge & de jaune-enfumé. Son dos eſt arrondi joliment, & tout couvert d'écailles. Il y a pluſieurs Especes de ces Serpens, qui quoique de couleurs diverſifiées, reſſemblent parfaitement pour le reſte, à ceux d'Allemagne & d'Hollande. En général, les Serpens de Montagnes varient beaucoup davantage en couleurs, que ceux qui vivent dans les Plaines arroſées d'eaux.

N°. 2. Vi-

SCD LYON 1

## Num. 2. *Vipera, Ceilonica, formâ præſtans.*

Pulcherrimè picta hæc Viperula, ſquamulas gerit minutas, ex ruffo luteas, maculis obſcurè fuſcis, à capite ad acuminatæ usque caudæ extremum, variegatas, & quaſi undulatas. Caput, aurei coloris, ſquamis inſignibus munitur.

## Num. 3. *Ramulus Arboris,* Tacamahaccæ, *Americanæ; Roſaceis foliis; alatæ.*

Folia, Roſacea, ſupra lætè viridia, infrà quodammodo lanuginoſa, albeſcentia. Horum cauliculi, utrinque folioſis quaſi expanſionibus alati, ſuis ex axillis emittunt flores albos, racematim diſpoſitos, qui dein proferunt fructus pariter albicantes: quinque nimirum grana ſeminalia, Poeoniæ ſemini magnitudine æqualia, anterius magis in acutum convergentia, ſuis ſingula peculiaribus pedunculis, nodoſo apice donatis, inſidentia, è quolibet florum caule emergunt. Cortex ramuli griſeus eſt. Gummi ejus per varios libros ſatis innotuit. Vid: *Hernand:* & *C. Bauhin.* Illa tamen Gummi hujus ſpecies nondum deſcripta habetur, quæ hemiſphæricis capſulis (*Cabaſſen*) infuſa, odoris eſt ſuaviſſimi, ſolis conſtans puriſſimis ex arbore hâc ſtillantibus guttis, ſeu lacrymis, alio nullo addito corpore adulteratis.

## Num. 4. *Tragacantha, fruteſcens, flore albo, unà cum fructu.*

In Turciâ, aliisque regionibus, creſcens hæc planta, longiuſculis ſpinis, acuum ad inſtar, armata, folia minuta, anguſta, bina, conjugata, coſtæ adhærentia abeunti in mucronem, rigidum, acutum, gerit. Stelliformes ejus floſculi, ex caulium apicibus enati, terni plerumque congregati, ſuo ſinguli pedunculo brevi inhærent. Siliquæ ſemina recondentes, *Carpo-balſami* æmulæ, calice ſuccinctæ, altero ſui extremo libero in acumen deſinunt. Gummi copioſum inde colligitur, noſtramque & alias in regiones transmittitur. De cujus uſu nihil hîc adjiciemus, quum Pharmacopolis & Seplaſiariis ſat innoteſcat, & à multis etiam Autoribus ſit deſcriptus.

# TABULA QUADRAGESIMA ET NONA.

## Num. 1. *Serpens, è regione* Medok *Guineenſi, eximia.*

Dimidium ferè hujus corpus, albicans, ex nigro, marmoris inſtar, variegatur. Quæ reſtat, altera pars, unà cum acuminatâ caudâ, obſcurè ſpadiceo colore, tota ſuffunditur. Victitat Serpentum hoc genus lacertis, aliisque, ſibi appropriatis, inſectis.

## Num. 2. *Lacerta, eximia, Ceilonica; Tigridis inſtar maculata.*

Squamulæ ejus apprimè ſubtiles, per totum corpus ſupernum, pulcherrimas maculas, albicantes, fundo

### N°. 2. *Vipere de Ceylon, d'une jolie figure.*

Charmante petite Vipere, couverte depuis la tête jusqu'à l'extrêmité de ſa queuë pointue, de petites écailles, jaunes-rouſſes, tabiſées ou ondées partout de taches d'un brun-obſcur. Sa tête dorée eſt munie de vaſtes écailles, quand on les compare à celles du corps.

### N°. 3. *Rameau de l'Arbre* Tacamahacca, *d'Amerique, branchu, à feuilles de Roſe.*

Ses feuilles ſemblables à celles de la Roſe, ſont par deſſus d'un verd-gai; par deſſous cotonneuſes, & blanchâtres. Ses tiges déliées s'étendent de chaque côté en bras feuillus, & pouſſent de leurs aiſſelles des fleurs blanches, en grapes. Quand ces fleurs ſont paſſées, il leur ſuccede des fruits blanchâtres. Car de chaque pédicule des fleurs ſortent cinq graines, de la grandeur des ſemences de la Pivoine, ſeulement plus pointues en devant, ſoutenues chacune par une queuë particuliere garnie d'un nœud au haut bout. L'écorce de cet Arbre eſt griſe. La Gomme qu'il produit, eſt fort connue par pluſieurs Livres. On peut conſulter entr'autres Hernandez & C. Bauhin. Il paroit pourtant qu'on n'a pas encore bien décrit cette eſpece de Gomme dite ſublime, autrement Gomme Tacamahacca en Coque, qu'on met dans de petites Gourdes coupées en deux, nommées en Hollandois *Cabaſſen.* Cette Gomme-là répand une odeur des plus agréables, & n'eſt autre choſe que les pures larmes ou gouttes qui découlent de l'arbre Tacamahacca, lesquelles n'ont point été ſophiſtiquées par aucun corps étranger.

### N°. 4. Tragacanth, *petit Arbriſſeau à fleurs blanches, dépeint ici avec ſa graine.*

Le Tragacanth, qu'on apelle autrement en François, Barbe-de-Renard, Rame-de-Renard, Epine-de-Bouc, croît en Turquie, dans la Syrie, autour d'Alep, & en d'autres lieux. Cet Arbriſſeau pouſſe diverſes branches, garnies d'épines roides, pointues, & de feuilles très-petites, étroites, rangées par paires ſur une côte terminée par une pointe forte & piquante. Ses fleurs étoilées naiſſent aux ſommités des tiges, d'ordinaire en bouquets de trois à trois fleurs, ſoutenues chacune ſur un court pédicule. Les ſemences ſont renfermées dans des gouſſes, ſemblables aux Bayes ou Fruit du Baume, embraſſées deſſous par le calyce, & finiſſant en pointe par l'autre extrêmité.

On tire par inciſion de cet Arbriſſeau la Gomme Adragant en abondance, & l'on la transporte dans toutes les parties de l'Europe. Nous ne dirons rien de ſes uſages, puisqu'elle eſt ſi connue des Apothicaires, des Parfumeurs, des Peintres en miniature, & que d'ailleurs tant d'Auteurs en ont parlé fort au long.

# PLANCHE QUARANTE-NEUVIEME.

### N°. 1. *Serpent du Païs de* Medok, *en Guinée, beau & ſingulier.*

Sa ſingularité conſiſte en ce qu'il a presque la moitié du corps blanchâtre marbré de noir, & toute l'autre moitié jusqu'au bout de ſa queuë pointue, d'un chatain obſcur. Cette Eſpece de Serpens va à la chaſſe des Lézards, & autres Inſectes dont il ſe régale.

### N°. 2. *Lézard de Ceylon, aſſez joli, madré comme le Tigre.*

Tout le deſſus de ſon corps eſt couvert de petites écailles extrêmement fines, tavelées de belles taches blanchâtres, dont le fond



SCD LYON 1

do ex ruffocinereo impreſſas, gerunt. Par etiam pictura femora, pedes, caudamque ornat. Ventrem ſquamatum inſignes maculæ, albæ, diſtinguunt. Caput, collumque, marmoreâ quaſi variegatione pictas gerit maculas. Extremum caudæ ex ruffo cinereum eſt. Innoxium hocce Animalculum herbis recentibus, lumbricis, & cochleis, veſcitur.

## Num. 3. *Lacertæ juvenculæ, cum ovulis.*

Non à matre nutriuntur teſtis excluſæ lacertulæ; ſed proprium ipſæ victum quæritare coguntur, brevi temporis ſpatio mirè grandeſcentes. Earum, quas hîc exhibemus, raro admodum invenienda parvitas fecit, ut huic illas Tabulæ inſeruerimus. Idcircò etiam minimam hanc ovulorum ſpeciem huc adjunximus.

## Num. 4. *Janovare, juvenis, Americanus.*

Adulta hæc animalia canem Moloſſum magnitudine adæquant; curſu pernicia ſunt, nec cuiquam alteri feræ facile parſura, quam vincere poſſe ſibi videntur. *Janovare* nomine à ſylvicolis vocantur, quorum & terror ſunt. Interfecturi ea, niſi ſagittis, aut ſclopetis, procumbentia obruerint, propriâ vitâ periclitantur. Caput ipſis anguſtum, rictu leonino horret; breves auriculæ; craſſum protenſumque collum; pedes canini; pili per corpus ex ruffâ flavedine cinerei. Tranſmiſſum hocce, unà cum deſcriptione, Barcellonâ accepimus.

## Num. 5. *Erica, Africana, flore albo, folio Roſmarini.*

Planta hæc inſiſtentes apicibus ſuis floſculos gerit, albicantes, caulique adnata folia, anguſta, Roſmarini æmula; ad pedis ferè altitudinem excreſcens.

## Num. 6. *Geniſta, Africana, Ericæ folio.*

Flores Geniſtæ hujus, pulchrè rubeſcentes, quâ caliculis ſuis proximi, ſaturatum magis ruborem induunt. Caulis & folia Ericæ æmula.

# TABULA QUINQUAGESIMA.

## Num. 1. *Vipera*, Ammodytes, *Africana, amœniſſima.*

Vera hæc eſt *Ammodytes* veterum, prout ab his deſcripta extat. Tranſmiſſam una cum aliis ab ora Guineenſi, ex arce Naſſovia, regionis Saboe, obtinuimus. Nomen *Ammodytes* inde habet, quod arenam ſubeat, teſtante *Rajo* in *Synopſi Animal.* Nos amœniſſimam compellamus ob miram ejus elegantiam, & jucundiſſimam picturam. Squamas enim gerit purpureofuſcas, dilutè griſeo, catenato quaſi, opere, per dorſum, ad acutæ usque caudæ apicem, variegatas; ibi vero & inſignes deſcribuntur teſſellatæ maculæ;

fond eſt roux-cendré. Cette même madrure regne ſur les cuiſſes, les pieds, & la queuë. Le deſſous du ventre eſt garni d'écailles mouchetées de grandes taches blanches. La tête & le col ont une ſemblable marbrure. Le bout de la queuë eſt roux-cendré. Cet Animal n'eſt point méchant. Il vit d'herbes fraiches, de Vers, & de Limaçons.

### N°. 3. *Deux petits Lézards, avec des œufs de leur Eſpece.*

Dès-que les Lézards ſont éclos, ils commeneent à chercher leur nourriture, & grandiſſent à vuë d'œil en peu de tems. La petiteſſe de ceux de cette ſorte qu'on trouve fort rarement, nous a porté à en donner la repréſentation dans cette Planche, conjointement avec leurs œufs qui ſont les plus petits que ponde aucun Lézard.

### N°. 4. Janovare, *tout jeune, d'Amerique.*

Lorsque ces Animaux ont leur grandeur naturelle, ils ſont de la taille d'un Mâtin, d'ailleurs très-agiles à la courſe, & attaquant ſans façon toute Bête feroce qu'ils croyent pouvoir vaincre. Ceux qui habitent les forêts ont donné le nom de *Janovare* à ces Quadrupedes, dont au reſte ils redoutent beaucoup la fureur; car quand ils les pourſuivent pour les tuer, s'ils manquent de les mettre roide bas avec leurs flêches ou leurs fuſils, ils courent eux-mêmes grand danger de leur vie.

Les Janovares ont la tête étroite, la gueule d'un Lion, les oreilles courtes, le col gros & long, les pattes d'un Chien, & un poil ſur tout le corps d'un roux-jaune cendré. Nous avons reçu celui-ci avec ſa deſcription, de Barcelone.

### N°. 5. *Bruyere d'Afrique, à fleur blanche, & à feüille de Romarin.*

Elle croît à peu près à la hauteur d'un pied, & pouſſe des feuilles étroites, ſemblables à celles du Romarin, ſans queuë, adhérentes aux tiges. Aux ſommités de ſes tiges naiſſent de petites fleurs d'un blanc-ſale.

### N°. 6. *Genêt d'Afrique, à feuilles de Bruyere.*

Cette Eſpece de Genêt a la tige & les feuilles de la Bruyere. Ses fleurs ſont d'un rouge vif & vermeil, qui devient plus foncé vers le calyce.

# PLANCHE CINQUANTIEME.

### N°. 1. *Vipere* Ammodyte, *véritable, très-belle, d'Afrique.*

C'eſt ici la vraie Vipere Ammodyte des Anciens, ainſi qu'ils l'ont décrite. Nous l'avons reçue du Fort-Naſſaw, qui eſt dans le petit Royaume de Sabou ſur la Côte d'or en Guinée. On l'a nommée Ammodyte, ſuivant M. Ray dans ſon *Abregé Méthod. des Anim.* parce qu'elle ſe tient dans le ſable. Nous lui donnons l'épithete de très-belle, à cauſe de la magnificence de ſa parure. Car elle eſt revêtue d'écailles d'un pourpre-brun, relevées par un tiſſu comme de chaînettes griſâtres, ouvragées ſur le dos. Ce tiſſu eſt accompagné d'une madrure de taches lozangées, dont quelques-unes portent au milieu des empreintes d'autres petites taches,

SCD LYON 1

culæ, quarum nonnullæ in medio ſubalbidam, aut griſeam, deſuper areolam inſcriptam gerunt Caput inſolito pingitur artificio. Transverſales ventris ſquamas dilute cinereo intermiſtus color ſubruffus marmori adſimilat. Malignioribus hæc ſpecies minimè accenſenda; quum minutis duntaxat, brevibusque, armata dentibus, morſu haudquaquam lædat.

## Num. 2. *Arbuſcula, Portoricenſis,* Abrûs *foliis, pinnatis, duabus ſemper ſentibus interjectis.* Hort. Beaumont.

Fruticem hunc ad vivum delineatum, & nativis illuſtratum coloribus, prout in Horto *Beaumont*: crevit, cuinam Plantarum inſeram Familiæ, ambigo, ob floris, fructusque, in hac figura defectum. Forte tamen haud abſimilis eſt ei, quæ Plukenetio in Mant: *Acacia, Americana, Abrûs folio, Triacanthos, ſive ad axillas foliorum triplici ſpina donata,* audit. Folia multa, pinnata, bina ferè conjugata, in impar deſinentia, coſtæ adhærent habitiori, cujus, è ramulo emergentis, axillam binæ plerumque ſpinulæ muniunt: iisdem quoque armatur truncus ipſe hinc inde, cortice veſtitus ſubſpadiceo.

## Num. 3. Acaciæ *ſimilis, Americana, non ſpinoſa, flore albicante, ramoſa, ſiliquâ latâ, rubro-ſpadiceâ, contortâ;* Wattepena *Curaſſavienſibus.* Hort. Beaumont.

Planta hæc Curaſſavica fortè Mimoſis adnumerari debet, quod tactum refugiant folia ejus, ſyſtole & diaſtole prædita. Arborem Guatapanam ex Corocao Inſulâ eam vocat *Breynius Cent. I, 56,* cujus non niſi ſiliquam, ibidem delineatam, deſcribit. Foliola, lætè virentia, limbo prætexuntur plerumque purpuraſcente: quo etiam pigmento coſtæ illorum, omnesque ramuſculi ſuffecti, amœnum iſthâc varietate viſui exhibent ſpectaculum. Cæterum ſpinis vacua, nec ſeſe ipſam ſuſtinens, terram verſus reclinatur.

# TABULA QUINQUAGESIMA ET PRIMA.

## Num. 1. *Serpens, Armenia, mirè verſicolor.*

Singulati, flammarum quaſi, apparatu ſaturate fuſco albicantes ejus ſquamulæ haud aliter variegantur, quam ſi Perdicis videres pectus. Caput ex ruffo monochromum eſt. Ventris ſquamæ cinereo-luteis notantur punctis.

## Num. 2. *Serpens, Braſilienſis,* Apoa *dicta.*

Saturatè griſea, rubris, & albis maculis, tanquam ocellis, marmoris in modum, variegata, caput uniformiter pictum oſtendit. Braſiliæ incolis eam *Apoa* vocari, teſtatur J. Rajus. Squamæ, dimidiam ventris partem anticam obſidentes, ex ruffo flaveſcunt, verſus poſteriora autem limbis coccineis fimbriantur elegantiſſimè.

Num. 3.

taches, ici blanchâtres, & là griſes. Sa tête eſt peinte avec un artifice ſingulier. Les écailles transverſales du ventre ſont cendré-clair, mêlangé de roux-blafard en façon de marbrure. Ce ſeroit une erreur de mettre cette Vipere au rang des plus dangereuſes, puis qu'elle n'a que de fort petites dents, & que d'ailleurs elle ne mord perſonne.

### N°. 2. *Arbriſſeau de Porto-Ricco, à feuilles d'Abrus, pointues au bout, entremêlées d'épines toujours ſemées par paires. Du* Jard. Beaumont.

Après avoir fait deſſiner d'après nature cet Arbriſſeau tel qu'il a crû dans le Jardin Beaumont, je doute encore néanmoins à quelle Claſſe je devrois le rapporter, à cauſe que ſa fleur & ſon fruit me manquent dans cette Figure. Peut-être cet Arbriſſeau n'eſt-il point different de celui que Pluckenet dans ſon Ouvrage Latin, intitulé *Almageſti Botanici Mantiſſa*, caractériſe du nom d'*Acacia d'Amerique, à feuilles d'Abrus, armé de trois épines aux aiſſelles des feuilles.*

Saturatè fuſca nigris diſtinguitur maculis, ſtellatis, quas albicantes quædam ſquamulæ ambiunt. Caput, curtum, ſuprà magnis veſtitum ſquamis, protuberantes monſtrat oculos, cæſios. Os dentibus plenum eſt. Juxta ventris latera utrinque alba protenditur tænia, ternis ſquamarum ſeriebus conſtans. Squamæ ventris ſaturatè cinereo gaudent colore. Cauda tenuiſſimo apice terminatur.

# TABULA SEXAGESIMA ET PRIMA.

## Num. 1. *Serpens, Americana,* Chiametla *dicta.*

Nomen à monte gerit *Chiametla* dicto, circa Novam Galliciam, & regionem Cullacan, unde delata eſt, ſito. *Chile* regionis, & Galliciæ incolæ ſuo illam idiomate *Cobra* vel *Vilo de Chiametla* vocant: *Cobra* autem & *Vilo* ipſis Serpentem notat, juxta Arnoldum Montanum, p. 560; qui ibidem ſubjungit, quod circa tractum Zapuatan immenſus detur numerus Serpentum, quarum myriades in globum quaſi convolutæ, prominentibus undique captibus, magno cum ſibilo, & rictibus patulis, prædæ inhient. Hujusce caput craſſum, groſſumque, magnis veſtitur ſquamis, dilutè cœruleis, ex cœrulo ſaturatiore obumbratis. Cutis ſupini corporis cœrulea ſquamis tegitur ex albo maculatis, at caudam verſùs uniformiter ſaturatè cœruleis. Ad ventris utrinque latera fuſcæ cernuntur maculæ, oculorum æmulæ. Binos ad minimum æquat longitudine cubitos, Erucis, Formicis, & Vermibus, ſeſe ſuſtentans.

## Num. 2. *Serpens Ceilanica, pompoſâ veſte ornata.*

Squamis induta nigerrimis ſuperiorem corporis partem ex albo denſè guttatam oſtentat. Frons venuſtiſſima annulis quaſi, & margaritis, nitet. Dorſum albicantibus ſuperbit, Roſaceis veluti, floſculis, ordine digeſtis, quali in annulis, aut monilibus, gemmas diſponunt artifices, grandiorem ubique in medio collocantes. Unde pulcherrimum viſu naſcitur ſpectaculum. Squamæ imi ventris ex viridi flaveſcunt. Pullatam jure diceres Serpentem.

Num. 3.

### N°. 3. *Femelle de la Couleuvre précedente.*

Elle reſſemble presque abſolument de figure à ſon Mâle. Cependant la tiſſure de ſes bandelettes eſt differente, en ce que la chaîne eſt ici toute blanche, & la trame chatain. De plus, les bandelettes qui découvrent ſur le dos & ſur le ventre, ſont ouvragées avec une varieté plus agréable à l'œil, que celles de l'autre. Les écailles ſont encore marquées plus diſtinctement. Les transverſales ſous le ventre, ſont diverſifiées de blanc, & de brun-obſcur. Les Viperes étant plus ſouvent en chaleur, & plus laſcives que les autres Serpens, s'accouplent auſſi plus fréquemment. On raconte à ce ſujet, que les Femelles ont coutume de faire mille careſſes & mille flateries à leurs Mâles, qu'elles ſavent ſi bien gagner par leurs manieres ſoumiſes, & en ſe mettant en toutes ſortes de plis & de replis, qu'enfin ils ſemblent tous deux ne ſe plaire qu'à jouer enſemble, comme font les jeunes Petits des Animaux.

### N°. 4. *Couleuvre de Rio de la Plata dans la Nouvelle Eſpagne, tachetée d'une moucheture étoilée.*

Son habit d'un brun-ſombre, eſt madré de taches noires, étoilées, qu'environnent quelques petites écailles blanchâtres. Sa tête eſt courte, défendue ſur le ſommet par d'amples écailles. Ses yeux pers ſortent hors de la tête. Sa gueule eſt toute garnie de dents. Une bande blanche, formée d'un triple étage d'écailles, s'étend ſur la longueur des deux côtés de ſon ventre, duquel les écailles transverſales ſont d'un gris de Minime. Sa queuë finit en pointe très-effilée.

# PLANCHE SOIXANTE ET UNIEME.

### N°. 1. *Serpent d'Amerique, nommé* Chiametla.

Il tire ſon nom du mont Chiametla, ſitué près de la Nouvelle Galice & de la Province de Culiacan, d'où il a été transporté. Les Habitans du Chili & de Guadalajara l'apellent dans leur Langage *Cobra* ou *Vilo* de Chiametla. Car les mots *Cobra* & *Vilo* ſont ſynonymes, & ſignifient tous deux un *Serpent*, ſelon Arnoldus Montanus pag. 560, qui ajoute dans le même endroit, que tout le païs de Zapata contient un nombre immenſe de Serpens, parmi lesquels il y en a des milliers qui guettent leur proye, pouſſant de grands ſiflemens, ayant la gueule béante, la tête avancée, & le corps ramaſſé en rond. Celui-ci a la tête fort groſſe, couverte de grandes écailles bleuës-céleſte, ombrées de bleu-turquin. Sa peau ſur le deſſus du corps eſt bleuë, garnie d'écailles tachetées de blanc; mais vers la queuë toutes les écailles ſe changent uniquement en un bleu-foncé. Les deux côtés du ventre ſont ombrées de taches brunes circulaires. Ce Serpent eſt au moins de la longueur de deux coudées. Il ſe nourrit de Vers, de Chenilles, & de Fourmis.

### N°. 2. *Serpent de Ceylon, pompeuſement paré.*

Les écailles dont il eſt couvert ſont d'un noir d'ébene, tictées ſur le deſſus du corps de points blancs Son front eſt enrichi comme de colliers de perles Son dos eſt ſemé comme de fleurs blanches, taillées en roſe, rangées avec ordre ſuivant la méthode des Jouailliers qui dans la diſpoſition de leurs bijoux, ſoit en fait de bagues ou de colliers, mettent toujours au centre la plus groſſe pierre. Cet arrangement forme donc ici un ſpectacle magnifique. Les écailles transverſales ſont jaunes-verdoyantes. On pourroit avec raiſon nommer ce Serpent, Le Serpent revêtu d'un riche habit de Deuil.

N°. 3. Cou-

SCD LYON 1

Num. 3. Mitella; Balani *ſpecies; vivo Piſciculo gravida; ſeu* Oſcabrion Carolinianus *J. Petiver Gazophyl.*

Num. 4. Mitellæ *altera ſpecies.*

Num. 5. *Ejusdem ſpecies tertia, verrucoſa.*

Num. 6. *Quarta ſpecies, craſſa, grandis, eleganti colorum variegatione marmoreâ inſignis, cujus ſquamæ, ut in Armodillis, inter ſe mutuò compactæ ſunt.*

Num. 7. *Quinta ſpecies,* Wowo *dicta, quam Rumphius Cancris adnumerans* Cancrum Æneum *vocat; licet potiori jure ad* Balanos *referatur.*

Num. 8. *Species ſexta, in Indiis Orientalibus* Corona Serpentum *vocata,* Conchis Anatiferis *accedens.*

Num. 9. *Septima ſpecies, quæ Piſcis cujusdam, alteriusve Animantis, videtur eſſe dens molaris, cavus, in lapidem mutatus, coronam referens: prout & Hominum molares parte, quâ de alveolis eminent, coronam æmulantur.*

Num. 10. *Species octava, pariter molaris dens petrefactus.*

Num. 11. *Nona ſpecies, quæ* Tubulus Marinus *eſt,* Dentalium, *ſive* Corona, *aut* Rictus Serpentum *adpellatus.*

Num. 12. *Decima ſpecies, valva ſuperior Cancri minoris marini, coronæ æmula.*

Omnes hae ſpecies coronæ Serpentum vocitantur, & dolo malo imperitis, inſtar antidoti peculiaris, magno pretio divenduntur; quaſi contra quodcunque toxicum munitus ſit, ejusmodi coronam qui ſecum geſtat. Interim veri ſubeſt nihil: haud enim uspiam reperiuntur Serpentes, protuberantem quæ coronam in capite ferunt. Mera hæc fabula eſt.

TABULA

N°. 3. *Couronne de Serpent qui renferme un petit Poiſſon vivant.*

N°. 4. *Autre Eſpece de Couronne de Serpent.*

N°. 5. *Troiſieme Eſpece, relevée de tubercules.*

N°. 6. *Quatrieme Eſpece, groſſe, grande, marbrée de belles couleurs, & munie d'écailles emboitées, ſemblables à celles des Armodillo.*

N°. 7. *Cinquieme Eſpece nommée* Wowo, *que Rumphius range parmi les Cancres, & qu'il apelle Cancre couleur de Bronze.*

N°. 8. *Sixieme Eſpece de Couronne de Serpent ainſi nommée dans les Indes Orientales, & reſſemblant de figure aux Conques Anatiferes.*

N°. 9. *Septieme Eſpece de Couronne de Serpent, qui paroit n'être autre choſe que la dent molaire creuſe & pétrifiée de quelque poiſſon, ou de quelque autre Animal; cette dent imite la figure d'une Couronne, ce que fait pareillement dans les Hommes la partie ſuperieure des dents molaires.*

N°. 10. *Huitieme Eſpece, qui n'eſt autre choſe qu'une dent molaire pétrifiée.*

N°. 11. *Neuvieme Eſpece, qui n'eſt autre choſe qu'un Pinceau de Mer.*

N°. 12. *Dixieme Eſpece, qui eſt la coquille de deſſus d'un petit Cancre Marin.*

On apelle toutes ces choſes des Couronnes de Serpent. Il ne manque pas de Charlatans dans le monde qui les vendent fort cher à des dupes pour un puiſſant antidote, tel, aſſurent-ils, que quiconque aura ſur ſoi une ſemblable Couronne, ne doit craindre aucun poiſon. Cependant il y a d'autant plus de fauſſeté dans cette impoſture, qu'on ne trouve nulle part aucun Serpent qui porte ſur la tête une véritable Couronne élevée; on en rencontre ſeulement quelques-uns qui ont comme la repréſentation d'une Couronne.



SCD LYON 1

# TABULA SEXAGESIMA ET SECUNDA.

## Num. 1. *Serpens, Indica, Jaculi ſpecies, tenuis & longa, ex albo & nigro ſupra dorſum maculata.*

Pulcherrima eſt, quæ ſquamas ejus dorſales, nitidè teſſellatas, exornat, marmorea ex albo, fuſco, & nigro variegatio. Caput præprimis elegantiſſimum canenti Aviculæ, quo pabulo utitur, inhiat protenſum. Venter ad longæ usque caudæ finem ex nigro varius eſt. Jaculum vocant, quia Avem captura vibratum jaculum velocitate adæquat.

## Num. 2. *Avis, Amboinenſis,* Tſioei *vel* Kakopit *dicta.*

D. Franc. Valentyn, in Hiſt. Amboin. teſtatur, Avem hanc utplurimum *Holoſericam* vocari: alias & *Regulus Florum* adpellatur. Amœniſſimâ colorum varietate, quâ plumæ ejus conſpicuæ ſunt, oculos mirificè paſcit. Pectus rubicundis, venter viridibus, collum & alæ flavis, ex dilutè viridi fimbriatis, gaudent pennis. Dorſum ex cinereo griſeum eſt. Alarum pars ſuperior, jucundè nigricans, ex flavo fimbriatur. Omnia vivido relucent tono. Capitis ſuperior pars ex flavo & viridi varia eſt. Roſtrum oblongum, incurvum, flaveſcit. Pedes curti ſunt. An ob eximiam ſuam venuſtatem Serpentium præda fit?

## Num. 3. *Serpens, Africana, Promontorii Bonæ Spei, eleganter ex albo & nigro lemniſcata, viſu jucunda.*

Tæniæ ſingulari artificio inter ſe mutuò contextæ apparent. Latera ventris ſquamæ obſident, teſſellatæ, ex albo & nigro variæ. Transverſales ventris ſquamæ flaveſcunt, & pars earum infima tantillo rubri obumbratur. Capitis pictura præſtantiſſima eſt.

## Num. 4. *Serpens, Africana, Promontorii Bonæ Spei, Leucophaa, elegantiſſima.*

Squamulæ ejus nitidæ, griſeæ, maculis dilutè rubentibus, ſingularibus, marmoreâ quaſi variegatione, circulantur. Caput eximium pictam veluti criſtam præ ſe fert.

## Num. 5. *Lacerta nigra, Africana.*

Cutis craſſiuſculis, magnisque, ſquamis veſtita, ex obſcurè griſeo ferè nigricat. Pedes groſſi & ruditer conformati ſunt. Unde pulchri nihil externus ejus habitus oſtendit.

## Num. 6. *Lacerta, Africana, elegantiſſima.*

Supinum ejus corpus veſte ambitur dilutè cœruleâ, nigricantibus tæniis, irregularibus, diſtinctâ. Squamulæ, arctè & denſè coactæ, in tubercula aſſurgunt, acu pictas quaſi margaritas referentia. Lemniſci intermedii

# PLANCHE SOIXANTE-DEUXIEME.

### N°. 1. *Serpent des Indes, long & menu, taché ſur le dos d'une marbrure de blanc & de noir; Eſpece de* Serpent-volant.

Sur les écailles de ſon dos joliment échiquetées, regne une belle marbrure de blanc, de brun, & de noir. Il étend avidement ſa tête qui eſt entr'autres magnifique, vers ce petit Oiſeau perché au deſſus de lui, & dont il fait ſa proye. Tout ſon ventre jusqu'à la pointe de la queuë eſt tavelé de noir. On l'apelle Serpent-volant, Serpent qui s'élance auſſi vite qu'un trait, parce qu'il fond avec une extrême viteſſe ſur ſon gibier.

### N°. 2. *Oiſeau d'Amboine nommé* Tsjoei *ou* Kakopit.

Valentyn dans ſon Hiſtoire d'Amboine, dit qu'on apelle d'ordinaire cet Oiſeau d'un nom qui reviendroit en François à celui d'Oiſeau au plumage de Soye. On le nomme auſſi le Petit Roi des fleurs. La charmante variété des couleurs de ſa parure occupe merveilleuſement les yeux. Ses plumes ſont rouges ſur la poitrine, ſur le ventre vertes, ſur le col aurore, ſur le dos cendrées griſes, ſur le deſſus de la tête nuancées de verd & de jaune, ſur les ailes dorées & vertes aux bords, tandis que le haut des ailes eſt d'un beau noir qu'accompagne une bordure jaune. Toutes ces couleurs enſemble jettent un grand éclat. Son bec eſt jaune, long, & crochu. Ses pieds ſont courts. Eſt-ce à cauſe de leur extrême beauté que les Serpens en font leur butin?

### N°. 3. *Serpent d'Afrique, du Cap de Bonne Eſperance, orné ſur tout le deſſus du corps d'un tiſſu de bandes blanches & noires.*

Ces bandes paroiſſent tiſſues enſemble avec un ſingulier artifice. Les côtés du ventre ſont revêtus d'écailles rhomboïdes, variées de blanc & de noir. Les écailles transverſales ſont couleur iſabelle, marquées d'un peu de rouge dans leur partie inférieure. Sa tête eſt enrichie d'enjolivemens.

### N°. 4. *Serpent d'Afrique, du Cap de Bonne-Eſperance, griſâtre, charmant.*

Ses petites écailles griſes & polies, ſont cerclées de taches vermeilles qui regnent en maniere de marbrure. Sa jolie tête porte au deſſus comme l'empreinte d'une crête.

### N°. 5. *Lézard noir, d'Afrique.*

Sa peau griſe-brune, presque noirâtre, eſt chargée d'épaiſſes & grandes écailles. Ses pieds ſont gros & mal-faits. Ainſi ſa figure extérieure n'offre rien qui plaiſe à l'œil.

### N°. 6. *Autre Lézard d'Afrique, mais très-beau.*

Celui-ci porte ſur le deſſus du corps un manteau bleu-mourant, traverſé de bandes noirâtres, irrégulieres. Ses écailles ſont petites, étroitement ſerrées, relevées de tubercules repréſentans comme des perles ſurſemées. Les bandes du milieu ſont en partie de

SCD LYON 1

intermedii partim albi, partim cœrulei ſunt coloris. Caput, femora, & pedes, nigricantibus circulis ronantur. Caudam latam latæ, ad finem usque acuminatum, tegunt ſquamæ, aculeatæ. Pedum præcipuè digiti, graciles, eleganti ſquamarum apparatu gaudent.

Num. 7. *Geniſta, Africana, fruteſcens, flore luteo, folio Laricis.*

Florida hæc Planta ſuavi odore fragrat, creſcens ad altitudinem Geniſtæ noſtratis.

Num. 8. *Suffrutex, Ericæ formâ, flore rubro, elegantiſſimo.* Breyn. Cent. p. 179.

Africæ iſthæc ſoboles, purpuraſcente prædita flore, foliisque Thymi, ad duorum vel trium pedum exſurgit altitudinem. Folia conjugata truncum, ramosque, dilutè griſeo cortice veſtitos, ambiunt.

## TABULA SEXAGESIMA ET TERTIA.

Num. 1. *Serpens, Mexicana,* Petlacoatl *dicta, elegantiſſima.*

Frons ſquamis tegitur, grandibus, latis, ex ruffo luteis, quas circa ſupercilia aliæ dilutè flavæ interſtinguunt. Supinum corpus, inſtar linteorum, quæ vulgò ad ſtragula conficienda adhibentur, teſſellatum undique, ſerie quadruplicatâ areolarum dilutè flaveſcentium, ruffulâ flavedine elaboratarum, pulcherrimum exhibet ſpectaculum. Squamæ ventrales, cinereoluteæ, tantillo dilutæ rubedinis diſtinguuntur.

Num. 2. *Serpens,* Xaxalhua, *ex Nova Hiſpaniâ.*

Hoc ſub nomine ex Cataloniâ miſſam accepimus. Frons ejus ſquamis majuſculis munita, dilutè flava, punctis nigricantibus conſperſa eſt. Os tenue & anguſtum eſt, quale illarum, quas ante, aliis quidem è regionibus oriundas, exhibuimus. Cæterum ſuperna corporis facies lineas albas, nigras, & ſpadiceas inſcripta eſt. Squamæ ventris ex cinereo flaveſcunt.

Num. 3. *Serpens, Africana, ex Cyaneo dilutè cœrulea.*

Tota dorſi ſuperficies dilutè cœrula ſquamis violaceis intermiſtis ſuperbit. Capitis ſquamæ, inſignes, dilutius cœruleſcunt. Ventrales ſquamæ prorſus candicant.

Num. 4. *Lacerta, Africana, ſubruffa.*

Ex ruffo flaveſcens tæniam oſtentat latam, fimbriatam, ſupra dorſum protenſam. Reliquum corporis,

de couleur perſe. Sa tête, ſes cuiſſes, & ſes pieds ſont mouchetés de taches rondes, noirâtres. Sa large queuë finiſſant en pointe, eſt partout paliſſadée d'écailles taillées en dents de ſcie. Ses doigts des pieds longs & grêles, ſont décorés d'écailles bien comparties.

N°. 7. *Genêt d'Afrique, qui s'éleve en Arbriſſeau, à fleur jaune, & à feuilles de Meleze.*

Il exhale une douce odeur, & s'éleve auſſi haut que le Genêt de nos Païs.

N°. 8. *Sous-Arbriſſeau, à figure de Bruyere, & à fleurs d'un beau rouge.*

Cette Plante d'Afrique eſt ainſi caractériſée par Breynius dans ſa I. Centurie des Plantes Exotiques, pag. 179. Elle pouſſe à la hauteur de deux ou trois pieds. Sa tige, de même que ſes rameaux, ſont couverts d'une écorce griſâtre, & chargés de feuilles jointes enſemble, étroites, menues, ſemblables à celles du Thym. Ses fleurs ſont purpurines.

## PLANCHE SOIXANTE-TROISIEME.

N°. 1. *Serpent nommé* Petlacoatl, *du Mexique, très-beau.*

Son front eſt couvert de grandes & larges écailles, jaunes-rouſſes, qu'entrecoupent autour des ſourcils d'autres écailles paillées. Le deſſus de ſon corps ne reſſemble pas mal à ces toiles peintes à carreaux, qu'on employe d'ordinaire pour des couvertures de lit; car il étale le magnifique ſpectacle d'un parquetage d'écailles jauniſſantes, relevées par une broderie couleur d'or. Les écailles du ventre ſont cendrées-jaunes, teintes de quelque peu de rouge-clair.

N°. 2. *Serpent* Xaxalhua, *de la Nouvelle Eſpagne.*

C'eſt ſous ce nom qu'on nous l'a envoyé de Catalogne. Il a le front muni de grandes écailles jaunes-pâle, toutes picotées de points noirâtres. Sa gueule eſt étroite, amenuiſée comme celle de quelques Serpens d'autres Païs dont nous avons déja parlé. Le deſſus de ſon corps eſt rayé longitudinalement de lignes noires, blanches, & chatain. Ses écailles tranſverſes ſont cendrées-jaunâtres.

N°. 3. *Serpent d'Afrique, d'un bleu-céleſte.*

Tout le deſſus de ſon corps eſt couvert d'écailles, en partie violettes, en partie bleues-pâle. Les écailles de la tête ſont grandes, tirant ſur un bleu très-clair. Celles du ventre ſont entierement blanches.

N°. 4. *Lézard d'Afrique, rouſſâtre.*

Il eſt couleur de feuille-morte. Son dos eſt chamarré d'une ſeule mais large bande, ourlée tout autour d'une bordure. Le reſte du



SCD LYON 1

ris, ipſaque extrema, maculis nigricantibus guttata ſunt, excepto capite, quod parte ſui anticâ prægrandes gerit ſquamas, ruffeſcentes.

### Num. 5. *Mus, ex Norvegiâ, cinereo fuſcus.*

Suillo gaudet roſtro, capite longiuſculo, brevibus latisque auriculis, promiſſo myſtace, utrinque ad latera narium rigente. Dorſum ejus latum & incurvum eſt, abdomen pendulum, femora groſſa, pedum digiti longi, acutis unguibus ad fodiendum adaptati. Talparum enim inſtar in erutis ſub terrâ antris degit. Pilus ex dilutè cinereo fuſcus eſt.

### Num. 6. *Abrotanum, Africanum, foliis tenuiſſimis, flore luteo.*

Folia Abrotani noſtratis æmula, anguſtiſſima ſunt. Flores pulcherrimi, lutei, in corymbos quaſi congregati, è medio ſui ſtamina tenuia villoſa emittentes, ex apicibus caulis & ramorum, inter frondem tenuiſſimè fiſſam, emergentes, longis innixi petiolis, caudæ pavoninæ ocellos imitantur. Truncus ſpadiceus eſt & lignoſus.

### Num. 7. *Frutex, Africanus, Aromaticus, Flore ſpicato, exiguo, Ericæ foliis.*

Folia Ericæ æmula, acuta, tenuia, juxta ſe invicem ordinatè diſponuntur. Truncus plures emittit ramos, hique iterum alios minores: quorum ex apicibus ſingulis prominet flos exiguus, ſuaveolens, lanuginoſus, calici inſidens obſcurè fuſco, in octo lacinias diviſo, ſupra autem quinque petalis, tanquam coronâ, ornatus. Cuique flori ſuccedit conceptaculum ſeminale, in quatuor loculamenta diſtinctum, quorum ſingulis inhærent tria ſemina oblonga, fuſca. In *Hort. Amſt. Tom. II, fig. 59*, frutex ejusdem generis exhibetur & deſcribitur, multùm tamen, & quoad folia, & quoad florem, à noſtro diſcrepans. Curioſi fuimus lanuginem floris hujus microſcopio objiciendi, vidimusque eſſe eam penè argenteam, villoſam, & albo ſerico infecto ſimilem.

## TABULA SEXAGESIMA ET QUARTA.

### Num. 1. *Serpens Acontius, ſive Jaculus, Americanus, ex inſulâ S. Cruez, ſquamis prægrandibus veſtitus.*

Antiqui Scriptores *Acontiæ*, aut *Jaculi*, nomen huic Serpentum ſpeciei jure meritoque dederunt: caudâ namque gaudet acuminatâ, cujus extremo bini adhærent aculei, minuti quidem, ſed acutiſſimi, bifidæ Serpentum linguæ ſimiles. Quin & perpetuo ferè in arboribus deliteſcentia hæc Animalia, prædam obviam, ſagaciſſimâ oculorum acie detectam, ſaltu quam velociſſimo impetunt, vix evaſuram: prout ſuprà jam memoravimus. Caput hujusce, longum, oculos prægrandes, latasque præ ſe fert maxillas. Os ſupra & infra acutis dentibus armatum eſt. Frontis, & reliqui corporis ſuperni, ſquamæ inter ſe ſimiles,

du corps & les extrêmités ſont tictées de taches noirâtres, à l'exception de la tête qui eſt défendue ſur le devant par de vaſtes écailles tannées.

### N°. 5. *Rat de Norvege, cendré-brun.*

Ce Rat-ci a la tête aſſez longue; les oreilles courtes, larges; le muſeau d'un Cochon, avec une grande mouſtache dreſſée de chaque côté du nez. Son dos eſt large, courbé; ſon ventre pendant; ſes cuiſſes groſſes; les doigts de ſes pieds longs, armés d'ongles pointus propres à creuſer; car il vit comme la Taupe, dans des trous faits ſous terre. Son poil eſt cendré-clair tirant ſur le brun.

### N°. 6. *Aurone d'Afrique, à feuilles fibreuſes, & à fleur jaune.*

Ses feuilles filamenteuſes reſſemblent à celles de l'Aurone de nos Climats. Ses fleurs ſoutenues par de longs pédicules, ſont fort belles, jaunes, ramaſſées en bouquets, & imitant par leur arrangement les yeux de la queuë d'un Paon. Elles ſortent d'entre les feuilles du ſommet de la tige & des rameaux, & pouſſent de leurs aiſſelles des étamines très-déliées. Le tronc de la Plante eſt ligneux, de couleur fauve.

### N°. 7. *Arbriſſeau d'Afrique, Aromatique, à petite fleur en épi, & à feuilles de Bruyere.*

Ses feuilles ſont courtes, menues, pointues, oppoſées, ſemblables aux feuilles de la Bruyere. Sa tige jette pluſieurs verges qui pouſſent encore de nouveaux rejettons. Aux ſommités de la tige & des branches naiſſent de petites fleurs, cotonneuſes, d'une agréable odeur. Chaque fleur eſt embraſſée par un calyce brun-obſcur, découpé en huit lanieres, & compoſé de cinq feuilles qui ſont taillées par deſſus en maniere de couronne. Quand la fleur eſt tombée, il lui ſuccede une gouſſe ſéminale, partagée en quatre loges, lesquelles renferment chacune trois ſemences brunes, oblongues. Dans le *Catal. du Jardin d'Amſterd.* Tom. II. Fig. 59. on voit la deſcription & la repréſentation d'un Arbriſſeau qui eſt de la même ſorte que celui-ci, & qui en differe néanmoins beaucoup par la fleur & les feuilles. Au reſte, ayant regardé par curioſité avec le microſcope le coton dont la fleur de cet Arbriſſeau eſt couverte, il me parut preſque argentin, extrêmement fin, & reſſemblant à de la ſoye blanche cruë.

## PLANCHE SOIXANTE-QUATRIEME.

### N°. 1. *Serpent, dit* Acontias, *de l'Iſle S^t. Croix en Amerique, couvert de très-grandes écailles.*

C'eſt avec raiſon que les anciens Ecrivains ont comparé cette Eſpece de Serpent à un Trait, & lui en ont donné le nom; car il a la queuë pointue, armée au bout de deux aiguillons bien acérés, ſemblables à la langue fourchue qu'ont ces Animaux. Ajoutez qu'ils ſe tiennent cachés dans des creux d'Arbres, où ils épient des yeux de fort loin leur proye, ſur laquelle ils s'élancent avec tant de viteſſe qu'elle leur échape rarement, comme nous l'avons remarqué ci-deſſus. Le Serpent ici dépeint, a la tête longue, les yeux grands, les mâchoires larges, la gueule entiere garnie de dents affilées. Les écailles qui couvrent le front & le deſſus

SCD LYON 1

ſimiles, ordine digeſtæ, rubello Æris colore tinctæ, albicantem ſingulæ coſtulam, elevatiorem, oſtendunt. Imi ventris ſquamæ, dilutè flavæ, rubris maculis variegantur.

### Num. 2. *Serpens, Americana, Anthracina.*

Nigritudine Carbonem referens, maculis nigricantibus totam corporis tam ſupremam, quam infimam, ſuperficiem, tanquam totidem annulis, variegatam oſtendit. Cauda obtuſa eſt. Serpentum hæc ſpecies in ædes Hominum crebro ſubrepit, deliteſcens ſub tectis, muresque captat, Homini interim, aut aliis Animantibus, noxæ nihil inferens, juxta teſtimonium Incolarum. Minuſculæ muribus, majores gliribus inhiant. Unde ab Incolis haud temerè domo ejiciuntur, aut occiduntur.

### Num. 3. *Serpens, Erucaria, Surinamenſis.*

Erucis victitans dorſo cinereo-griſeo eleganter inſcriptas gerit maculas, latas, ſpadiceas. Subtus dilutior regnat color griſeus.

### Num. 4. *Aspis, minor, Surinamenſis.*

Dilutè viridis, nigricantibus maculis intermiſtis, marmoris in modum, variegatur. Venter ex dilutè ruffo cinereus eſt. Caput, obſcurius viride, vividis relucet oculis. Cauda in acumen deſinit.

### Num. 5 & 6. *Serpentulæ, Americanæ, vulgares.*

Vix à ſe mutuò diſcrepant, niſi quod prior Num. 5, dilutè rubella, æqualibus diſtinguitur maculis, ſaturatè fuſcis; altera verò Num. 6 cinereo-griſea ſpadiceis per dorſum maculis variegatur; ventre interim ex dilutè cinereo griſeo. Utraque Myophaga muribus inhiat.

### Num. 7 & 8. *Adiantum album, maximum, Americanum.*

Surinamo miſſa hæc Planta folio gaudet pallidè viridi, caulibusque teretibus, candidis. Medicata ejus vis in morbis pectoris eadem eſt ac *Adianti Nigri*, ſive *Capilli Veneris*, cujus uſus tempeſtivus in tuſſi, aliiſque pulmonum morbis, uti efficaciſſimus, ita ſatis notus eſt. *D. Hans Sloane*, Eques auratus, Adiantorum varias ſpecies in P. I *Jamaic.* deſcripſit.

### Num. 9. *Lonchitis; ſive Adiantum nigrum, minus, Africanum.*

Et huic ad varios morbos, ſplenis præcipuè obſtructiones, laudatiſſima ineſt virtus. *Dioscorides* plantam hanc mirè deprædicat. Folia ejus viridia, recentibus impoſita vulneribus, citò ſanant, & inflammationem ſecuturam avertunt. *Galenus* ait, Lonchitidem Europæam, recentem, aut ſiccatam, vino incoctam, bis de die fervidè hauſtam, duro & obſtructo Lieni aperiendo inſervire. Quam quidem virtutem ipſe experiundo didici veriſſimam. Palpitationi quoque cordis medetur.

TABULA

deſſus du corps, ſont uniformes, rangées régulierement, & d'un rouge approchant de celui du Ciel quand il eſt criſtallin. Ces écailles ont chacune au milieu une nervure blanche, relevée. Celles qui tapiſſent le deſſous du ventre, ſont jaunes-blême brouillé de taches rouges.

#### N°. 2. *Serpent d'Amerique, noir comme le Charbon.*

On pourroit le nommer Serpent-Charbonnier; car outre qu'il a le deſſus & le deſſous du corps d'un noir de Charbon, il eſt encore cerclé de taches noirâtres, faites en anneaux. Sa queuë eſt obtuſe. Cette Espece de Serpent ſe gliſſe fréquemment dans les maiſons habitées, ſe cache ſous les toits, prend les Rats & s'en nourrit; mais il ne nuit d'ailleurs ni aux autres Animaux, ni à l'Homme, ſelon le témoignage des habitans. Les plus gros butinent ſur les Loirs. On a beaucoup de peine à les chaſſer des maiſons, ou à les tuer.

#### N°. 3. *Serpent* Mangeur de Chenilles, *de Surinam.*

Les Chenilles ſervent à celui-ci de pâture. Son dos cendré-gris eſt embelli d'une moucheture de larges taches, chatain. Le deſſous du corps eſt d'un gris plus clair que le deſſus.

#### N°. 4. *Petit Aspic, de Surinam.*

Sa couleur eſt d'un verd-clair, ſurſemé de taches presque noires, qui regnent en façon de marbrure. Son ventre eſt cendré-rouſſâtre. Sa tête eſt d'un verd aſſez foncé. Ses yeux ſont vifs. Sa queuë ſe termine en pointe aiguë.

#### N°. 5 & 6. *Serpenteaux communs, d'Amerique.*

Ils different peu l'un de l'autre. Celui du N°. 5 eſt d'un rouge vermeil, marqueté de taches bai-brunes, d'une égale grandeur. L'autre du N°. 6. eſt cendré-gris, madré ſur le dos de taches chatain. Son ventre eſt gris-cendré-clair. Tous deux vivent de petits Rats.

#### N°. 7 & 8. *Adiante, ou Capillaire, d'Amerique, blanc, à grandes feuilles.*

Cette Plante qu'on m'a envoyée de Surinam, pouſſe des tiges menues, rondes, garnies de feuilles oppoſées, d'un verd pâle. Ses vertus ſont pectorales, telles que celles du Capillaire de nos climats, dont l'uſage ſi efficace contre la Toux & les autres maladies du Poumon, eſt connu de tout le monde. M^r^. le Chevalier Hans Sloane dans la 1^re^ Partie de ſon Voyage de la Jamaïque écrit en Anglois, nous a donné la Deſcription de diverſes Especes d'Adiante.

#### N°. 9. *Lonkite, ou Adiante noir, & petit, d'Afrique.*

On loue beaucoup cette Espece d'Adiante dans diverſes maladies, & principalement pour guérir les obſtructions de la Rate. Dioscoride en fait un cas tout extraordinaire. Ses feuilles vertes & fraiches, étant appliquées ſur des playes nouvelles, les guériſſent d'abord, & en détournent l'inflammation. Galien prétend que la décoction des feuilles du Lonkite de notre Europe, fraiches ou ſêches, cuites dans du vin, étant bue chaude deux ou trois fois par jour, eſt très-utile contre les obſtructions de la Rate, quand même elle ſeroit déja endurcie. C'eſt ce que j'ai auſſi expérimenté être très-véritable. De plus, ce remede ſoulage ceux qui ſont attaqués de palpitations de cœur.



PLAN-

SCD LYON 1

# TABULA SEXAGESIMA ET QUINTA.

## Num. 1. *Serpens, Orientalis, Saltatrix, longiſſima, varios in gyros atque flexus ſeſe criſpans.*

Quatuor cubitorum adæquat longitudinem, lata duos cum dimidio pollices, quà craſſiſſima eſt. Squamæ ejus, venuſtæ, rhomboideæ, variis pinguntur coloribus. Quæ à capite per collum conſitæ ſunt, ex ruffo perfundatæ albicant. Reliquum deinceps corpus, ad caudam usque, ex dilutè cinereo flaveſcens, ſingularibus ſquamis, lemniſcatis, rubeſcentibus, ornatur, quæ albis in medio maculis, verſus caudam duplicatis, diſtinguuntur. Cauda longa, ad acutum usque extremum, ſubruffa eſt. Squamæ transverſales ventris, dilutè flavæ, rubentibus itidem lineis, tanquam tæniis tenuibus, dividuntur. Caput, corpori proportionatum, ſquamis inſignibus, dilutè flavis, in fronte, decoratum, collari eleganter rubicundo ſuccingitur.

## Num. 2. *Serpens, cinereo-lutea, Amboinenſis, in ſpiram ſe colligens.*

Erucis inhians, quibus pro cibo utitur, hunc in modum ſe contorquet. Teſſellatæ corporis ſupini ſquamæ cinereo-luteæ ſunt; transverſales ventris verò albicant. Frontis ſquamæ grandiuſculæ colore croceo eminent. Oculi inſignes, lucidi, ſunt: dentes admodum minuti.

## Num. 3. *Serpens, Americana, tenuiſſima, Leucophæa, tæniis rubris diſtincta.*

Per ſquamas ſuperiores lemniſcis rubentibus, transverſis, ornata, curto eſt capite, & caudâ acuminatâ. Imi ventris ſquamæ dilutum margaritarum colorem oſtendunt.

## Num. 4. *Eruca, Amboinenſis, à Serpente* Num. 2 *devorata.*

E ventre Serpentis Num. 2 eam extraximus, inter deglutiendum tamen minimè ſauciatam.

## Num. 5. *Avis, Americana, criſtata,* Xomotl *dicta.*

Ex America hoc ſub nomine miſſam accepimus. Caput ejus ſuavè rubens, eleganti criſtâ ornatum, roſtro gaudet luteo, acutiſſimè terminato, ſubtus nigricante maculâ, qualis & circa oculos conſpicitur, diſtincto. Thorax cæterum, & dorſum, dilutè rubent; alarum pars inferior pallidius rubeſcit, ſuperior autem ex dilutè flavo picta eſt. Sub molliculis alarum pennis quaterni propendent apiculi, ſaturatiſſimè coccinei coloris. Cauda expanſâ triplici, dilutè rubro, Coccineo, & circa extremum jucundè flavo, varia eſt colore.

Num. 6.

# PLANCHE SOIXANTE-CINQUIEME.

## N°. 1. *Serpent Oriental, ſauteur, au corps très-long, qu'il forme en divers plis & replis.*

Sa longueur eſt de quatre coudées, tandis que ſa plus grande groſſeur eſt de deux pouces & demi. Ses écailles ſont belles, lozangées, peintes de diverſes couleurs. Les écailles du col ſont blanchâtres, avec un mêlange de roux. Le tronc du corps, jusqu'au commencement de la queuë, eſt cendré-jaunâtre, revêtu d'écailles ſingulieres, vermeilles, figurées en façon de rubans, tictées au milieu de taches blanches, doubles près de la queuë, laquelle au reſte eſt grande, toute rouſſâtre, & finiſſant en pointe. Les écailles transverſales du ventre ſont jaunes-pâle, & barrées de rayes d'un rouge-déteint. Sa tête, proportionnée au reſte du corps, eſt défendue ſur le front par de grandes écailles de couleur citrine. Son col porte un collier d'un beau rouge.

## N°. 2. *Serpent cendré-jaune, d'Amboine, ſe ramaſſant en replis tortueux.*

C'eſt de cette maniere ici dépeinte qu'il ramaſſe ſon corps, pour attraper des Chenilles dont il fait ſes repas. Il a les écailles du dos rhomboïdes, cendrées-jaunes; celles du ventre, blanchâtres; celles qui garniſſent le front, grandes, de couleur ſaffrannée; les yeux grands & brillans; les dents fort petites.

## N°. 3. *Serpent d'Amerique, très-menu, griſâtre, traverſé de bandes annulaires, rouges.*

Ses écailles qui tapiſſent le deſſus du corps ſont ſurſemées de bandes uniformes, corallines, qui paſſent en travers. Sa tête eſt courte, & ſa queuë pointue. Ses écailles ſous le ventre ſont couleur de perles.

## N°. 4. *Chenille d'Amboine, dévorée par le Serpent du* N°. 2.

Nous l'avons tirée hors du corps du Serpent repréſenté au N°. 2, qui ne l'avoit point gâté en l'avalant.

## N°. 5. *Oiſeau* Xomotl, *d'Amerique, hupé.*

Je l'ai reçu d'Amerique ſous ce nom-là. Sa tête, d'un rouge agréable, eſt ornée d'une belle crête. Son bec eſt jaune, terminé en pointe très-agiuë, & marqueté par deſſous d'une tache noirâtre, ſemblable à celles qui regnent aux coins des yeux. Son dos & ſa poitrine ſont d'un rouge-pâle. Le haut des ailes eſt peint de jaune-clair, & le bas d'un rouge incarnat. On remarque ici quatre pinceaux couleur d'écarlate-foncée, qui ſortent des petites plumes des ailes. Sa queuë déployée en éventail, eſt nuancée de couleur de roſe, d'un rouge éclatant, & d'un beau jaune à l'extrêmité.

N°. 6. Moi-

SCD LYON 1

## Num. 6. *Paſſer, Africanus, eximius.*

Ex inſula St. Euſtachii nobis tranſmiſſus perelegantí ſuperbit pictura. Caput, amœna tinctum flavedine, binas ſub oculis oſtentat maculas cœruleas, roſtrumque rubicundum. Collum, dorſumque, pariter flaveſcunt. Pectus Arantio; alæ, cauda, & cum cruribus pedes, ſuave rubro colore ſuffunduntur.

## Num. 7. *Abrotanoides, Africana, latis foliis, flore admodum villoſo.*

## Num. 8. *Abrotanum, Africanum, foliis anguſtis, lætè viridibus, flore Pſyllii.*

# TABULA SEXAGESIMA ET SEXTA.

## Num. 1. *Serpens, Argoli, Americana, ſpecies* Æsculapii.

Serpens hæcce variegata ſquamas rhomboideas, in ſe ex albo griſeas, latis, obſcurè fuſcis, tam rotundis, quam oblongis maculis diſtinctas, gerit. Venter ferè totus albicat.

## Num. 2. *Serpens, Argoli, Americana; altera.*

Hujusce maculæ, ſquamis ex albo cinereis inſcriptæ, elegantiore & exactiore ordine digeſtæ, verſus ventrem quaſi marmoris variegationem æmulantur. Cauda huic obtuſa eſt. Caput, & vividè lucidi oculi haud diſcrepant à priori.

## Num. 3. *Serpens* Æsculapii, *Braſilienſis, verus; mas.*

Tricubitalis ferè hic Serpens caput gerit inſignibus ſquamis pulchrè obtectum, ſimulque tenui ſuccinctum collari. Toti corpori albæ, rhomboideæ, incumbunt ſquamæ, liturâ nigrâ ſingulæ in ſuî medio diſtinctæ. Deſuper maculæ oblongæ, obſcurè ſpadiceæ, à collo ad extremum usque caudæ decurrentes, viſuntur, quæ, quà capiti proximæ, longiuſculæ magis, dein in decurſu attenuantur. Squamæ ventris infernæ ex flavo candicant.

## Num. 4. *Serpens* Æsculapii, *Braſilienſis; fœmina.*

Suo cum Maſculo hæcce quoad externi habitûs elegantiam convenit; niſi quod ſquamæ dorſi albicantes, lituras nigras, majores, ſint inſcriptæ, & ipſæ etiam maculæ illæ, ex nigro ſpadiceæ, inſignes & oblongæ, nigris deſuper lituris inumbratæ; quâ quidem variegatione glabra ejus & tenella cutis viſu ſanè haud injucunda redditur. Squamæ transverſales, infernæ, aliquâ etiam ratione ad flavum divergunt. Collari

### N°. 6. *Moineau d'Afrique, très-joli.*

Ce Moineau, qu'on m'a envoyé de S. Euſtache, étale à l'œil une magnifique parure. En effet, ſon plumage ſur le dos, ſur le col, & principalement ſur la tête, eſt d'un jaune citron; ſur l'eſtomac, d'un rouge orangé; ſur les ailes, la queuë, les jambes, & les pieds, d'un rouge vermeil.

### N°. 7. *Eſpece d'Aurone, d'Afrique, à larges feuilles, à fleurs tomenteuſes.*

### N°. 8. *Aurone d'Afrique, à feuilles filamenteuſes, d'un verd-gai, & à fleur d'Herbe-aux-Puces.*

# PLANCHE SOIXANTE-SIXIEME.

### N°. 1. *Serpent* Argoli, *d'Amerique, Eſpece de Serpent d'Eſculape.*

Ces écailles ſont rhomboïdes à fond gris-blanc, & plaquées de grandes taches bai-brunes, les unes rondes, les autres oblongues. Tout ſon ventre, preſque, eſt blanchâtre. Sa queuë finit en pointe.

### N°. 2. *Autre Serpent* Argoli, *d'Amérique.*

Les taches de celui-ci ſont marquées ſur des écailles cendrées-blanches. Elles paroiſſent diſpoſées avec un bel ordre, beaucoup plus exactement que dans l'autre, & imitent vers le ventre une façon de marbrure. Sa queuë eſt obtuſe au bout. Sa tête, & ſes yeux brillans, ſont faits de même que dans le Serpent qui précede.

### N°. 3. *Serpent d'Eſculape, du Breſil, véritable, Mâle.*

Il a preſque trois coudées de longueur. Sa tête eſt défenduë par de grandes & belles écailles. Son col eſt entouré d'un collier mince. Tout ſon corps eſt couvert d'écailles blanches, lozangées, & ſillonnées chacune au milieu d'un petit ſillon noir. Depuis le col jusques à l'extrêmité de la queuë, regnent d'eſpace en eſpace, ſur toute l'étendue du corps, de vaſtes taches rouſſes-brunes, qui décourent en long près de la tête, & s'acourciſſent à meſure qu'elles approchent de la queuë. Les écailles ſous le ventre ſont couleur iſabelle.

### N°. 4. *Serpent d'Eſculape, du Breſil, Femelle du précedent.*

Quant à la beauté de ſa figure extérieure, & de ſa taille, elle reſſemble bien à ſon Mâle. Voyons en quoi elle en differe. Les écailles blanchâtres du dos ſont cannelées de rayes noires, plus larges & plus longues. Ses taches chatain-foncé, grandes, oblongues, ſont ombrées par deſſus de ſillons noirs, ce qui ne rend pas la peau liſſe & délicate moins belle à la vuë. Elle ne porte point de



SCD LYON 1

lari caret, prior quo gaudebat; nec & reperitur hîc mutatio ſquamarum à capitis ſupremo. Minutis armatur denticulis hæcce ſpecies.

Num. 5. *Ficoides, ſeu Ficus, Aizoides, Africana, minor, folio viridi, triangulari, flore aureo & purpureo.*

Vid. P. Hermann. Catal. Pl. L. B.

Num. 6. *Aſter, Africanus, Stœchadis folio, flore aureo.*

Flos hicce pulcherrimus calice ſuccingitur ſquamoſo, Cyani æmulo: folia autem, dilutè viridia, Stœchadis foliis ferè ſimilia ſunt, niſi quod denſius congregentur.

## TABULA SEXAGESIMA ET SEPTIMA.

Num. 1. *Serpens, Surinamenſis,* Floſculus *dictus; mas.*

Quæ corpori incumbunt ſquamæ, rhomboideæ, undequaque dilutè cœruleo ornantur colore, dorſalibus ſolum exceptis, quæ eodem magis ſaturato colore tinctæ ſunt. Squamæ ventrales prorſus albicant. In capite cæterùm, nec reliquo hujus Serpentis corpore, quidquam ornatûs. Oculi vividè ſcintillant. Rictum dentes obſident ſerratim diſpoſiti.

Num. 2. *Serpens, Surinamenſis,* Floſculus; *fœmina.*

Hæcce prioris fœmella, nec habitu, nec colore, ab illo diſcrepat, niſi quod capite ſit aliquantum minori, & quoad latas ſquamas capitales paulùm diverſo. Ambo naribus carent, nec hinc odores florum percipiunt; adeo ut nomen à colore, quo pinguntur, obtinuiſſe videantur. Haud maligna eſt hæc ſpecies, nec noxam infert Homini.

Num. 3. *Serpens, Braſilienſis, Textilis.*

Hæc nomen habet à pulcherrimâ picturâ, quæ ex rubro, nigro, albo & dilutè flavo per ſquamas ejus ſupernas, flammarum in modum, venuſtiſſimè ſibi mutuo intertextis, oritur. Maculæ, quibus aſpergitur, majuſculæ ruffæ ſunt, aut atro-rubræ; minuſculæ autem, & ruffis & albis inſcriptæ ſquamis, nigricant. Squamæ ventrales pallidè flaveſcunt. Caput ejus elegantiſſimum inſignibus tegitur ſquamis, dilutè ruffulis. Oculis quaſi ignis fulgurat. Cervix pictis flammulis caret. Minuti quoque dentes, & cauda in acumen deſinens.

Num. 4.

de collier, & n'a point non plus ce changement de taches ſur les écailles qu'on obſerve dans le Mâle. D'ailleurs, ſes écailles tranſverſales ſous le ventre tirent auſſi ſur le jaune. Du reſte, cette Eſpece de Serpent a la gueule munie de petites dents.

N°. 5. *Ficoides, d'Afrique, petit, à feuilles vertes qui ont trois pointes, à fleurs jaunes & purpurines.*

Voyez P. Hermann, dans ſon Catalogue des Plantes du Jardin de Leyde.

N°. 6. *Aſter d'Afrique, à feuilles de Stechas, à fleur d'un jaune doré.*

Cette Plante porte une très-belle-fleur, que ſoutient un calyce écailleux ſemblable à celui du Bluet. Ses feuilles d'un verd-clair reſſemblent beaucoup à celles du Stechas, & ſont ſeulement plus nombreuſes & plus preſſées.

## PLANCHE SOIXANTE-SEPTIEME.

N°. 1. *Serpent de Surinam, nommé en Latin* Floſculus, *Mâle.*

Les écailles échiquetées qui couvrent ſon corps, ſont toutes peintes de bleu-pâle, excepté celles du dos dont la couleur eſt d'un bleu plus foncé. Les écailles du ventre tirent entierement ſur le blanc. Son habit eſt d'ailleurs ſimple, ſans aucune parure, ſoit ſur la tête, ſoit ſur le reſte du corps. Ses yeux ſont étincelans. Sa gueule eſt armée de dents taillées en dents de ſcie.

N°. 2. *Femelle du Serpent précedent.*

Elle ne differe de ſon Mâle ni à l'égard de la taille, ni par raport à la couleur. Elle a ſeulement la tête un peu plus petite, & les écailles qui défendent cette partie de ſon corps un peu diverſement façonnées. Tous deux n'ont point de narines, & par conſequent ne ſentent point les odeurs que répandent les fleurs, d'où il ſemble réſulter qu'ils doivent le nom qu'ils portent à la couleur dont ils ſont peints. Cette Eſpece n'eſt pas mauvaiſe, & ne fait aucun mal à l'homme.

N°. 3. *Serpent du Breſil, peint très-artiſtement.*

Auſſi prend-il ſon nom de ſa belle peinture, diverſifiée d'un charmant mêlange de noir, de blanc, de rouge, & de jonquille, qui regnent en façon de flamme ſur les écailles du deſſus de ſon corps. Les taches dont il eſt parſemé ſont grandes & petites. Les grandes ſont rouſſes, ou ponceau. Les petites marquées ſur des écailles blanches ou chatain, tirent ſur le noir. Les écailles du ventre ſont jaune-paillé. Sa jolie tête eſt couverte de grandes écailles d'un rouſſâtre-clair. Ses yeux étincelent. Son col eſt nud ſans aucun ornement. Ses dents ſont petites, & ſa queuë ſe termine en pointe.

N°. 4. Ste-

SCD LYON 1

### Num. 4. Styrax, *arboreſcens*, *Mali Cotonei*, *minoris*, *foliis*; *flore albo.*

Folia hujus Plantæ, longis innixa pedunculis, ſubtus lanuginoſa, albicantia. Flores, albi, Arantii ſimiles, digitalibus quoque inſiſtentes cauliculis è ramulis oriundis, ſinguli, aut & bini vel terni congregati, ſupra clauſi, usque dum ſeſe aperiant; qui ubi per dies aliquot aperti fuerê, calicem ſuum reclinant deorſum, & paulò poſt decidunt, emergente tunc exiguo fructu, quem in ſequenti Tabulâ ſub Num. 3 exhibemus.

## TABULA SEXAGESIMA ET OCTAVA.

### Num. 1. *Aſpis*, *Cobra*, *Braſilienſis*; *maxima.*

Caput ejus album, nigris lituris variegatum, latam & anguloſam habet frontem, magnis & albicantibus ſquamis tectam. Cæterùm verſicolor eſt, dum albus ejus color ſaturatè fuſcis maculis, ad quartam ferè longitudinis partem, variegatur: poſtea verò picturam obtinet ſaturatè fuſcam, ex albo venuſtè variegatam, ad partem usque caudæ proximam; cauda dein prorſùs obſcura, in fine demùm tota nigra evadit. Singulare hîc eſt, quod cutis verſicolor ſquamis oblongis, catenatim diſpoſitis, reliqua verò ad finem usque quadrato-rhomboideis veſtiatur. Oculi grandes ſcintillant. In oris parte anteriore nulli apparent dentes: ſed molares valdè ſunt acuti. Lacertas, aves, aliaque animantia, ipſius quæ palato arrident, inſectatur, & in Provinciâ Honduras maximè reperitur, unde huc transfertur.

### Num. 2. *Lacerta*, *Americana*, *jucundè maculata*, *ſeu Oculata.*

Per fundum cinereo-griſea, ventrem, partemque caudæ craſſiſſimam, albicantem, tenuibus ſquamulis veſtitam, tum & maculis parvis, magnis atque majoribus, ornatam gerit. Caput totumque corpus ex rubro diluto, fuſco, nigro, & albo variegatur; exceptis cruribus & pedibus, ſaturatè fuſca quæ ſunt, & minutis, albis, punctis diſtincta.

### Num. 3. *Serpens*, *Caracara*, *Braſilienſis*; *ſingularis.*

Rariſſima hæc Serpens triplici ſquamarum corporis varietate gaudet. Caput dilutè cinereum eſt: per cervicem & collum pictura catenæ æmula insternitur ſquamis dilutè cinereis; ſaturatè fuſcæ flammæ, quas, annulorum inſtar, ambiunt; tum in oblongas abeunt ſquamæ, & deinceps in quadratas ad finem usque. Cæterum corpus, in quo prima conſpicitur varietas, tumidius & dilutè ruffum evadit. Squamæ ventris infernæ coloris ſunt dilutè cinerei: ab utroque capitis latere ad cervicem usque longa & nigricans porrigitur linea: oculi grandes, lucidi. Aves ſunt pabulum.

Num. 4.

### N°. 4. *Storax qui s'éleve à la hauteur d'un Arbre*, *à feuilles de Coignier*, *& à fleur blanche.*

Les feuilles de cette Plante attachées à de longues queuës, ſont par deſſous lanugineuſes & blanchâtres. Elle porte des fleurs blanches, ſemblables à celles de l'Oranger, au nombre d'une, de deux, ou de trois enſemble, ſoutenues ſur des pédicules de la longueur d'un doigt, lesquels naiſſent des rameaux. Chaque fleur demeure fermée par deſſus, jusqu'à ce qu'elle s'épanouïſſe. Quand elle a été épanouïe l'eſpace de quelques jours, elle laiſſe pendre en bas ſon calyce. Alors la fleur tombe peu de tems après, & il lui ſuccede un fruit que nous repréſenterons au N°. 3 de la Planche 87.

## PLANCHE SOIXANTE-HUITIEME.

### N°. 1. *Aspic* Cobra, *du Breſil*, *très-grand*

Sa tête blanche eſt ſillonnée de rayes noires. Son front eſt large, angulaire, défendu par de grandes écailles blanchâtres. Ces Aspic eſt de diverſes couleurs; d'abord il eſt blanc plaqué de taches brunes, jusques à la quatrieme partie de ſa longueur; enſuite il eſt brun mêlangé de taches blanches jusqu'à la queuë, laquelle eſt entierement noire. C'eſt une choſe ſinguliere, que ſa peau peinte de diverſes couleurs, eſt ſur le commencement du corps couverte d'écailles oblongues, faites en façon de chaîne, & qu'enſuite ces écailles deviennent des rhombes quadrilateres. Ses yeux ſont grands, petillans. Ses dents molaires ſont fort aiguës, mais les inciſives ne paroiſſent point à l'œil. Les Lézards, les Oiſeaux, & autres Animaux fondent ſa cuiſine. On trouve principalement cette Eſpece d'Aspic dans la Province de Honduras, d'où on les transporte dans ce païs.

### N°. 2. *Lézard d'Amerique*, *joliment tacheté*, *ou perlé.*

Sa peau cendrée-griſe eſt garnie ſur le ventre & le commencement de la queuë de petites écailles minces, tavelées d'une moucheture de taches de differente grandeur. Le tronc de ſon corps, de même que ſa tête, ſont nuancés de rouge-pâle, de brun, de noir & de blanc. Ses jambes & ſes pieds ſont d'une couleur embrunie, picotée de petits points blancs.

### N°. 3. *Serpent* Caracara, *du Breſil*, *ſingulier.*

Voici un Serpent très-rare, & remarquable par la triple varieté des écailles qui le couvrent. Sa tête eſt griſâtre. Le derriere de ſa tête, & le col ſont revêtus d'écailles de la même couleur, marquetées de taches brunes-ſombre, lesquelles décourent transverſalement en forme d'arc, que coupe en long par le milieu une chaîne noirâtre. Dans l'endroit où finit cette chaîne, les écailles prennent une figure oblongue, qui ſe change enſuite jusqu'au bout en rhombe quadrilatere. La partie du corps de ce Serpent où ſe fait ce premier changement, eſt un peu enflée, & tirant ſur le roux. Ses écailles ſous le ventre ſont cendrées-clair. De chaque coté de la tête regne une raye noirâtre, qui ſe termine à la nuque du col. Ses yeux ſont grands & brillans. Les Oiſeaux font ſa nourriture.



SCD LYON 1

## Num. 4. *Serpens, Americana, ſpecies Aſpidis Viridis.*

Ranæ huic in pabulum cedunt, quibus ſuum replere ventrem, & licet triplo majores illæ ſint ejus collo, attamen ſuctu eas deglutire novit: fauces nimirum & cutis exterior adeò dilatantur, ut inſignes ejusmodi boli facile perglifcant. Dum corpus ejus aperiebam, ovula inibi me inventurum ſperabam; at verò ranam in eo latentem, & jam ſemi corruptam, tantæ intumeſcentiæ cauſam extitiſſe, poſtliminio videbam. E ventriculo, qui amplus in medio, ad finem coarctatur, fœtidiſſimas illa fœces ſuas demittit: nec viſum eſt unquam, quod Serpentes oſſa cujusdam animalis degluciti, pelle & carnibus conſumtis, excernant, aut indigeſta in ventriculo ſuo retineant; imò in hoc digeri & atteri omnia videntur. Naſum hæc Serpens gerit eminentem, quaſi Suillum, patentibus infrà naribus: tuber capiti innaſcitur: herbeâ viriditate, ex albo variegatâ, corpus tingitur amœniſſimè; latæ ventris ſquamæ, dilutè virides, ruffo colore adumbrantur.

## Num. 5. *Ranula, Americana, rubra.*

Iſtud ranarum genus modo memorata Serpens, cujus è ventre hanc extraximus, inſectatur.

## Num. 6. *Serpens, Americana,* Excetra *dicta.*

Serpentum aquaticarum hæc ſpecies in fluviis atque paludibus, ad radicem montium Promontorii Bonæ Spei, commoratur, inde nonnunquam ad terram ſeſe conferens, victum quæſitura. Breve caput, ſupernâ parte intropreſſum, ex obſcurè griſeo pingitur. A cervice ad acuminatam usque caudam, ſupra dorſum, albicans decurrit tænia, catenæ in modum ex dilutè cæruleo elaborata, maculis utrinque ſaturatè cæruleis ſtipata. Ventris latera ex albo & cæruleo variegantur. Squamæ infimæ transverſales albicant. Cauda, propè anum, tenuis & curta eſt.

## Num. 7. *Vermis Serpentiformis ſpecies ſingularis, ex Africâ.*

Ad Promontorium Bonæ Spei, circa Sinum Tabulatum (Tafelbaai) dictum, in fluvio, & inter cautes, horumce Vermium ingens reperitur numerus. Acheloi Græcis & Elyoi vocantur, quia in lutoſis & turbidis aquis potiſſimum degunt. Inter Serpentes, Anguillas, & Vermes, ambigunt; capite quidem & ſquamis Serpentium, pinnis vero Anguillarum æmuli. Corpus breve, longamque, inſtar Lacertarum, caudam gerunt. Capiti ſuperius binæ adhærent pinnæ, exiguæ, totidemque & circa anum, quarum remigio natantes ſeſe promovent. Eos ab imperitis pro Serpentibus pedibus inſtructis haberi, quid juvat commemorâſſe? Squamæ eorum longiuſculæ, viâ rectiſſimâ, ſupra dorſum & caudam protenduntur. Cauda, uti Serpentium, flexilis eſt, excepto ejus fine, cujus oſſicula tam arctè ſibi mutuo junguntur, ut dimoveri aut flecti nequeant. Dorſi color ex cinereo obſcurè luteus eſt, cæruleſcens verò juxta ventris longitudinem.

Num. 8. Idem vermis, reſupinatus, hîc commonſtrat ſquamas ſuas inferiores, ex cinereo dilutè flavas,

### N°. 4. *Serpent d'Amerique, Espece d'Aspic, verd.*

Ce Serpent-ci vit de Grenouilles quoiqu'elles ſoient trois fois plus groſſes que ſon col & ſon goſier; mais il ſait ſi bien élargir ces parties, & amenuiſer ces Animaux en les ſuçant, qu'ils gliſſent avec facilité dans ſon eſtomac. En ouvrant ce Serpent, au lieu d'œufs que je m'attendois de voir, je trouvai une Grenouille à demi-gâtée, laquelle étoit la cauſe d'une groſſe enflure qui paroiſſoit au dehors. Son ventricule, dont le fond eſt ſpacieux & le pylore étroit, laiſſe paſſer des excrémens d'une puanteur inſupportable. On n'a jamais remarqué que les Serpens rendiſſent, ou gardaſſent dans leur ventricule les os de quelque Animal que ce ſoit qu'ils euſſent avalé, non plus que la peau ni les chairs, tout ſemblant s'atténuer, ſe broyer, & ſe digerer également dans leur eſtomac. Le bout de ſon nez, aſſez ſemblable à celui d'un cochon, eſt retrouſſé, tandis que ſes narines ſont ouvertes en bas. Sa tête porte un tubercule. Tout ſon corps eſt d'un beau verd-d'herbe, mêlé de blanc. Ses larges écailles transverſales ſont verd-glauque, ombré de roux.

### N°. 5. *Petite Grenouille d'Amerique, rouge.*

C'eſt-là la ſorte de Grenouille que mange le Serpent décrit précedemment, car nous l'avons tiré de ſon corps.

### N°. 6. *Serpent d'Amerique nommé* Excetra.

Cette Espece de Serpent Aquatique ſe tient dans les eaux & les marais qui ſont au bas des montagnes du Cap de Bonne Esperance, d'où il ſort quelquefois pour chercher ſur la terre de la nourriture. La tête de ce Serpent-ci eſt d'un gris de Minime, petite, comprimée en dedans, ſur le ſommet. Depuis la nuque de ſon col jusqu'à la fin de ſa queuë pointue, décourt le long du dos une bandelette blanchâtre, formée d'anneaux bleus-pâle, liés bout à bout en façon de chaîne, & accompagnés de chaque côté de taches bleues-turquin. Les côtés du ventre ſont nués de blanc & de bleu. Les écailles qui traverſent ſous le corps ſont blanchâtres. Sa courte queuë eſt mince près de l'anus.

### N°. 7. *Espece ſinguliere de Ver d'Afrique, de la figure d'un Serpent.*

On trouve un grand nombre de ces ſortes de Vers au Cap de Bonne Esperance, ſavoir vers la Baye de la Table, dans la riviere, & entre les rochers. Les Grecs les nommoient *Acheloi*, & *Elyoi*, parcequ'ils vivent principalement dans les eaux troubles & boueuſes. Ils tiennent du Serpent, de l'Anguille, & du Ver. En effet celui-ci a les écailles & la tête d'un Serpent, & les aîlerons d'une Anguille. Il eſt d'une petite taille, mais il traîne une grande queuë à la maniere des Lézards. Il porte deux petites nageoires attachées à la tête, & deux autres près de l'anus qui lui ſervent de rames pour nager. Il n'eſt pas beſoin que je diſe que les ignorans prennent ces ſortes de Vers pour des Serpens qui ont des pieds. Leurs écailles ſont longues, & s'étendent ſur le dos & ſur la queuë en ligne très-droite. Sa queuë eſt flexible, ainſi que celle des Serpens, excepté au bout, dont les oſſelets ſont ſi étroitement ſerrés qu'on ne ſauroit ni les plier ni les ſéparer. La couleur de ſon dos eſt cendré-jaune-brun, & bleuâtre le long des côtés du ventre.

N°. 8. Le même Ver couché ſur le dos, pour faire voir que ſes écailles ſous le ventre qui ſont cendrées-jaunâtres, ne découvrent

SCD LYON 1

flavas, haud transverſim poſitas eſſe, uti in Serpentibus plerisque, ſed rectâ deorſum tendere, & ſe mutuo excipere.

## TABULA SEXAGESIMA ET NONA.

### Num. 1. *Serpens, marinus; ſeu* Conger, *maculoſus, Africanus.*

Tota corporis ſuperna pars ex ruffo-flaveſcens, maculis ſaturatè rubris, inſignia totidem referentibus, ad latera dorſi utrinque pingitur. Infernè, ventrem verſus, dilutiore rubore conſpicuæ maculæ, circulares, geminâ ſerie disponuntur. Venter ipſe dilutè flaveſcit. Per dorſum & caudam erecta decurrit pinna, qualis in anguillis deprehenditur. Caput Serpentino ſimile eſt.

### Num. 2. *Murana; ſeu* Conger, *Africanus.*

Iſthæc Congrorum ſpecies, anguillis ſimilior quam ſerpentibus, ab utroque longarum maxillarum latere binas gerit pinnulas, anguillarum æmulas. Dorſum, omnemque corporis ſupernam faciem, minutæ obtegunt rhomboideæ ſquamulæ, ex ruffo cinereæ, latis diſtinctæ tæniis, ſaturatè fuſcis, per totum corpus ſuperius decurrentibus. Venter albicans & molliuſculus ſquamis caret. Caput oblongum in tenue convergit. Oculi vividi. Oris peripheria punctis nigris obſita. Lingua bifida. Caudam verſus pinnæ emergunt ſupra & infra, quæ tenuibus admodum ſpinis conſtant, quà confluentes latiuſculam formant caudam, Murænæ æmulam. Nec omnino ſerpentem, nec anguillam jure dixeris hanc ſpeciem; ſed utrique pro parte affinis, neutrius tamen & dubii eſt generis. Terrâ marique vivit; unde Amphibium eſt. Cum Hydris quandoque ſeſe conjungit. Similem huic, at minorem, Tabulâ XLI, Num. 4 & 5, ſub nomine, *Anguis Ophis Thalaſſici*, juxta deſcriptionem *Ariſtotelis* L. II, C. 15, jam exhibuimus.

### Num. 3. *Muræna, maxima, Orientalis, ſingularis.*

Ex Amboinâ hanc, unà cum aliis rarioribus piſcium ſpeciebus, transmiſſam accepimus. Quandoquidem Murænis quamproximè accedit, harum eam generi, tanquam maximam ſpeciem, accenſuimus; ut ut ſingulari gaudeat capitis formâ, & ore longo, intropreſſo, in tenue & obtuſum convergente, roſtro avium non abſimili. Tantum non omnes Murænæ bifurcatas gerunt, ſerpentum ad inſtar, linguas. Hæc noſtra oculos magis verſus poſteriora ſitos habet, & ad latera maxillarum eminentes pinnas geminas, pulcherrimè maculatas; nec præter has, ullas gerit alibi. Totum corpus ex luteo cineritii coloris, dilutè viridibus & ſaturatè rubris diſtinguitur maculis, partim rotundis, partim flammatis, ſibi invicem permiſtis. Utrinque à capite ad tenuiſſimæ usque & acuminatæ caudæ apicem bini decurrunt, albicantes, gracilesque lemniſci. Venter & pinnæ dilutè flaveſcunt, nigrisque deſuper lineolis, paſſim discurrentibus, & intertextis quaſi punctis, denſè variegantur.

Num. 4.

rent point en travers comme dans la plupart des Serpens, mais tendent directement de haut en bas, en s'embraſſant les unes les autres.

## PLANCHE SOIXANTE-NEUVIEME.

### N°. 1. *Serpent de Mer, ou Congre tacheté, d'Afrique.*

Tout le deſſus de ſon corps roux-jaunâtre, eſt peint ſur les côtés du dos de taches rouges-brunes, ſi artiſtement marquées, qu'on les prendroit pour autant d'Armoiries. Au deſſous de ces taches, ſur les côtés du ventre, regne un double rang d'autres taches, rondes, & colorées d'un rouge moins foncé. Le ventre eſt jaune-clair. Sur ſon dos & ſur ſa queuë, s'étend un aîleron tel qu'on l'obſerve dans les Anguilles. Sa tête eſt ſemblable à celle d'un Serpent.

### N°. 2. *Murene, ou Congre d'Afrique.*

Cette Eſpece de Congre tient beaucoup plus de l'Anguille que du Serpent. Il a de chaque côté de la tête deux petites nageoires, ſemblables à celles des Anguilles. Tout le deſſus du corps eſt couvert de petites écailles, minces, taillées en rhombes, cendrées-rouſſes, ombrées de larges bandes bai-brunes, lesquelles décourent en travers jusques vers le ventre, qui eſt blanchâtre, mol, & dénué d'écailles. Sa longue tête finit en un muſeau pointu, tout picoté de points noirs. Ses yeux ſont vifs. Sa langue eſt fourchue. Il a la queuë garnie deſſus & deſſous de deux ailerons armés de piquans, qui raſſemblés rendent ſa queuë aſſez large, & pareille à celle de la Murene. On ne peut ranger cet Animal ni parmi les Serpens, ni parmi les Anguilles, mais il participe de l'un & de l'autre ſans être aucun des deux. Il vit également ſur Terre ou dans la Mer, d'où il paroit qu'il eſt Amphibie. Quelquefois il s'accouple avec les Serpens d'eau. On trouvera ci-deſſus Planche XLI. N°. 4. & 5. la figure d'un petit Congre ſemblable à celui-ci, & qu'on a caractériſé du nom de *Serpent de Mer*, ſuivant la deſcription d'Ariſtote, L. II. Ch. 15.

### N°. 3. *Murene Orientale, ſinguliere, très-grande.*

Nous l'avons reçue d'Amboine, avec diverſes Eſpeces rares de Poiſſons. Comme elle approche extrêmement par ſa figure de la veritable Murene, nous la mettons dans la même claſſe, eſtimant qu'elle eſt de la plus grande Eſpece qu'on connoiſſe de ces ſortes de Poiſſons. La forme de ſa tête eſt toute particuliere. Son muſeau eſt long, applati, & finiſſant en pointe obtuſe, de façon qu'il ne reſſemble pas mal à un bec d'Oiſeau. Presque toutes les Murenes ont la langue fourchue, ainſi que les Serpens. Celle que nous décrivons a les yeux placés un peu plus en arriere. Elle porte de chaque côté des mâchoires, deux ailerons magnifiquement tachetés, & qui ſont les ſeuls qu'elle ait. Tout ſon corps cendré-jaune, eſt madré d'un mêlange de taches vertes-pâles ou ponceau, d'ailleurs fort irrégulieres; car elles ſont ici rondes, & là décourent en flammes. Deux cordons blanchâtres s'étendent ſur les côtés de ſon corps, depuis la tête jusqu'au bout de ſa queuë déliée & pointue. Son ventre & ſes nageoires ont le fond jaunâtre, ſemé comme d'une mouchetûre d'hermine, ou vergetté de courtes rayes & de points noirs entremêlés enſemble.



N°. 4. *Mu-*

SCD LYON 1

### Num. 4. *Muræna, ſeu Conger, Braſilienſis; mas.*

Cuticula, ſaturatè fuſca, dilutâ viriditate deſuper pulchrè adeò elaborata cernitur, ut characteres Arabicas, punctis nigris conſperſas, & in ſe mutuò, flammarum ad inſtar, confluentes atque variegatas putes. E medio corpore, caudam verſus, ſupra & infra emergunt pinnæ, quæ demum concurrentes latiuſculam caudam efficiunt.

### Num. 5. *Muræna; fœmina.*

Hæcce prioris fœmella non differt ab illâ, niſi quod magis hîc regnet color dilutè viridis, pluresque conſpiciantur & mutabiliores nigræ maculæ.

### Num. 6. *Alga, ſeu Muſcus, marinus, Africanus, flore Geniſtæ; Ericæ marinæ folio.*

Africani maris in ſuperficie creſcit hæc Algæ ſpecies, prout in decurſu pluribus oſtendemus. Ericam marinam refert, flore præditam Geniſtæ. Ruffi cæterùm, at ſplendidi ſimul eſt coloris, & pellucet.

### Num. 7. *Alga, Africana, marina, foliata, & fimbriata, purpurea.*

### Num. 8. *Muſcus, marinus, Africanus, millefolio ſimilis.*

### Num. 9. *Muſcus, marinus, Africanus; ramoſus.*

### Num. 10. *Muſcus, marinus, Coralloides, geniculatus.*

### Num. 11. *Alga, Corallina, bifurcata, Africana.*

## TABULA SEPTUAGESIMA.

### Num. 1. *Serpens, marina, Americana, annulata, Murænis valdè affinis.*

Serpentum familiæ proximè accedens hæcce, à capite ad caudæ usque apicem, tota ex fuſco ruffis circumdatur annulis, æquidiſtantibus: cutis cinereo-lutea ſquamis caret. Prorſùs cœca hæc ſpecies & oculis orba eſt. Per dorſum tenuis decurrit & nigra litura, à naſo ad usque caudæ finem; naſo inſidet longiuſcula quaſi verrucula; nares binæ, minùs patulæ; limbus latior ſuccingit rictum, acutis dentibus ſuprà infraque

#### N°. 4. *Murene, ou Congre du Breſil, Mâle.*

Sa peau brune-ſombre eſt plaquée de grandes taches verdâtres, qui ne repréſentent pas mal par leur varieté, & leur arrangement, des Caracteres Arabes mouchetés de noir. Vers le milieu du corps, tant ſur le dos que ſous le ventre, naiſſent deux ailerons qui concourent à élargir la queuë.

#### N°. 5. *Murene Femelle.*

Elle ne differe de ſon Mâle qu'en ce que ſa peau eſt marquetée de taches d'un verd plus pâle, & bigarrée d'une plus grande moucheture.

#### N°. 6. *Algue, ou Mouſſe Marine, Afriquaine, à fleur de Genêt, & à feuilles de Bruyere Marine.*

Cette Espece d'Algue croît ſur la ſurface des Mers d'Afrique, comme nous le montrerons plus au long dans le cours de cet Ouvrage. Elle reſſemble à la Bruyere Marine, & porte des fleurs pareilles à celles du Genêt. L'Algue dont nous parlons eſt rouſſe, brillante, & luſtrée.

#### N°. 7. *Algue d'Afrique, à grandes feuilles purpurines, dentelées.*

#### N°. 8. *Mouſſe Marine, d'Afrique, ſemblable au Millefeuille.*

#### N°. 9. *Mouſſe Marine, d'Afrique, fort branchue.*

#### N°. 10. *Mouſſe Marine, Coralloïde, noueuſe.*

#### N°. 11. *Algue d'Afrique, vermeille, fourchue.*

### PLANCHE SOIXANTE-DIXIEME.

#### N°. 1. *Serpent de Mer, d'Amerique, fort ſemblable aux Murenes, cerclé de Zones.*

Cette Espece de Serpent n'ayant point d'yeux eſt privée de la vuë. Sa peau cendrée-jaune eſt liſſe, glabre, dénuée d'écailles tant ſur le corps que ſous le ventre, en quoi il differe des Serpens de Terre qui ſont toujours munis d'écailles tranſverſales. Tout le corps de notre Serpent Marin, depuis la gueule jusqu'au bout de la queuë, eſt ceint de bandes annulaires, rouſſes-brunes, placées à diſtances égales. Son dos eſt ſillonné d'une fine raye noire, qui décourt depuis le nez jusqu'à l'extrêmité de la queuë. Le

SCD LYON 1

infraque obſitum, linguâque longâ, bifurcatâ, donatum. Deſunt & huic ſpeciei ſquamæ ventris tranſverſales, Serpentibus terreſtribus propriæ; at glabra per totum eſt pellis.

## Num. 2. *Serpens, marinus, Americanus, cum maculis Tigridis; mas; Muranis valdè affinis.*

Squamarum expers hujus cutis, gramineo virore ſaturata, obſcurè ruffis deſuper maculis, Tigridis ad inſtar, variegatur. Ventris color idem, at dilutior, maculis quoque dilutioribus diſtinctus. Caput, quadantenus gibboſum, peramplis & ſcintillantibus ardet oculis, bifidamque linguam exerit: nec dentibus pollet, nec naribus; inſidentes autem Naſo viſuntur binæ verruculæ acutiores. Cauda in acumen deſinit. Haud minus tortilis eſt & volubilis hæc ſpecies, ac Serpentes terreſtres.

## Num. 3. *Serpens, marina, Surinamenſis; fœmina; Muranis valdè affinis.*

Dorſum huic obſcurè ſpadiceum annulis quaſi dilutè cinereis, nullo ordine inter ſe diſpoſitis, variegatur. Venter ſubruffus, quaquaverſùm oculis circularibus, annulos inter temerè digeſtos collocatis, maculatur. Caput æquale, non gibboſum, lucidis gaudet oculis & linguâ bifidâ: quatuor rotundi ocelli anteriùs naſo inhærent; dum narium nulla, nec dentium, reperiuntur veſtigia. Fœmella hæc Murænæ eſt. Serpentum hæc ſpecies Ranas aquarum incolas inſectatur, præprimis autem illas, quarum ſequens numerus exhibet ſpecimen.

## Num. 4. *Rana, Surinamenſis, maculis aſperſa.*

Iſthæc latis, cochlearium æmulis, digitis, anteriùs quaternis, poſteriùs autem quinis donatur, remigio inter natandum inſervientibus: quùm enim palmipedes non ſint adinſtar Anſerum & Anatum, Natura aliam illis effinxit digitorum ſtructuram, natatui quæ eſt accommodata. Color huic ſpeciei ex cinereo flaveſcens, ruffis, oblongis maculis, tanquam ocellis, pulchrè variegatur. Univerſo ventri puncta nigricantia inuruntur. Femora cum pedibus tenuia & gracilia variegatis tæniis cinguntur. Auriculæ pariter atque oculi conſpicui valdè & inſignes.

## Num. 5 & 6. *Juncus, aquaticus, Surinamenſis; ex innumeris filis conſtans.*

Juncorum hæc ſpecies, longiſſima, foliorum apicem acûs inſtar acutiſſimè convergentem habet. Folia nonniſi ex innumeris conflantur fibrillis, tenuiſſimis æquè ac tenaciſſimis, viridi membranulâ obvolutis. Sic coadunata hæc filamenta fortiſſimum conficiunt vimen, quod ſurſùm verſùs arctius coiens, & lignoſum, quaſi in aculeum mutatur, quo incolæ ad ſaccos craſſioris fili, & faſciculos conſuendos, utuntur. Multa hinc notatu digna in mirabili hâcce plantâ occurrunt.

Num. 7.

Le bout du nez eſt relevé par un tubercule ou une eſpece de verrue. Ses deux naſeaux ſont petits. Il regne tout autour de ſa gueule une large bordure. Ses deux mâchoires ſont armées de dents trenchantes. Sa langue eſt longue & fourchue. Il n'a point d'écailles ſous le ventre.

### N°. 2. *Serpent d'Amerique, Mâle, tigré, ſemblable aux Murenes.*

Sa peau toute dénuée d'écailles eſt d'un verd d'herbe obſcur, tavelé de taches alezan-brunes, à la maniere du Tigre. Son ventre eſt de la même couleur, ſeulement plus claire; & les taches pareillement ſont moins foncées. Sa tête eſt un peu boſſue. Ses yeux ſont grands, étincelans. Sa langue eſt fourchue. Il n'a ni dents, ni narines; mais il porte au deſſus du nez deux petits tubercules fort aigus. Sa queuë finit en pointe. Au reſte, cette ſorte de Serpent ne ſe plie pas en moins de replis tortueux que les Serpens qui vivent ſur terre.

### N°. 3. *Serpent de Mer, de Surinam, Femelle, reſſemblant beaucoup aux Murenes.*

Son dos bai-brun eſt ceint d'anneaux cendrés-clair, rangés irréguliérement. Son ventre rouſſâtre eſt tout ſemé d'yeux, ou marqueté de taches circulaires qui ſont diſperſées ſans ſimétrie entre les anneaux. Sa tête eſt liſſe, unie, plate; ſes yeux brillans; ſa langue fourchue. Son nez eſt boutonné de quatre taches blanches, rondes. On ne découvre dans cette Femelle de Murene, ni veſtiges de narines, ni traces de dents. Elle ſe nourrit de Grenouilles d'eau, principalement de celles dont le Nombre ſuivant fournit un exemple.

### N°. 4. *Grenouille de Surinam, ſurſemée de taches.*

Elle a les pieds de devant fendus en quatre doigts, & ceux de derriere en cinq, tous faits en façon de cuillier. Quoiqu'ils ne ſoient point formés en patte d'Oye ou de Canard, la Nature néanmoins leur a donné une ſtructure qui eſt propre pour nager. Sa peau cendrée-jaune eſt marbrée de taches ovales, rouſſes. Tout ſon ventre eſt tiĉté de points noirâtres. Ses cuiſſes & ſes pieds ſont grêles, menus, cerclés de bandelettes madrées. Ses oreilles & ſes yeux ſont fort grands.

### N°. 5 & 6. *Jonc Aquatique, de Surinam, compoſé d'un prodigieux nombre de filamens.*

Cette longue Eſpece de Jonc a l'extrêmité de ſes feuilles terminée en une pointe auſſi fine qu'une aiguille. Ses feuilles ne ſont qu'un aſſemblage d'une infinité de fibres également tenaces & déliées, couvertes d'une pellicule verte. Tous ces fils réunis enſemble font un tiſſu extrêmement fort, ſurtout près de la partie ſupérieure du jonc, qui eſt d'une texture plus ſerrée, & finit en une pointe dure comme le bois: de ſorte que les habitans s'en ſervent pour coudre de petits paquets, & des ſacs d'un gros fil. Il y auroit certainement quantité de choſes dignes de remarque, dans cette merveilleuſe Plante.



N°. 7. Co-

SCD LYON 1

### Num. 7. *Coquantototl, avicula, criſtata, formâ Paſſeris.*

Avicula hæc Americana roſtrum porrigit breve, incurvum, quaſi in frontem retrò coactum, coloris lutei: lutea quoque macula ſupra oculos viſitur. Pectus, & venter totus dilutè flaveſcit; ſimilique colore pictæ alæ, tenues quoque plumulas, rubentes, cinereo-griſeis pennis remigibus incumbentes, gerunt. Cæterùm tota per reliquum habitum griſea criſtulam ab occipite prominulam geſtat.

### Num. 8. *Avicula de Tatac, ex Novâ Hiſpaniâ; Paſſeris magnitudine; roſtro longo.*

Longo conſpicuum roſtro hujus Aviculæ caput, anguſtum, nigrâ obtegitur vittâ: per totum corpus diluta regnat rubedo; ſaturatior tamen per pennas remiges: alæ colore aureo extùs tinguntur: oculi ejus vividi, pulcherrimi, pedeſque longi exiſtunt.

## TABULA SEPTUAGESIMA ET PRIMA.

### Num. 1. *Serpens, Braſilienſis, major,* Ibiboboca *dicta; ſeu Cobra de Corais.*

Ex fuſco rubra per magnas dorſi ſquamas, utrinque ad ventris latera, dilutius rubeſcit. Ventris ſquamæ inſignes albicant. Caput exiguum, & collum tenue. Os minutis dentibus plenum; frons parvis quaſi ſcutata ſquamulis, dilutè rubentibus. Eſt hæc ſui generis longiſſima & maxima; unde & à Braſilienſibus *Boguacu*, i. e. magna, vocata. Comeduntur ab Incolis, & inter delicias referuntur, dum caro ipſarum albedine ad Gallinaceam accedit. Veneno haud noxiæ ſunt aliarum ad inſtar, nec malignæ.

### Num. 2. *Serpens, Americana, ferruginea, & lentiginoſa.*

Per reticulares hujus ſquamas ſubalbæ lentigines, quaſi maculæ, diſperguntur. Squamas ventrales albedini miſtus color ſubruffus variegat.

### Num. 3. *Vipera, Virginiana, maculis purpureis.*

Per dorſum catena porrigitur purpurea, concoloribus magnis parviſque maculis ſtipata. Squamæ corporis in ſe dilutè cinereæ ſunt, dum ventrales dilutè flavent.

### Num. 4. Colutea, *Africana, flore incarnato.*

Hoc ſub nomine Plantæ hæ raræ ex Promontorio Bonæ Spei nobis tranſmiſſæ ſunt. Flos coloris incarnati, albis præcinctus limbis, binis conſtat petalis, parvo pedunculo è lateribus caulis emergens. Rami folioſi

### N°. 7. Coquantototl, *petit Oiſeau hupé, de la figure du Moineau.*

Ce petit Oiſeau d'Amerique a le bec jaune, court, recourbé, & ſe jettant en arriere. On obſerve au deſſus de ſes yeux une tache jaune. Son eſtomac & ſon ventre tirent ſur un jaune blafard. Ses aîles ſont de la même couleur, & mélangées de quelques plumes grêles incarnates, tandis que les maîtreſſes-plumes ſont cendrées-griſes. Le reſte du corps eſt gris. Il porte ſur le derriere de la tête une petite crête.

### N°. 8. *Petit Oiſeau* de Tatac, *du Mexique, de la groſſeur d'un Moineau, ayant un long bec.*

Sa tête eſt petite, couverte comme d'un voile noir, luſtré. Tout ſon corps eſt rouge-pâle, qui devient plus foncé ſur les groſſes plumes. Ses aîles ſont au dehors d'un jaune doré. Ses yeux ſont vifs & très-beaux. Ses jambes ſont hautes, & ſon bec long.

## PLANCHE SOIXANTE ET ONZIEME.

### N°. 1. *Grand Serpent du Breſil, nommé* Ibiboboca *ou* Cobra de Corais.

Il eſt brun-rouge ſur ſes grandes écailles du dos, & ſur les deux côtés du ventre d'un rouge beaucoup plus clair. Sa tête & ſon col ſont minces. Sa gueule eſt armée de petites dents, & ſon front couvert de petites écailles, menues, rouges-pâle, qui le défendent comme un bouclier. Ce Serpent-ci eſt le plus long de ceux de ſon Eſpece. Auſſi eſt-il apellé *Boguacu*, c'eſt-à-dire le Grand Serpent, par les Breſiliens, qui au reſte le mangent & l'eſtiment un mets exquis. Sa chair a la blancheur de la chair de Poule. Ce Genre de Serpent n'eſt ni mauvais ni venimeux.

### N°. 2. *Serpent d'Amerique, de couleur de fer, & lentilleux.*

Ses écailles maillées ſont ſemées de taches blanches, comme d'autant de Lentilles. Les écailles tranſverſales du ventre ſont d'un blanc mêlé d'alezan-clair.

### N°. 3. *Vipere de Virginie, mouchetée de taches pourprées.*

Le long de ſon dos décourt une chaine purpurine, accompagnée de grandes & de petites taches de la même couleur. Les écailles du corps ſont cendrées-clair, & celles du ventre d'un jaune-blafard.

### N°. 4. *Baguenaudier d'Afrique, à fleur incarnate.*

Les quatre Eſpeces rares de Baguenaudier que nous allons décrire, nous ont été envoyées du Cap de Bonne-Eſperance. La fleur de celui-ci eſt incarnate, avec une bordure blanche tout autour; elle eſt compoſée de deux petales, & ſort des aiſſelles de la tige,

SCD LYON 1

foliosi quina, ſena, imò novenna utrinque emittunt, ordine alterno, folia, minuta, oblonga. Nec veſiculæ hîc, nec ſiliquæ viſuntur, ita ut anceps ſit, eas utrum proferat, nec ne.

## Num. 5. Coluteæ, *Africanæ, ſecunda ſpecies.*

Hæc latioribus & paucioribus gaudet foliis, in acutum convergentibus. Flos petalis conſtat tribus, coloris carnei, albis quæ limbis prætexuntur. Calyx in quatuor lacinias, longas, dividitur.

## Num. 6. Coluteæ, *Africanæ, tertia ſpecies.*

Hæc priori minor, cum primâ ſpecie Num. 4 congruit, niſi quod flos ejus bipetalos, ſaturatè luteus, alterum petalon ſerratum & criſpulum gerat.

## Num. 7. Coluteæ, *Africanæ, quarta ſpecies.*

Folia hujus longa, acuminata. Flos, purpureus, tribus conflatur petalis, intùs lanuginoſis, & obſcuris, quorum è medio piſtillus luteus exſurgit.

# TABULA SEPTUAGESIMA ET SECUNDA.

## Num. 1. *Serpens,* Cenchrias, *ſeu* Acontias, *item* Jaculus, *Amboinenſis.*

Hic Serpens pro variis regionibus, quas inhabitat, & variis idiomatibus, variè denominatur. *Valentinus* in Itiner. Amboin. *fol. 289, Serpentem Siphonem* (*Spuitſlang*) appellat: alii *Jaculum.* Sex pedes æquare dicitur longitudine, craſſitie verò brachii virilis ambitum. Per dorſi inſignes ſquamas, reticulatas, ſaturata regnat rubedo; dilutè viridis autem ad ventris latera color. Transverſales ventris ſquamæ dilutè cineritiæ ſunt. Hæc deſcriptio ipſi colori naturali, & formæ hujus Serpentis, iſthâc Tabulâ expreſſi, congruit. Porrò teretiuſcula eſt, & per cutim glabra. Caput mediocre, grandes, protuberantes, lucidos monſtrat oculos, minutoſque dentes: cauda longa, acuminata. Multa quidem de inſigni noxâ, quam Serpentum hocce genus inferat, narrantur; fide tamen incertâ. D. *Valentinus* teſtatur tantum illos abeſſe, quin lædant hominem, ut hujus potius à conſpectu ſe ſubducant.

## Num. 2. *Serpens, Dryinus; ſeu Chelydrus Amboinenſis.*

Græco huic nomini Latinum ſubſtituerê *Scaliger* & *Grevinus*, *Querculum* vocantes: *Chelydrum* alii ſeu *Teſtudineum* appellaverê *Serpentem*, à quadam cum Teſtudine convenientiâ: nam per dorſi ſummum ſpadiceus, ad ventris latera, ex albo & luteo variegatur, Teſtudinis in modum. Internæ transverſales ſquamæ ex rubro & albo, marmoris inſtar, pinguntur. Vero gaudent capite ſerpentino; nequaquam æmulo canis

tige, attachée à un court pédicule. Ses branches ou verges, ſont garnies de petites feuilles, oblongues, rangées alternativement des deux côtés, au nombre de cinq, de ſix, & même de neuf. On ne voit ici ni gouſſe, ni veſſie, de ſorte qu'il eſt douteux s'il en ſuccede à la fleur quand elle eſt tombée.

### N°. 5. *Baguenaudier d'Afrique; Deuxieme Eſpece.*

Les feuilles de cette Eſpece ſont plus larges, moins nombreuſes, terminées en pointes. Sa fleur eſt à trois petales, carnée, ceinte d'une bordure blanche. Son calyce eſt découpé en quatre lanieres.

### N°. 6. *Baguenaudier d'Afrique; Troiſieme Eſpece.*

Cette Eſpece eſt plus petite que la précedente, & a beaucoup de rapport à celle du N°. 4. avec cette difference néanmoins, que ſa fleur eſt bleu-turquin, compoſée de deux petales, dont l'un eſt dentelé & crêpé.

### N°. 7. *Baguenaudier d'Afrique; Quatrieme Eſpece.*

Elle a les feuilles longues & pointues, la fleur purpurine, formée de trois petales, bruns, cotonneux en dedans, du milieu deſquels s'éleve un Piſtile jaune.

# PLANCHE SOIXANTE ET DOUZIEME.

### N°. 1. *Serpent-volant, d'Amboine; autrement nommé* Cenchrias, *&* Acontias.

En effet il porte differens noms, ſuivant la Langue des divers Païs où on le trouve. Fr. Valentyn dans ſon *Voyage d'Amboine*, pag. 289, l'apelle en Hollandois *Spuit-ſlang*, comme qui diroit, *Serpent-Seringue*, parce qu'il s'élance avant autant d'impétuoſité que l'eau qui ſort d'une Seringue. D'autres le nomment *Serpent-volant*, ou *Serpent qui s'élance auſſi vite qu'un trait.* On dit qu'il a le corps de la groſſeur du bras d'un homme, qu'il eſt long de ſix pieds, couvert ſur le dos de grandes écailles diſpoſées en lozange, rouges-brunes, & d'un verd-glauque ſur les côtés, tandis que les écailles transverſales du ventre ſont cendrées-clair. Cette deſcription-là convient fort bien à la figure, & à la couleur du Serpent que nous repréſentons ici. Ajoutez, que ſon corps eſt preſque rond, ſa peau liſſe, ſa tête d'une médiocre groſſeur, ſes yeux grands, brillans, à fleur de tête, ſes dents petites, ſa queuë longue & pointue. On raporte quantité de choſes ſur le mal que cauſe ce Genre de Serpent par ſa morſure; mais tout ce qu'on raconte à ce ſujet doit paſſer pour fort douteux. Car Valentyn aſſure, que tant s'en faut que cet Animal cherche à nuire à l'Homme, qu'au contraire il fuit dès qu'il le voit approcher.

### N°. 2. *Serpent d'Amboine, revêtu d'écailles ſemblables à l'écorce du Chêne, ou marquetées comme la Tortue.*

C'eſt le premier des deux noms indiqués ſous ce titre que Scaliger & Grevin lui ont donné en Latin, l'apellant en un ſeul mot *Querculus.* D'autres l'ont nommé *Chelydrus*, ou *Teſtudineus*, c'eſt-à-dire, *Serpent à écailles de Tortue.* Car il eſt chatain ſur le dos & ſur les côtés, tacheté d'un mêlange de blanc & de jaune, à la façon des Tortues. Les écailles qui paſſent en travers ſous le ventre, ſont marbrées de rouge & de blanc. Sa tête eſt faite de même que celle des autres Serpens, & ne reſſemble en aucune maniere



SCD LYON 1

canis Britannici, annulo quodam ſuper nares decurrente, uti quidem à variis autoribus, *Aldrovando*, *Geſnero*, *Johnſtono*, &c. depicti habentur: ejusmodi certè Serpentum genus nusquam reperitur, niſi in figuris imperitorum, quas alii ab aliis mutuantur. Genuina eſt & ad vivum facta, quam hîc exhibemus, horum Serpentum delineatio; ubi patet, eorundem longitudinem & craſſitiem inter ſe juſtè eſſe proportionales: in varios flexus ſeſe intorquere norunt, & caudam ſuam criſpare: id, quod multis Serpentum factu eſt impoſſibile; quùm articuli, ſeu oſſicula, caudam conſtituentia, adeo arctè ſibi invicem uniantur, ut movere quidem hanc, nequaquam tamen flectere queant, ne dicam convolvere. Sunt autem caudæ articulationes in hocce Serpentum genere multò laxiùs ad ſe mutuò applicatæ; unde fit, ut varias in curvaturas pro lubitu poſſint contorqueri.

## TABULA SEPTUAGESIMA ET TERTIA.

### Num. 1. *Serpens, vel Sepedon, Americanus.*

Serpens hic corpore longo, & collo præditus tenui, à me diſſectus, ſemicorruptam in ventriculo ſuo exhibuit aviculam, pulcherrimis pictam coloribus, at vel triplo craſſiorem capite & collo hujus Serpentis; ita ut non ſine ratione pro impoſſibili haberi poſſet, à tenuis adeò parvique capitis Serpente Avem tam inſignem poſſe deglutiri, ut ut vel ipſo oculorum teſtimonio hoc comprobetur. Tenue hujus Serpentis caput, anterius obſcurè ſpadiceum, lato ſatis vinculo albicante poſticitùs cinctum, punctis ibi ſaturè fuſcis, per rhomboideas ſquamas, notatur: porrò ſupernum omne corpus obſcurè fuſcum, latis albisque faſciis, ad usque ſquamas ventrales, è cinereo flaveſcentes, protenſis, ornatur: quæ craſſam illam corporis expanſionem ſuperiùs integunt ſquamæ, latæ & oblongæ, totidem cordium æmulantur figuram; reliquæ verò rhomboideæ ſunt.

### Num. 2. *Serpens, Coralloides, Braſilienſis, rubra, Amphisbæna; Petola dicta.*

Elegantiſſima hæc Serpens ſaturo rubore Corallino, per rhomboideas ſquamas, nitidiſſimè picta, dilutè rubellis deſuper annulis circumcingitur, qui omnium latiſſimi ſunt, quà os & occiput ambiunt: ſquamæ, ad loca rubella hærentes, maculis obſcurè rubris ad extrema ſua notantur. Venter coloris crocei totus, niſi quâ parte faſciæ decurrunt, flavedine dilutiori tinctus conſpicitur. Amphisbænarum inſeritur albo craſſæ & obtuſæ caudæ ergò. Cæterum mirum de ſquamis tonum emittit.

### Num. 3. *Amphisbæna, Ceilonica; fœmina.*

Hæcce priori & formâ, & picturâ, ſimilis, in hoc ſolùm diſcrepat, quod, loco ruboris ſaturati, heîc regnet nigredo coracina; annulosque, in præcedenti dilutè rubellos, hîc tingat albedo ſubrotundis ſquamis inhærens, tam ventralibus, quam corpus reliquum obtegentibus: ambo tamen extrema, caput nimirum & caudam, qui ambiunt annuli, infernâ parte deficiunt. Dictum jam in antecedentibus, haud eſſe bicipites hasce Serpentes, at craſſâ & obtuſâ caudâ alterum quaſi caput præ ſe ferre.

Num. 4.

maniere à celles des Chiens d'Angleterre. Il n'a point non plus les narines cerclées d'un anneau, comme le dépeignent Gesner, Aldrovandi, Johnſton, & quelques autres Auteurs. On ne trouve nulle part de tels Serpens, & ce n'eſt que dans des Figures copiées mal à propos les unes des autres, qu'ils exiſtent. Mais la repréſentation que nous en donnons eſt vraie, fidele, & tirée d'après l'Original. Il paroit donc que ces ſortes de Serpens ont une longueur & une largeur proportionnée. Ils forment leur corps en divers plis & replis, & entortillent pareillement leur queuë; ce que ne ſauroient faire d'autres Serpens, chez qui les articulations, ou les oſſelets de la queuë, ſe trouvent attachées & jointes d'une maniere ſi ſerrée, qu'ils peuvent bien à la vérité remuer cette partie, mais non pas la fouetter, ni même la tourner. Au lieu que dans le Genre de Serpens que nous décrivons ici, les articulations ſont fort lâches, ce qui fait qu'ils ont la facité de ſe plier & replier en tout ſens à leur fantaiſie.

## PLANCHE SOIXANTE ET TREIZIEME.

### N°. 1. *Serpent d'Amerique.*

En diſſequant ce Serpent, dont le corps eſt long & le col très-mince, je trouvai dans ſon eſtomac un Oiſeau à moitié-gâté, d'ailleurs d'un magnifique plumage. Mais ce qui me parut ſingulier; cet Oiſeau étoit trois fois plus gros que la tête & le col du Serpent même, de maniere qu'il ſembleroit impoſſible que le Reptile pût l'avoir avalé, ſi on ne voyoit le fait de ſes propres yeux. La tête de ce Serpent eſt bai-brune dans la partie antérieure, & picotée ſur des écailles rhomboïdes de points bruns dans la partie poſtérieure, qu'entoure auſſi une attache blanchâtre aſſez large. Le deſſus du corps eſt d'un brun-ſombre, cerclé d'eſpace en eſpace de bandes larges, blanches, qui décourent jusques ſous le ventre, dont les écailles transverſales ſont cendrées-jaunes. L escôtés du ventre qui font la partie du corps la plus ample, ſont revêtus d'écailles d'une figure conique, ou qui imite celle du cœur; les autres écailles du corps étant faites en réſeau.

### N°. 2. *Serpent* Double-Marcheur, *du Breſil, nommé* Petola, *d'un rouge de corail.*

Ce beau Serpent a le corps couvert d'écailles rhomboïdes, d'un rouge de corail foncé, qu'entourent des bandes circulaires d'un rouge déteint. Les plus larges de ces bandes ſont celles qui cerclent la gueule & le derriere de la tête. Les angles inférieurs des écailles ſont vergettés de taches ponceau. Le ventre eſt d'un jauné ſaffranné, mais clair dans les endroits qui répondent aux anneaux. On met ce Serpent au rang des Serpens Amphisbenes ou Double-Marcheurs, à cauſe de ſa groſſe queuë obtuſe. Ses écailles au reſte jettent un admirable éclat.

### N . 3. *Amphisbene de Ceylon, Femelle.*

Elle reſſemble au précedent par ſa figure & par ſa parure, avec cette difference que ſes écailles au lieu d'être d'un rouge de corail foncé, ſont d'un noir de Corbeau, & que ſes bandes annulaires ne ſont point incarnates, mais blanches, qui eſt auſſi la couleur de ſes écailles presque orbiculaires, tant de celles du ventre que de celles du reſte du corps. Les deux extrêmités, c'eſt-à-dire la tête & la queuë, ne ſont cerclées que de demi-anneaux. Nous avons déja remarqué que ces ſortes de Serpens n'ont point deux têtes, mais ſeulement une groſſe queuë qui imite une ſeconde tête.

N°. 4. Am-

SCD LYON 1

## Num. 4. *Amphisbæna, Americana, ex fuſco & albo variegata.*

Caput dilutè flaveſcit, dum corpus omne reliquum minutis tenuibusque ambitur annulis, arctè ſibi mutuò commiſſis, uti ferè fit in Lumbricis terreſtribus: ſquamæ minutæ ſunt & oblongæ, ſuprà obſcurè ſpadiceæ, infrà verò colore eodem dilutiore pictæ, undequaque tamen interſperſâ albedine variegatæ. Quamplurimas ſub ſe ſpecies hoc Serpentum genus complectitur, quarum vel ultra quinquaginta in noſtro nos Theſauro aſſervamus. Victum hiſce bonumque habitum Limaces exhibent & Lumbrici terreſtres.

## Num. 5. *Rhus, Africanum, trifoliatum, minus, folio ſplendente, ſubrotundo, integro.*

Longis innituntur folia pedunculis, è caule alternatim exortis: floſculi plurimi, colore kermeſino ſpectabiles, in racemos compoſiti, ſuis ſinguli inſident ſuſtentaculis, in communem pedunculum, è caule propagatum, deſinentibus: quæ infra hærent, folia, craſſiuſcula, lutea, Buxi variegati æmula, glutinoſa, glabra, ſplendida, nullâ lanugine, aliarum inſtar hujus plantæ ſpecierum, exaſperantur: ſuperiora verò ſaturatè vireſcunt: hinc facie elegantiſſimâ hoc arridet Vegetabile.

# TABULA SEPTUAGESIMA ET QUARTA.

## Num. 1. *Vipera, Paraguajana, formoſa.*

Americæ Meridionalis hæc progenies, ex Hiſpaniis per tertium nobis communicata, eleganti adeò veſtitu pollet, cui ordine deſcribendo vix par eſt calamus: ſingularis enim hîc viſitur variegatio, ex magnis, parvisque, nubiloſis quaſi, maculis, per dorſi totius decurſum, catenatim ſibi mutuò colligatis, ſaturatè fuſcis, dilutè purpureo-ſpadiceis, & ex cinereo remiſſe albicantibus. Caput quaſi acu eſt pictum tenuibus ſquamulis verſicoloribus; minuti oculi, naresque punctatâ maculâ albeſcente conſpicuæ; maxillæ latæ; collum tenue, teretiuſculum & benè unctum; corpus porrectum; cutis reſplendens; ventrales ſquamæ eleganti quoque modo variegantur.

# TABULA SEPTUAGESIMA ET QUINTA.

## Num. 1. *Serpens, Americana, Promontorii (ſeu Cabo) de Fiburon.*

Verſicolor hæc Serpens pulcherrimis picta eſt quaſi undis flammisque per inſignes ejus & laxas ſquamas, ex atrofuſco & albo variegatas: ſquamarum maximæ, frontem obtegentes, ex ruffo flaveſcunt. Oculi vividi relucent. Si quæ arridens ipſi in conſpectum venit avicula, hanc, ſibi in pabulum ceſſuram, vel medios inter cantus aſtutè aucupari, vix unquam fruſtrà tentat. Externæ in Serpentibus æquè, ac Lacertis, nullæ viſuntur auriculæ: unde tamen haud juſtè inferas, auditu illas carere; quum cantu volucrum excitatæ his capiundis ſeſe accingant: interim aperturam auditûs organi hactenus invenit nemo. *Ambroſinus, de Serpent. L. I, cap. 2, pag.* 117, ait, *Plinium* referre, quod omne animal viviparum prominulas

### N°. 4. *Amphisbene d'Amerique, marbré de brun & de blanc.*

Sa tête eſt d'un jaune-paillé. Tout le reſte de ſon corps eſt ceint d'anneaux minces, déliés, étroitement unis les uns aux autres, à peu près comme dans les Vers de Terre. Ses écailles ſont menues, taillées en quarrés longs-irréguliers, chatain-brunes ſur le deſſus du corps, moins chargées ſous le ventre, & par-tout mêlangées de blanc. Ce Genre de Serpent renferme ſous ſoi quantité d'Eſpeces, dont nous conſervons nous-mêmes au delà d'une cinquantaine dans notre Cabinet. Les Limaçons & les Vers de Terre font leur nourriture, & leur entretien.

### N°. 5. *Sumac d'Afrique, petit, à trois feuilles entieres, luiſantes, ovales.*

Ses feuilles ſont ſoutenues par de grandes queuës, qui ſortent de chaque côté de la tige. Ses fleurs d'un rouge cramoiſi, ramaſſées en grapes, naiſſent attachées à de courtes queuës que pouſſe un long pédicule commun, qui provient auſſi de la tige. Les feuilles du bas de la Plante ſont épaiſſes, jaunes, ſemblables à celles du Bouis-marbré, glutineuſes, luiſantes, & glabres; car elles n'ont point de coton, comme les autres Eſpeces de Sumac. Les feuilles du haut de la Plante ſont d'un verd-obſcur. Il paroit de là que la Plante entiere eſt très belle.

# PLANCHE SOIXANTE ET QUATORZIEME.

### N°. 1. *Vipere du Paraguay, d'une grande beauté.*

C'eſt d'Eſpagne que nous avons reçu par une troiſieme perſonne, cette Vipere de l'Amerique Méridionale. Elle porte un habillement ſi riche, qu'on peut à peine le bien décrire. D'abord ſur toute l'étendue de ſon dos, regne un mêlange ſingulier de grandes & de petites taches, bai-brunes, chatain nué de pourpre-clair, cendrées-blanches, lesquelles découvrent comme par nuage en forme de chainons liés bout à bout. Sa tête eſt chargée de minces & petites écailles de diverſes couleurs, arrangées & comparties avec un art admirable. Ses yeux ſont petits; ſon nez eſt marqueté d'une tache blanche; ſes mâchoires ſont larges; ſon col mince, rondelet & gras; ſon corps eſt fort long; ſa peau luiſante; ſes écailles transverſales magnifiquement variées.

# PLANCHE SOIXANTE ET QUINZIEME.

### N°. 1. *Serpent d'Amerique, du Cap nommé Cabo de Fyburon.*

Ce Serpent nuancé de pluſieurs couleurs, a d'amples écailles, variées de blanc, de brun, & de noir, ſurſemées d'un apparat de belles taches qui découvrent par ondes ou en façon de flammes. Les plus grandes écailles ſont celles qui couvrent le front, leur couleur eſt feuille-morte. Ses yeux ſont brillans, pleins de feu. Si quelque petit Oiſeau ſe préſente à ſa vuë, il ne manque gueres d'en faire ſa proie quand il veut, & de le ſurprendre finement au milieu de ſon ramage. On ne voit point dans les Serpens ni dans les Lézards d'oreille exterieure; gardons nous cependant d'en conclurre que ces Animaux ſont privés de l'ouïe, puiſqu'ils ſont attirés par le propre chant des Oiſeaux à les prendre. Il eſt vrai néanmoins que perſonne n'a pu découvrir jusqu'à ce jour les traces de l'organe de l'ouïe dans ces Animaux. Ambroſin Liv. I. des Serpens, Chap. 2. pag. 117, dit après



SCD LYON 1

nulas gerat auriculas, excepto cartilaginoſorum genere, Vitulo nempe marino, Delphine, Viperâ, quibus deficientes auriculas ſupplent pervia ibi foraminula. At verò hiſce narratiunculis vix habenda fides eſt. Commentatores *Plinii*, hæc ipſa nunquam experti, antiquas ſequebantur traditiones, non usquequaque ſemper fide dignas.

## Num. 2. *Serpens*, Hikkanella, *Americanus.*

Hoc nomen huic Serpentum generi à Luſitanis inditum eſt, quod ædium ſub tectis commorari geſtiant, & in captandis ibi variis inſectis, gliribus, muribus, &c. uſitato apud nos Felium domeſticorum munere fungantur: tolerantur hinc, quùm noxam adferant nemini. Pulcherrimis teguntur ſquamis, quarum quaternæ quælibet, aut quinæ, areolâ incluſæ hærent: ſingulari tamen ornamento inſerviunt maculæ cæruleæ, quæ juſto ordine inter illas digeruntur. Venter infernè albicans maculis adſpergitur: propè ani hiatum bini ſpinoſi hærent teſticuli, quos & in aliis plurimis ſæpè conſpeximus.

## Num. 3. *Serpens de Moculo, Americana.*

Hæc Serpens venandis Araneis occupata ſic ſibi pabulum quærit. Squamæ coloris plumbei, juſto ordine diſpoſitis, nigris lineis, marmoris ferè in modum, variegantur. Si relationibus credimus illorum, qui cum incolis Americæ Hiſpanorum de Serpentibus ſe locutos ajunt, certum eſt, hos inter vix quidquam audiri de damnis malisque, quæ ab illis inferri vulgò perhibentur.

## Num. 4. *Serpens*, Duberria, *Americana, terreſtris.*

Haud aquas ſubit hæc, ſed in continenti per montes, & ſub terrâ, divagatur. Pulchrè ruffula, marmoris inſtar, albâ nigrâque adſpergine diſtinguitur. Refert *Ludovicus de Capiné* in Itinerario Americæ Hiſpanicæ, dari permagnam Serpentem Thalaſſicam, quæ *Duberria marina* nuncupatur.

## Num. 5. *Serpens*, Cora Coras, *Americana.*

Luſitanis præterea *Talieboebot* etiam dicta, mutuato nomine à certâ quâdam radice, quæ Serpentinis flexibus intorta per terram prorepit, & brachii virilis craſſitie per dimidiæ horæ diſtantiam ſeſe extendit: fibroſa valdè eſt & tenax hæc radix, cujus quandam particulam inter rariora mea adſervo. In Americâ retia piſcatoria inde conficiuntur. D. *Valentin* in *P. III*, *pag.* 235, hujus radicis, ſeu funiculi nemorum mentionem fecit ſub nomine *Dahon Ledah Ledah*, ſeu *Hippogloſſi*, humilis nimirùm fruticis, quam longiſſimè, miris admodum flexibus, prorepentis. Serpens iſthæc habitum per ſquamas elegantiſſimum præ ſe fert.

TABULA.

après Pline, que tout Animal Vivipare montre ſes oreilles au dehors, excepté les Vivipares Cartilagineux, tels que le Veau Marin, le Dauphin, la Vipere, chez qui de petits trous percés tiennent lieu d'oreilles. Mais il ne faut pas ſe fier trop légerement à ces ſortes de raports. Les Commentateurs de Pline, ſans avoir été éclairés par leur propre expérience, ont ſuivi les traditions des Anciens, qui ne ſont certainement pas toujours exemtes d'erreur.

### N°. 2. *Serpent* Hikkanella, *d'Amerique.*

Les Portugais apellent ainſi ce genre de Serpent, parce qu'il habite ſous les toits des maiſons, & qu'il prend les Rats, les Loirs, & divers Inſectes, à peu près ſuivant la maniere de nos Chats domeſtiques. Auſſi l'on ſouffre ſans peine ces Serpens, à cauſe qu'ils ne font du mal à perſonne. Ils ſont munis de fort belles écailles, partagées en divers compartimens, formés chacun de quatre ou cinq écailles, lesquelles ſont décorées de taches bleues, régulierement diſpoſées. Son ventre blanchâtre eſt parſemé de taches. Vers l'anus ſont ſitués ſes deux teſticules, armés de pointes, & tels que nous les avons ſouvent vus dans d'autres Serpens.

### N°. 3. *Serpent* de Moculo, *d'Amerique.*

C'eſt dans la poſture, ici marquée que ſe met ce Serpent quand il va à la chaſſe des Araignées, dont il fait ſes repas. Ses écailles d'une couleur plombée, ſont toutes veinées en façon de marbrure de rayes noires, tracées dans un ordre régulier. Si nous en devons croire les perſonnes qui diſent s'être entretenues ſur le ſujet des Serpens avec les Espagnols transplantés en Amerique, on n'entend presque jamais parler chez eux d'aucun mal ou d'aucun dommage qu'ils ayent ſouffert de ces Reptiles.

### N°. 4. *Serpent* Duberria, *d'Amerique, ſaxatile.*

On ſait que ce Serpent ne va point dans l'eau, mais qu'il rampe toujours ſoit dans les montagnes, ou dans les plaines. Il eſt de couleur rouſſâtre, jolie, ombrée d'une marbrure noire & blanche. Louïs De Capiné raconte dans ſon Voyage de l'Amerique Espagnole, qu'il y a un très-grand Serpent de Mer, qu'on nomme le Duberria Marin.

### N°. 5. *Serpent* Cora Coras, *d'Amerique.*

Les Portugais l'apellent encore *Talieboebot*, par une dénomination priſe d'une certaine racine qui s'étend ſous terre en ſerpentant jusqu'à une demi lieue de diſtance. Cette racine eſt de la groſſeur du bras d'un Homme, fort fibreuſe, & tenace. J'en conſerve un morceau parmi mes Raretés. On en fait en Amerique des filets de Pêcheurs. Fr. Valentyn Part. 3. pag. 235 de ſon Voyage aux Indes, parle de cette Racine, ou de cette groſſe corde des forêts, ſous le nom de *Dahon Ledah Ledah*, c'eſt-à-dire Laurier Alexandrin. Il nous dit que c'eſt un Arbriſſeau bas, qui s'étend extrêmement loin, rampant ſous terre par une infinité de tours & de détours. Au reſte, les écailles qui couvrent notre Serpent, ſont enrichies d'enjolivemens.

PLAN-

SCD LYON 1

# TABULA SEPTUAGESIMA ET SEXTA.

## Num. 1. *Coluber, Ceilonicus, longiſſimus, pernicioſus, torvus,* Ammodites *dictus.*

Patulæ maxillæ plurimos emittunt dentes, valdè acutos: oculi, inſignes, flammei, amplâ ſub fronte, ex ruffo luteis tectâ ſquamulis, minutis, circularibus, ſcintillant; quorum à latere, utrinque ad collum usque, nigræ protenduntur tæniæ, dum ſquamas frontales nigricantia puncta diſtinguunt. Univerſum corpus tam ſuperius, quam inferius, ex dilutiſſimè albo cinereum, elegantibus maculis, quaſi acu pictis, inſignibus, anguloſis, ex fuſco & albo variegatis, per dorſum omne decurrentibus, ornatur. Supernæ corporis parti grandes inhærent ſquamæ rhomboideæ. Cauda ferè tota, ex fuſco maculata, cuſpidem oſſeam in fine gerit.

## Num. 2. *Serpens, Ceilanica, elegantiſſima, maculoſa.*

Longa hæc & tenuis, cinereo-lutea, ſaturatè fuſcis maculis, per inſignes ſquamas rhomboideas, ornatur, glaberrima certè & venuſtiſſima. Maculæ latæ, annulorum æmulæ, tam ſupra quam infra, marmoris inſtar, variegantur. Squamæ ventrales cæteris proportionali & magnitudine & latitudine pollent, ad rubrum quodammodo vergentes. Oculi ejus pulcherrimi, lucidi; frons magnis, albicantibus, tecta ſquamis; tænia ſpadicea transverſim ſuprà naſum defertur; cervicem lata inumbrat macula.

## Num. 3. *Serpens, Ceilanica, lemniſcis latis.*

Ex ruffo lutea hæc ſaturatè fuſcis tæniis, latiuſculis, à capite ad caudæ usque extremum, pingitur. Corpuſculo gaudet, inſtar prioris, tenui & longo, parvis rhomboideis ſquamis veſtito. Squamæ infernæ dilutè cinerei ſunt coloris: caput parvum. Innoxia eſt hæcce ſpecies, & ultrò in ædes ab incolis admittitur.

## Num. 4. *Lacerta, Chalcitica, marmorata, ex Gallæciâ.*

Hæc una cum aliis raris Coronio nobis miſſa, æreo, rubello infecta colore per tenues, oblongas, ſquamulas, à capite ad caudam usque, ex nigro & albo variegatur. Quæ naribus & fronti inſident, ſquamæ ex albo venuſtè pinguntur. Os in acutum convergit, acutis quoque dentibus obſeſſum. Oculi lucidi, ignei. Auriculis caret externis, quarum loco utrinque hiatus patet. Per dorſum dilutè albicans linea, ad longam usque & tenuem caudam, protenditur. Pedes longi, macri, longos in digitos, acutis unguibus præmunitos, finduntur.

## Num. 5. *Lacerta, fuſca, nigris maculis, ex Gallæciâ.*

Hæc quoque Coronio huc delata, nigro fuſca, punctis nigris quaſi adſperſa, dorſum pectine aut ſerrâ munitum gerit. Caput ſquamis pulchrè tegitur, quæ retrorſum ferè ſeparatæ quaſi, minutis angularis eminentiis

# PLANCHE SOIXANTE ET SEIZIEME.

### N°. 1. *Serpent* Ammodite, *de Ceylon, très-grand, & dangereux.*

On lui a donné ce nom, parce que par la prodigieuſe force de ſon corps, il ſait ſi bien entourer, lier, & ſerrer un Buſle, qu'il l'étrangle pour ainſi dire, le ſuffoque, & par ce moyen le fait tomber à terre, pour ſucer enſuite ſon ſang & s'en deſalterer. Mr. Jean Ray, cet habile Naturaliſte, a fait mention de ce Serpent vorace dans ſon *Abrégé Méthodique des Animaux*, pag. 332. Sa couleur eſt d'un bleu-mourant. Sa tête, petite à proportion de la groſſeur & de la longueur du corps, eſt défendue par de grandes & belles écailles. Le deſſus de ſon corps eſt revêtu de trois ſortes d'écailles différentes quant à la figure. Celles qui tapiſſent le col jusqu'au milieu du corps ſont circulaires, elles deviennent enſuite hexagones, auxquelles ſuccedent des rhomboïdes jusqu'au bout de ſa queuë longue & déliée. Celles qui garniſſent les côtés & le deſſous du ventre, ſont entierement blanches.

### N°. 2. *Serpent* Boyuna *de Ceylon, c'eſt-à-dire, Serpent noir, paré ſur ſa tête blanche d'une espece de Couronne, ou de Diademe.*

Sa tête eſt blanche, munie de larges écailles. Les bords de ſes mâchoires ſont traverſées de bandelettes noires. Le derriere de ſa tête porte comme l'empreinte d'une Tiare. La partie antérieure du corps a presque la longueur d'une demi-aune d'Hollande, plaquée comme de vaſtes taches marbrées de blanc, qui regnent principalement ſur le dos, & s'étendent çà & là ſur le ventre. Les écailles du ventre & de la queuë ſont ceintes d'une bordure étroite, & blanchâtre. Jean Ray dans ſon *Abregé des Animaux*, pag. 329, dit que ce Serpent eſt long, mince, & qu'il exhale une puanteur ſemblable à celle des petits Renards.

### N°. 3. *Orchis de Perſe; ou, Salab à une feuille, à double racine bulbeuſe, & à fleur purpurine; Espece de Teſticule de Chien.*

Cette Plante qui croît ſur les confins de la Perſe & de la Chine, a ſes deux racines oblongues, fibreuſes, bulbeuſes, pendantes



SCD LYON 1

radices, ſibi invicem quaſi adnatas, revera tamen ſeparatas, gerit; ex quibus unum duntaxat naſcitur folium, convolutum circa caulem, qui è medio coalitûs radicum porrigitur, in ſuî apice flores emittens pulchrè purpureos, ſpeciem homunculi factitii præ ſe ferentes, quousque explicationi ſuæ proximi ſunt: explicati enim hancce formam amittunt.

Sinenſes & Perſæ magni pendunt hanc radicem, cui vim Aphrodiſiacam adſcribunt, quâ conjuges ad coitûs libidinem excitet: præterea alias etiam de illâ virtutes prædicant per experientiam adnotatas. Unde peregrè profecturi hanc usque ſecum portant loco præcipui medicamenti, quo contra quasvis caſu adortas ægritudines & languores utuntur: redigunt nimirum in pulverem, hujusque drachmam quotidie bis cum vino aut potu Chocolatâ aſſumunt. Nos quoque experti ſumus ſingularem ejus utilitatem ad convulſiones nervorum, Epilepſias infantum & adultorum atque ſpaſmos; unde viribus ferè ad Radicem *Niſi* ſeu *Ginſing* accedit. Bulboſæ hæ radices valdè glutinoſæ ſunt, & poſtquam defloruerê, granuloſæ evadunt, at manente tamen earum pingui glutinoſitate, quâ à corruptione præſervantur. Exſiccatæ lapidis duritiem induunt, dum gelatina ipſis inhærens omni prorſus fluido orbatur. D. Jac. Breynius, *Plant. Exot. Cent. I, fol.* 94 &c. *Orchides* deſcribens, exhibet, quânam ratione plantæ hæ mirabilibus florum ſuorum ſpeciebus variorum animantium formas referant: harum quædam in Tabula libri memorati repræſentantur.

Radix Satyrionis aliquatenus ſimili virtute & efficaciâ pollet, qualis de Salab Perſico prædicatur. Non pauci Authores illius deſcripſerê vires, inprimis autem D. *Abrah. Munting* in Deſcript. *Herbar. Flor. Bulbor. fol.* 400. Satyrium Germanis *Stendelwurtzel* vocatur, cujus, tum & radicis Orchidis, virtutem ſupra commemoravimus: pulveriſatæ, cum ſaccharo datæ, ſpaſmo & convulſionibus nervorum medentur; in fluore muliebri albo & ſanguineo præter naturali quoque uſurpantur, tum & in Epilepſiis infantum. Radix tamen *Salab* Perſici, ut ut parum cognita hucusque, nec uſitata, iſtis multùm prævalet.

## Num. 4. *Orchis, ſeu* Salab, *Perſicum; Cercopitheci formâ, bifolium.*

Hæc altera *Salab* ſpecies bina gerit folia, è craſſo ſenſim in acutum deſinentia, Tulipæ inſtar folii: horum è medio brevis ſurgit, & intus cavus, caulis, duodecim & ultrà flores proferens, qui puſillis, recurvis, caliculis inſidentes, figuram Simiolarum aut Cercopithecorum referunt, capitello quaſi nigris pilis obſito, viridem inter calicem eminente, tum binis quoque pedibus anticis & poſticis, unà cum caudâ piloſâ, comparentibus, ex purpureo & cœruleo variegatis: lit. A floſculum talem exhibet. Bulbi, campaniformes, inverſæ Tulipæ æmuli, plurimas tenues, deorſum diviſas, radiculas, quaſi digitos, emittunt: hi, dum defloruerê, effodiuntur, depurantur, & filis alligati, radiis ſolaribus expoſiti, ſiccantur, prout ſub Num. 5 & 6 oſtenditur: ſiccati ob ſubſtantiæ ſuæ glutinoſitatem pellucent. Eædem virtutes medicatæ his, quæ prioribus, ineſſe dicuntur.

## Num. 7. *Radices* Salab, *parvæ, ex Perſiâ.*

Conſultò inter colligandum cautum eſt, ne una aliam contingat, ſed omnes ſeparatæ ab invicem exiſtant, ut nimirum à ſitu præſerventur, & tantò melius, aperto aëre & ſole undique attactæ, ſiccentur. Figura

tes en forme de deux teſticules, accrus enſemble, du milieu desquels s'éleve autour de la tige une ſeule grande feuille. Sa tige porte au ſommet des fleurs d'un beau pourpre, reſſemblant en quelque façon, quand elles ſont ſur le point de ſe déployer, à la figure d'un petit homme qu'on fait avec du plâtre ou autrement; lorsqu'elles ſont déployées, elle perdent cette reſſemblance.

Les Chinois & les Perſans font un grand cas de la racine de cette Plante, à laquelle ils attribuent non ſeulement de grandes vertus pour exciter aux plaiſirs vénériens, mais encore pluſieurs autres vertus qu'ils prétendent confirmées par leur expérience. Auſſi ne partent-ils pas volontiers de leurs logis, ſans porter cette Plante avec eux. Ils s'en ſervent comme d'une Panacée contre toutes ſortes de langueurs & de maladies, qui leur ſurviennent ſubitement. Ils la pulvériſent, & en prennent deux fois par jour une Drachme, dans du vin ou du Chocolat. En notre particulier, nous avons expérimenté ſon utilité ſinguliere dans les Spasmes, les Convulſions, les Epilepſies ſoit des enfans ou des adultes. Il paroit de-là que ſes vertus approchent de celles du Niſi ou Ginſeng. Ses racines ſont extrêmement gluantes, & quoiqu'après avoir fleuri elles deviennent granuleuſes, elles conſervent néanmoins toujours une certaine viſcoſité graſſe qui les empêche de ſe gâter. Quand on les a ſêchées, elles durciſſent comme la pierre, leur ſuc glutineux étant privé de toute humidité. Jaq. Breynius dans ſa 1ere Centurie des Plantes Exotiques, pag. 94, décrivant diverſes Especes d'Orchis, a pris ſoin de conſidérer la merveilleuſe varieté de leurs fleurs qui imitent la reſſemblance de differens Animaux, ce dont il a donné quelques exemples dans une des Planches de ſon Ouvrage.

La racine du Teſticule de Chien a des vertus en quelque maniere ſemblables à celles qu'on attribue au Salab de Perſe. Pluſieurs Auteurs ſe ſont étendus ſur ce ſujet, mais principalement Abrah. Munting dans ſa Description Latine *des Herbes*, *Fleurs*, *& Bulbes*, pag. 400. Les Allemands apellent *Stendel-Wurtzel*, la Plante que nous nommons Teſticule de Chien, dont au reſte les vertus ſont les mêmes que celles de la racine de l'Orchis, mentionnée dernierement. En effet, la racine du Teſticule de Chien réduite en poudre, & incorporée avec du ſucre, remédie aux convulſions des nerfs. On l'employe encore pour arrêter les fleurs blanches & rouges préternaturelles des femmes, comme auſſi pour l'Epilepſie dont les enfans ſont attaqués. Toutefois la racine Salab des Perſans, quoique jusques à ce jour peu connue, & peu uſitée, eſt de beaucoup préferable.

## N°. 4. *Orchis, ou Salab de Perſe, à deux feuilles, & à fleur de la figure d'un petit Singe.*

Cette ſeconde Espece de Salab pouſſe deux feuilles ſemblables à celles de la Tulipe, larges dans leur baſe, & finiſſant inſenſiblement en pointe. Des aiſſelles des fleurs s'éleve une courte tige, creuſe en dedans, portant une douzaine de fleurs & davantage. Ces fleurs entourées de petits calyces recourbés, imitent l'air d'un petit Singe, montrant comme une tête qui ſort du calyce verdâtre, enſuite deux pieds de devant & deux de derriere, accompagnés d'une queuë velue, le tout panaché de pourpre & de bleu. La lettre A repréſente une telle fleur. Les bulbes de cette Plante, faites en cloches, & ſemblables à une Tulipe renverſée, pouſſent pluſieurs petites racines menues qui ſe partagent comme en doigts. Après que ces bulbes ont fleuri, on les tire hors de terre, on les nettoye, on les ſuspend par des fils, & on les expoſe aux rayons du ſoleil, ſuivant la maniere qu'on le montre ici ſous les Num. 5 & 6. Les bulbes étant ſêchées ſont reluiſantes, à cauſe de leur viscoſité. On pretend que cette Orchis a les mêmes proprietés Medicinales que les Especes précedentes.

## N°. 7. *Petites Racines de Salab, de Perſe.*

On prend grand ſoin quand on les attache de les mettre ſéparement, & de maniere qu'elles ne ſe touchent point les unes les autres, pour les mieux conſerver, & pour que recevant de toutes parts la chaleur des rayons du Soleil, elles ſe ſêchent partout également.

SCD LYON 1

Figura hisce non omnibus eſt eadem, dum aliæ rotundæ, aliæ oblongæ, aliæ rurſus angulofæ, & magnitudine quoque diſſimiles ſunt. Quamvis delineationem nullam acceperimus, tamen per literas nobis ſignificatum eſt, hanc parvam ſpeciem, ſimplici quæ bulbo conſtat, tam ratione foliorum & florum, quam virtutum, cum priùs deſcriptâ Num. 3 convenire.

### Num. 8. *Radix* Salab, *Perſici; cordis figurâ.*

Hujus *Salab* ſpeciei, bulbum quæ gerit, cordis Animalis aut humani æmulum, iconem quidem non obtinuimus, ſed memoratum nobis eſt, bulbum radicis, uti patet, cordis figuram præ ſe ferre, tenuibus, fibroſis, radiculis progerminantibus obſitum. Frons ternis conſtat foliis, cauli adnatis, quorum medium cordiforme quoque eſt, aut Trifolii æmulum: flores inſignes, albicantes alii, alii rubentes. Hinc Planta hæc congruere videtur cum Oxalide Africanâ, quam ſequenti Num. 9 exhibemus. Perſæ hanc *Salab* ſpeciem, ob cordis ſimilitudinem, pro remedio cardiaco habent, utiliſſimo ad palpitationes cordis, & circulum ſanguinis debitâ cum velocitate promovendum.

### Num. 9. *Oxys, Africana, flore albo, trifolia, bulboſa, Promontorii Bonæ Spei.*

Hæc formam ferè eandem habet, ſub quâ Radix *Salab* Num. 8 nobis deſcripta eſt, ut ut virtute cum hâc ne comparari quidem poſſit: eſt enim indolis & ſpeciei prorſus diverſæ. Vid. *Jac. Breyn. Prodr.* pag. 80.

## TABULA OCTOGESIMA ET QUARTA.

### Num. 1. *Coluber,* Tlehua, *ſeu Igneus, perpulcher, ex Novâ Hiſpaniâ.*

Flammatim pictus hic Serpens, per dorſum inſignes gerit oculatas, maculas, ſpadiceas, inter ſe concatenatas, variegatione marmoris fere æmulâ. Squamæ dorſi in ſe dilutè virides; at ventrales, flavedine dilutâ tinctæ, rubris lituris diſtinguuntur. Catenatum opus per dorſum defertur, flexu Serpentino, coloris obſcurè fuſci. Utrinque ad latera tæniæ decurrunt ſubruffæ, propè caudam evaneſcentes. Caput ſingulariſſima ornat pictura. Dentes minuti: at grandes oculi. Gliribus veſcuntur, muribus, aliisque animalculis ſibi acceptis.

### Num. 2. *Serpens,* Petzcoatl, *ſeu Anguis Lubricus, Mexicanus.*

Flava hæc & dilutè rubella per ſupernam corporis partem, tum mirè glabra eſt & lubrica per inſignes ſquamas rhomboideas. Ventris ſquamæ transverſales pariter ex ruffo & flavo variegantur. Caput ſcutiformibus tegitur ſquamis, peramplis. Oculi venuſti multùm patent. Longitudinis eſt plusquàm tricubitalis, cui latitudo proportione reſpondet. In cavis arborum deliteſcunt hi angues, unde ex inſidiis prædam obſervant mox aucupandam, ubi ſeſe obtulerit: hinc nec rarum eſt binos aut plures ſimul eidem inhiare objecto, dum comparandi proprii pabuli quemlibet incendit cupido.

Num. 3.

également. Toutes ces racines n'ont point une même groſſeur ni une même figure. Les unes ſont rondes, les autres oblongues, & d'autres angulaires. Quoique nous n'ayons reçu aucune repréſentation de cette petite Espece de Salab qui n'a qu'une ſimple bulbe, on nous a pourtant mandé par Lettres, qu'elle convient parfaitement par raport aux feuilles, aux fleurs, & aux vertus, avec celle qu'on a décrit au Nomb. 3.

### N°. 8. *Racine de Salab de Perſe, qui a la forme approchante d'un Cœur.*

A la vérité, nous n'avons point eu de figure de cette Espece de Salab dont la bulbe eſt taillée en cœur, mais on nous a rapporté que cette bulbe bourgeonnoit pluſieurs courtes racines, déliées, filamenteuſes. Sa feuille eſt compoſée de trois autres feuilles adhérentes à la tige; celle du milieu imite la figure d'un cœur, ou reſſemble à du Trefle. Ses fleurs ſont grandes, les unes blanchâtres, les autres incarnates. D'où il ſemble que cette Plante convient avec l'Alleluja d'Afrique, dépeinte au Nombre ſuivant. Cette Espece de Salab, à cauſe de ſa reſſemblance avec la figure du cœur, paſſe chez les Perſans pour un excellent cardiaque, très-utile pour guérir les palpitations de cœur, & remettre la circulation du ſang dans ſon état naturel.

### N°. 9. *Alleluja d'Afrique, du Cap de Bonne Esperance, à trois feuilles, à fleur blanche, & à racine bulbeuſe.*

Cette Alleluja ſemble avoir presque le même port que la Plante dont nous venons de parler au N°. 8. Mais elle ne peut lui être comparée par raport aux qualités, celle-ci ſe trouvant d'une Espece & d'une nature tout-à-fait différente. Voyez Jaq. Breynius dans ſon Introduct. aux Plant. pag. 80.

## PLANCHE QUATRE-VINT-QUATRIEME.

### N°. 1. *Couleuvre* Tlehua, *ou Ignée, belle, de la Nouvelle Espagne.*

Elle eſt marquée ſur le deſſus du corps de taches qui décourent en flammes, & d'autres grandes taches chatain, ovales, imitant des yeux, attachées bout-à-bout, & formant comme une marbrure. Les écailles du dos ſont céladon, celles du ventre jaunâtres, ſillonnées de rayes rouges. La chaîne de taches qui regne ſur le dos en ſerpentant, eſt d'un brun-ſombre. Sur chaque côté du ventre paſſent des bandelettes rouſſâtres qui diſparoiſſent près de la queuë. Sa tête eſt relevée d'une madrure vraiment particuliere. Ses yeux ſont grands, & ſes dents petites. Cette Espece de Serpens vit de Rats, de Loirs, & autres Animaux pareils, de ſon goût.

### N°. 2. Petzcoatl, *ou, Serpent gliſſant au toucher, du Mexique.*

Le deſſus de ſon corps eſt jaune mêlé d'un peu de rouge, couvert de grandes écailles taillées en lozanges, glabres, liſſes, gliſſantes au toucher. Les écailles transverſales du ventre ſont mêlangées de roux & de jaune. Sa tête eſt défendue par d'amples & fortes écailles, relevées en boſſe. Ses yeux ſont beaux & très-grands. Il a plus de quatre pieds & demi de longueur, & une groſſeur proportionelle. Ces ſortes de Serpens ſe tiennent cachés dans des creux d'Arbres, d'où ils épient leur proye, & fondent deſſus quand elle ſe préſente. Ce n'eſt point même une choſe rare qu'il y ait deux ou trois de ces Serpens qui viſent au même butin, chacun n'étant travaillé que du ſoin inquiet de pourvoir à ſa ſubſiſtance.

N°. 3.



SCD LYON 1

## Num. 3. *Serpens, Americana,* Pela *dicta; Pediculoſa.*

Dilutè ruffulus color corpori hujus inhæret: at dorſum tamen magis ex fuſco rubeſcit. Ventrales ſquamæ flavent. Caput minutum ex rubro igneis micat oculis. Infeſtant has Serpentes Pediculi, Scarabæis parvis ſimiles, ſcuto ſupra dorſum armati, pedunculis ſuis plurimis inter ſquamas, ad cutim usque, ſeſe inſinuantes, ubi mordendo & victum ſuum exſugendo valdè divexant hoc & alia Serpentum genera.

## Num. 4. *Glis, ſylveſtris, Americanus, cum catulis ſuis.*

Animalculum hocce in dorſo ſecum portat catulos ſuos, dum victum hi quæritant, aut aliis ab Animantibus profugi ſunt. Eſt hinc huic Glirium generi cauda longiſſima, quam circum Catuli aliquando quini, ſeni & plures, ſuas ſinguli caudas, pariter longas, obtorquent. Et certè à naturâ ipſis inditum videtur, mox ut, à ſenibus dum alliciuntur, horum conſcendant dorſum, caudisque ſuis, horum circa caudam convolutis, firmiter ibi hæreant. In decurſu Part. I, Tab. XXXI, grandiores hujus generis Glires exhibuimus. Color illis ſubruffus eſt, pilis albis variegatus: ſub capite, & per abdomen idem magis dilutus viſitur. Cauda pedesque, una cum inſignibus Auriculis, pendulis, ferè prorſùs candicant. Nucibus, fructibus, radicibus, & herbis, paſcuntur.

## Num. 5. *Nux Avellana, Indica.*

Hæc ferarum in ſaltibus eſt pabulum.

## Num. 6. *Cinanomi, ſylveſtris, Americani, ramulus.*

Folia ferè *Malabathri* æmula, minora tamen, nec adeo craſſa, hinc cum foliis Caryophylli Aromatici magis adhuc conveniunt. Flores racematim, plurimis pediculis inſiſtentes, parvis, rotundis, granulis præditi inſtar *Botryos* ſunt. Lignum & cortex validum Cinamomi ſaporem præbent, at aliquantùm amaricantem. D *Jacobus Breynius* in *Cent. I Exot. Pl. f.* 2, aliam hujus ſpeciem Braſilienſem deſcripſit, quæ floribus quidem, haud tamen foliis, cum noſtrâ congruit. D. Prof. *Boerhaave* nomen *Lauri Indici* vel *Cinamomi ſpurii* arbori huic imponit.

# TABULA OCTOGESIMA ET QUINTA.

## Num. 1. *Serpens, ex Regno Peru, conſpicillo inſignita.*

Hæc cervicem, obſcurè fuſco adumbratam colore, haud tamen tumidiorem gerit, quam Serpentes vulgares. Conſpicillum fibulæ vel uncinulo fere ſimile eſt, quo fœminæ veſtes ſuas adſtringunt. Interim tamen refertur inter Serpentes

### N°. 3. *Serpent* Pela *d'Amerique, qu'on pourroit nommer* Le Pouilleux.

Sa couleur alézan-clair, eſt ſur le dos d'un brun rougeâtre. Ses écailles du ventre ſont jaunes. Sa tête eſt petite. Ses yeux ſont étincelans. Ces Serpens ſont couverts de Poux, ſemblables de figure à de petits Escarbots, & munis ſur le deſſus du corps d'un bouclier. Ils ſe cramponnent avec leurs pieds nombreux entre les écailles, pénétrent la peau qu'ils ſucent pour ſe nourrir, & déſolent ainſi non ſeulement cette Espece de Serpent, mais encore divers autres.

### N°. 4. *Loir ſauvage d'Amerique, avec ſes Petits.*

Il porte ſur le dos ſes Petits, qui en descendent pour chercher leur vie, & y remontent quand ils ſont pourſuivis par d'autres Animaux. D'où vient que cette ſorte de Loirs a la queuë très-longue, autour de laquelle ſes Petits, quelquefois au nombre de cinq, de ſix, & davantage, entortillent chacun leur queuë. C'eſt un inſtinct naturel qu'ils ont de monter ſur le dos des vieux Loirs, & de s'y tenir ferme en entortillant leur queuë autour de celle du Loir ſur lequel ils grimpent. Nous repréſenterons dans la ſuite de cet Ouvrage d'autres plus grands Loirs que celui-ci. Au reſte, ſon poil ſur le corps eſt rouſſâtre mêlé de blanc. La même couleur, mais plus claire, regne ſur la tête & ſur ſon ventre. Sa queuë, ſes pieds, & ſes grandes oreilles pendantes, ſont abſolument blanchâtres. Il ſe nourrit de Noix, de fruits, de racines, & d'herbes.

### N°. 5. *Noiſette des Indes.*

Elle fait la pâture des Bêtes ſauvages dans les forêts.

### N°. 6. *Branche de Canelier ſauvage, d'Amerique.*

Ses feuilles ſont aſſez approchantes de la feuille Indienne, mais plus petites & moins épaiſſes; ainſi elles reſſemblent davantage à celle de l'Arbre qui porte le Gerofle. Ses fleurs ramaſſées en grapes, ſoutenues ſur pluſieurs pédicules, renferment quantité de petits grains ronds, tels que la graine du Piment. Son bois & ſon écorce ont le goût piquant de la Canelle, mêlé néanmoins d'un peu d'amertume. Breynius dans ſa I. Centur. des Plant. Exotiq. pag. 2, décrit une autre Espece de Canelier du Breſil, qui convient avec le nôtre quant aux fleurs, mais qui en differe par raport aux feuilles.

# PLANCHE QUATRE-VINT-CINQUIEME.

### N°. 1. *Espece de* Serpent à Lunette, *du Perou.*

Son col, dont la couleur eſt d'un brun ſombre, n'eſt point plus gros que dans les Serpens ordinaires. Sa lunette reſſemble beaucoup de figure à ces petits crochets avec lesquels les femmes attachent leurs habits. Cependant on range ce Serpent

SCD LYON 1

Serpentes, conſpicillo ornatas: & quia harum quam proximè æmula eſt, nec adeo ubique obvia, hinc commodè hîc exhiberi poſſe, nobis videbatur. Caput venuſtum, magnis tectum ſquamis, collari dilutè cinereo ſuccingitur: humeros pariter obſcurè ruffa faſcia redimit. Cæterùm uniformiter ex ruffo cinereus color, albo variegatus, per ſquamas univerſi corporis ſuperni regnat. Ventris ſquamæ transverſales dilutè cinereo colore reſplendent.

### Num. 2. *Serpens, minor, Peruviana, ſine conſpicillo.*

Hæ utplurimùm fœminini ſunt ſexûs; nec latioribus donatæ ſcapulis; ſed nigro fuſci coloris, & collari præcinctæ. Occiput, quod anticâ parte obſcurè ruffum eſt, retrorſùm verſus albeſcit. Squamæ ſupernæ, ex ruffo dilutè cinerei coloris, ſingulæ ſaturatum magis apicem gerunt: ſubtus in totum albicant.

## TABULA OCTOGESIMA ET SEXTA.

### Num. 1. *Serpens, Æſculapius, Orientalis, maximus.*

Ex inſulâ Ceilanicâ miſſus hic Serpens, per ſquamas infernas cinereo-luteus, per corporis ſuperni ſquamas luteas ſaturatè fuſco colore obumbratus, magnis, latis, anguſtisque, tæniis, plenè ſpadiceis, annulariter totum corpus ambientibus, ornatur: ad latera, & ventris ſquamas transverſas, ex cinereo dilutè flavus regnat color. Caput breve & parvum ex albo & fuſco pulchrè variegatur: binæ albicantes maculæ fronti, annulusque albicans cervici inſcribitur: dentes valdè minuti. Cæterùm viſu pulcherrimus eſt hic Serpens, totus teres & carnoſus. Squamæ nigrofuſcæ eleganter lucidum emittunt tonum. Cauda obtuſa. Hujusce generis aliunde delati jam dum in Tab. LI & LII & aliis meminimus, ita ut plura de eo dicere ſuperſedeamus. Serpens hic humanitate ſingulari dono mihi datus eſt à veteribus & honoratiſſimis amicis meis D. *Balthaſaro Schayd* ejusque Socio, mercatoribus Amſtelædamenſibus.

### Num. 2. *Lacertus, Americanus, Amphibius,* Tupinambis *dictus.*

Elegantiſſimus hic Lacertus alio etiam nomine *Sauvegarde* vulgò appellatur. Pro verâ hiſtoriâ venditatur, quod Amphibium hocce in aquâ (alto enim mari ſe non committit) Crocodilum, qui pariter Amphibius terrâ marique vivit, prorumpentem audiens aut videns, vehementem edat ejulatum præ metu, ne à Crocodilo prehenſum deglutiatur; quo percepto homines, natandi aut lavandi gratiâ aquæ immerſi, quam ocyſſimè littus petant; quum Crocodilus homines quoque invadat, ut ut ob pedum brevitatem curſu haud adeò velox ſit, ac illi aut Lacertus *Sauvegarde*, qui hocce nomine inſignitur, quia ejulatu ſuo vitam hominum ſervat & tuetur. Eſt hocce animal, præterquam quod quatuor inſiſtat pedibus, in quinque digitos, acutis & incurvis unguibus munitos, fiſſis, cæterum Serpenti in omnibus ſimile. Colore & formâ, tum & magnitudine, & eleganti picturæ diverſitate, variant hæ Lacertæ. Hujusce

Serpent parmi les Serpens à Lunette; & de fait, comme il en approche de fort près, & qu'on ne le rencontre pas communément, nous avons cru pouvoir le mettre dans cette claſſe. Sa tête eſt jolie, munie de grandes écailles, & entourée d'un collier gris-clair. Ses épaules ſont ceintes d'une bande tannée-obſcur. Tout le deſſus de ſon corps eſt uniformément couvert d'écailles rouſſes, variées de blanc & de cendré. Les écailles transverſales du ventre ſont d'un gris-clair argenté.

### N°. 2. *Serpenteau du Perou, ſans Lunette.*

Ces ſortes de petits Serpens qui n'ont pas de larges épaules, & qui portent autour du col un collier brun-obſcur, ſont pour l'ordinaire des Femelles. Le devant de la tête du nôtre eſt roux-foncé, & le derriere blanchâtre. Les écailles du deſſus du corps ſont cendrées-rouſſes, & ont chacune leur pointe noirâtre; mais les écailles du ventre ſont toutes blanches.

## PLANCHE QUATRE-VINT-SIXIEME.

### N°. 1. *Serpent d'Eſculape, Oriental, très-grand.*

On a envoyé ce curieux Serpent de l'Iſle de Ceylon. Le deſſus de ſon corps eſt couvert d'écailles jaunes, ombrées de brun-ſombre d'un luſtre éclatant, & cerclé de bandes annulaires, bay-brunes, les unes étroites & les autres très-larges. Les écailles qui tapiſſent les côtés & le deſſous du ventre, ſont cendrées-jaunes. Sa tête eſt petite, courte, variée joliment de blanc & de brun. Son front eſt moucheté de deux taches blanchâtres. Son col eſt entouré d'une bandelette blanche. Ses dents ſont fort petites. Son corps eſt rond & charnu. Sa queuë eſt obtuſe. Comme nous avons déja décrits aux Planches LI, LII, & ailleurs, des Serpens de cette même ſorte, quoique d'autres païs, nous nous diſpenſerons de nous étendre plus au long ſur celui-ci, qui au reſte m'a été donné en préſent d'une maniere fort polie par mes anciens Amis que je conſidere beaucoup, Mr. *Balthaſar Schayd*, & ſon Aſſocié, Négocians d'Amſterdam.

### N°. 2. *Lézard* Tupinambis *d'Amerique, Amphibie.*

Il eſt encore nommé communément *Sauvegarde.* L'on raconte pour une choſe vraye, que cet Amphibie étant au bord de l'eau, (car il ne ſe hazarde jamais en pleine mer,) entendant ou voyant venir à lui un Crocodile, qui à ce qu'on ſait eſt un autre Amphibie vivant également ſur terre & dans la mer, il jette alors (de la crainte qu'il a d'être dévoré par cet Animal) un cri terrible; ce que les hommes qui ſe baignent autour de cet endroit entendant, ne manquent point de gagner au plûtôt le rivage, parce que le Crocodile ſe jetteroit pareillement ſur eux; mais à cauſe de la petiteſſe de ſes pieds, il ne peut facilement les atteindre, ni même courir auſſi vîte que notre Lézard, qui conſervant de cette façon la vie aux Hommes, mérite avec raiſon le nom de *Sauvegarde* qu'on lui a donné. Cet Animal, a ainſi que les autres Lézards, quatre pieds, fendus en cinq doigts armés d'ongles pointus & crochus. Pour le reſte, il reſſemble en tout à un Serpent. Mais les Lézards de la ſorte varient beaucoup en figûre, en grandeur, en couleur, & en tacheté. Celui-ci a le deſſus du corps noirâtre, revêtu de fort petites écailles ſurſemées de taches blanchâtres,



SCD LYON 1

Hujusce perelegans eſt corpus ſupernum, atro fuſcum, minutiſſimis ſquamulis tectum. Oculi ſphærici albidi: tenues, candicantes tæniæ per ſuperiora corporis decurrunt: per femora, pedes & cervicem albæ pinguntur maculæ, tum & per partem caudæ craſſiſſimam, quæ marmoris inſtar, ſcutis obſcuris, ſubſtratâ in albedine acu quaſi pictis, ad caudæ longæ & acutiſſimæ finem usque exporrectis, variegatur. Frontem ternæ albicantes, & binæ ſubruffæ tæniæ, ſquamæque circulares exornant. Venter albis tegitur ſquamulis, ejusque latera limbis candidis, latis, ex fuſco quadantenus, flammæ in modum, variegatis, prætexuntur. Squamulæ corporis ſuperni tenues, albis quaſi pellucentibus ſunt conſperſæ. Per caudæ dorſum minuti denticuli ſerratim eminent. Quid multa? Lacertus hic conſummatiſſimæ eſt pulchritudinis, haud immeritò *Servator hominum* nominandus.

## Num. 3. *Lacerta, Africana, volans, ſeu Draco volans.*

Per ſuperiora corporis dilutè cœruleus, minutis, ſubrotundis, ſquamulis veſtitur. Alæ ad cutim corporis ſuperni accretæ, à pedibus anticis ad poſticos usque protenſæ, ibi femoribus quoque adhærent inſtar ventilabri, quod explicari & complicari poteſt: earum expanſio ſupra pulchrè variegata & maculata eſt, ex ſaturatè fuſco, nigro & albo exterius, tum limbo quodam per circumferentiam: teguntur & hæ tenuibus, minutis, ſquamulis. Quatuor gaudent pedibus, Lacertarum inſtar, & longâ acutâque caudâ. Caput binis tuberculis, quaſi protuberantibus corniculis, tum & ſquamulis obſitum eſt. Oculi lucidi, ignei, vel ſcintillantes: os acuminatum: lingua curta & craſſa, Salamandræ æmula: dentes minuti, acuti: ingluvies ad maxillam inferiorem & collum firmatur, ſuam ubi eſcam priùs recondunt, donec commodè & lentè deglutire illam poſſint: vermiculis & muſcis veſcuntur, nec ullum damnum inferunt.

## Num. 4. *Anguis, Scytale, minor & elegans, ex Chio inſulâ.*

Squamulæ ejus exiguæ ſubſtratæ, fuſcæ, albis nigrisque punctis quaſi obſeruntur.

## Num. 5. *Serpens, eximia, Africana, crocea, fronte albâ.*

Corporis ſuperni ſquamulæ pulcherrimè croceæ ſunt: frons alba: oculi lucidi, cœrulei. Squamæ inſernæ transverſales in totum candicant.

## Num. 6. *Erica, Africana, Myrti folio, acuto, & hirſuto.*

Floſculi ex apice oriundi, tum & ex ramulis lateralibus, ſeptem vel octo ſimul congregati, tenuibus pedunculis pendent: petalis ſinguli conſtant quaternis dilutè purpureis; èque medio ſtamina terna, quaterna, globulo luteo in apice coronata, exſurgunt. Truncus ſaturatè luteus utrinque foliis veſtitur.

TABULA

châtres, & traverſé de courtes bandelettes de la même couleur. Son col, ſes cuiſſes, & ſes pieds, ſont madrés de taches blanches. Sa queuë eſt longue, pointue, munie de fortes écailles brunes-obscur, & marbrées d'un bout à l'autre de taches, qui placées ſur un fond blanc ſemblent être l'ouvrage de l'art. Son front eſt ceint de trois bandeaux blancs, & de deux roux, poſés ſur les écailles circulaires dont il eſt couvert. Le deſſous du ventre eſt tapiſſé de petites écailles blanches, terminées ſur les côtés par une large bordure blanche variée de brun, laquelle décourt en façon de flamme. Les écailles du deſſus du corps ſont petites, minces, ſemées comme d'yeux d'un blanc argentin. Le deſſus de ſa queuë eſt hériſſé d'une dentelure de petites dents faites en dents de ſcie. Enfin ce Lézard eſt d'une beauté parfaite.

### N°. 3. *Lézard d'Afrique qui vole. Ou, Dragon ailé.*

Il a le deſſus du corps bleu-céleſte, & couvert de petites écailles ovales. Ses ailes fermement attachées au tronc du corps & aux cuiſſes, s'étendent depuis les pieds de devant jusqu'aux pieds de derriere en maniere d'éventail qui peut ſe déployer & ſe refermer. Le deſſus des ailes eſt tapiſſé dans toute leur étendue de très-petites écailles minces, jaſpées d'une marbrure de taches brunes, noires, & blanches, & terminées par une bordure qui regne tout autour de l'aile. Ce Dragon, a de même que les autres Lézards, quatre pieds, & une longue queuë pointue. Sa tête chargée de petites écailles, pouſſe au dehors deux tubercules en forme de cornichons. Ses yeux ſont brillans, pleins de feu. Sa gueule finit en pointe. Sa langue eſt petite, épaiſſe, ſemblable à celle de la Salamandre. Ses dents ſont auſſi petites, & acérées. Sa poche, ou ſon jabot, eſt fortement attaché à ſa mâchoire inférieure & à ſon col. C'eſt là où eſt reçue d'abord ſa mangeaille, pour être enſuite portée dans l'eſtomac qui la digere lentement & commodément. Cet Animal ne cauſe aucun dommage, content de butiner ſur les Mouches & les petits Vers.

### N°. 4. *Serpent rond de corps, nommé en Latin* Scytale, *joli, petit, de l'Iſle de Chio.*

Il eſt paré de petites écailles brunes, tictées de points blancs & noirs.

### N°. 5. *Beau Serpent d'Afrique, couleur d'or, au front blanc.*

Ses écailles ſur le deſſus du corps ſont petites, d'un roux doré. Son front eſt blanc, ſes yeux bleus & brillans, ſes écailles transverſales entierement blanches.

### N°. 6. *Bruyere d'Afrique, à feuille de Myrte, pointue, hériſſée de piquans.*

Ses fleurs ſoutenues ſur de courts pédicules, & compoſées chacune de quatre pétales purpurins, naiſſent ſept ou huit, ramaſſées enſemble, au ſommet de la tige & des rameaux. Du milieu d'elles, s'élevent trois ou quatre étamines, qui portent à leur ſommité un petit bouton jaune. Le tronc de la Plante eſt jaune-brun, tout garni de feuilles.

PLAN-

SCD LYON 1

# TABULA OCTOGESIMA ET SEPTIMA.

## Num. 1. *Serpens*, Boitiapo; *ſeu* Cobra de Sipo, *Braſilienſis*, *ſpinoſa*.

Squamas tingit color olivarum æmulus. Dorſi ſpina, â capite ad acutæ usque caudæ finem, longiuſculis, cuſpidatis, aculeis horret. Transverſales ventris ſquamæ, inſignes, undique candicant. Corpus verò ſupernum quæ tegunt ſquamæ, rhomboideæ, reticulariter, geminis quaſi funiculis, ad decuſſim ſeſe ſuperequitantibus, diſtinguuntur. Dorſi color ruffus ex viridi variegatur. Caput venuſtum inſignes ſquamæ, ſcutiformes, muniunt. Oculi grandes, ignei & lucidi. Rictum minuti dentes plurimi armant. Vid: *Johnſton:* de Serpent: p. 38. Utut probabile ſit, Virum huncce veram harum Serpentum ſpeciem vidiſſe nunquam, & hinc per conjecturas duntaxat illam deſcripſiſſe.

## Num. 2. *Avis*, *Paradiſiaca*, *Braſilienſis*, *ſeu* Cuiriri Acamaku, *criſtata*.

In deſertis atque incultis locis deliteſcens vix unquam in conſpectum hominum, aut manum aucupis, cadit: ſuperni corporis & caudæ color dilutè eſt ſpadiceus; caput & criſtam ejus coracina tingit nigredo; alarum ſuperiora pennæ coloris aurei ornant. Pectus & venter candicant; roſtrum rubeſcit, oculique ignei relucent.

## Num. 3. *Ramulus Styracis*, *ſecundæ*, *mali Cotonei folio*, *Americanæ*.

En! hîc Styracis ramulos, jam fructus ſuos protrudentes, piſtillo ornatos, qui, ubi matureſcunt, exiguum referunt prunulum, dilutè cœruleum, uno vel altero, aut etiam terno nonnunquam, oſſiculo fœtum, in quo continetur nucleus. Folia mali Cotonei æmula, ſubtus lanuginoſa, alba, ſupra pulchrè viridia. Flores albi, Arantii floribus ſimiles, prout in præcedenti Tabulâ patuit. Vid. *Breyn. Prodr.* fol. 98; *Raji Hiſt. Plant.*; *Tournef.*, *Pomet*, *Lemery*, *Johnſton*, *Munting*, & alii: quanquam ejus deſcriptionem non omnes eandem exhibeant. *Dioſcorides*, *Cluſius*, *Dodonæus*, &c. illam quoque cognoverê. Hinc noſtram quoque liceat hisce adjungere experientiam; quùm magnum invenerimus discrimen inter varia Styracis hujus Balſama.

*Styrax liquida vulgaris* in parvis magnisque urceis huc ex Ægypto transfertur, Syriâ & Candiâ: gryſea hæc eſt, opaca & ſpiſſa, ſuperficiem aquâ tectam gerens, ne exſiccetur. Uſus ejus eſt Officinalis, dum præcipuè emplaſtra, & unguenta, aliaque ingreditur, ad gratum odorem hisce conciliandum. Altera ſpecies, plerumque *Ambra liquida* appellata, ſuaveolens eſt & fragrantiſſima, limpida, tenuis & pellucida, Terebinthinæ Venetæ ſimilis. Prætereà datur tertia ſpecies, *Styracis liquidæ albæ* nomine quæ venit, eſtque alba, ſpiſſa, odoris ſuaviſſimi, Lacrymarum vel granorum Styracis æmuli. Simul & accepimus *Balſamum Styracis* in parvis capſulis (*Cabasjes*) aut & nucum putaminibus hærens, ex ruffo luteum,

pellu-

## PLANCHE QUATRE-VINT-SEPTIEME.

### N°. 1. *Serpent* Boitiapo; *ou*, Cobra de Sipo, *du Breſil*, *dentelé ſur le deſſus du corps.*

Ses écailles ſont olivâtres. Son épine du dos eſt hériſſée depuis la tête jusqu'au bout de ſa queuë pointue, d'une dentelure de piquans. Les écailles transverſales du ventre ſont grandes, entierement blanches. Celles du deſſus du corps ſont faites en réſeau, à double fil, qui en ſe croiſant forme les lozanges. Sa couleur ſur le dos eſt rouſſe, mêlée de verd. Sa jolie tête eſt défendue par un bouclier de grandes & fortes écailles. Ses yeux ſont grands, brillans, pleins de feu. Sa gueule eſt garnie de pluſieurs petites dents. Il eſt fort probable que Johnſton n'a jamais vu l'Espece de Serpens dont je parle, & qu'il n'a décrit celui-ci que par conjecture dans ſon Hiſtoire de ces Animaux, pag. 38.

### N°. 2. *Oiſeau de Paradis*, *du Breſil*, *hupé*, *ou*, Cuiriri Acamaku.

Cet Oiſeau, habitant des deſerts & des lieux incultes, tombe rarement ſous la vue des Hommes, & ſous la main de l'Oiſeleur. Le deſſus de ſon corps & ſa queuë ſont d'un bay-clair, ſa tête & ſa crête d'un noir de Corbeau, le deſſus de ſes aîles d'un jaune doré, ſon ventre & ſa poitrine blancs. Son bec tire ſur le rouge. Ses yeux ſont étincelans.

### N°. 3. *Petit Rameau du Storax d'Amerique*, *à feuilles de Coignaſſier.*

Voici quelques menues branches de Storax, chargées de leur fruit avec le piſtile. Ce fruit étant mûr reſſemble à une petite prune bleue-pâle. Il contient un, deux, & quelquefois trois oſſelets, au milieu desquels eſt un noyau. Ses feuilles ſont approchantes de celles du Coignaſſier, vertes par deſſus, blanches & cotonneuſes par deſſous. Ses fleurs ſont blanches, ſemblables à celles de l'Oranger comme on l'a dit au N°. 3. de la Planche LXVII. Voyez Breynius pag. 98 de ſon *Prodrom.* Ray dans ſon *Hiſt. des Plantes*, Tournefort, Pomet, Lemery, Johnſton, Munting, & autres Botaniſtes, quoiqu'ils ne ſoient point tous d'accord dans leurs Descriptions. Dioscoride, Dodonée, Cluſius &c. ont auſſi connu le Storax. Qu'il nous ſoit permis d'ajouter ici ce que nous en ſavons, ayant trouvé par notre expérience qu'il y avoit une grande difference entre les diverſes Gommes qui portent le nom de cette Plante.

*Le Storax Liquide* ordinaire, nous eſt apporté d'Egypte, de Syrie, de Candie, dans de grandes & de petites cruches. Il a la conſiſtence d'un Baume épais, opaque, de couleur griſe. On tient toujours de l'eau par deſſus, pour l'empêcher de ſécher. On ſe ſert du Storax Liquide dans les Boutiques d'Apothicaires, pour donner une agréable odeur aux onguents, aux emplâtres, & autres pareils linimens extérieurs.

Il y a une ſeconde espece de *Storax Liquide Blanc*, qui eſt épais, de couleur blanche, & d'une odeur très-douce, telle que celle des larmes ou des grains de Storax.

Une troiſieme espece de Storax, eſt celle qu'on nomme d'ordinaire *Ambre liquide*, clair, transparent, ſemblable a de la Térebenthine de Veniſe, répandant une odeur très-agréable & très-pénétrante.



Nous

SCD LYON 1

pellucens, *ſicci* inſtar *Opobalſami*, è regno Peruviano huc in capſulis, *Cabaſſen* dictis, quoque adportati. Odor tamen hujusce ſpeciei à præcedentibus diverſus eſt. *Styrax Calamitæ*, quæ in faſciculis lineis fortiter compreſſa huc mittitur, mixtum quoddam eſt è Styrace liquidâ & ligni Styracini ſerraginė, calidè invicem unitis, compoſitum, quod validè compactum in faſciculos, per moram ſiccum & glutinoſum redditur: modus hanc Styracem præparandi Italis quoque innotuit. *Cortex Thymiama* eſt cutis Styracis arboris, cui folia quandoque adhuc permiſta hærent. Hæc benè ſolidis inditur doliolis, & quousque recens eſt, glutinoſa quoque, ferè nigreſcens, aut ſaturatè fuſci coloris, ſuavem fortiter ſpirat odorem: unde à parvâ ejus quantitate, prunis injectâ, totum conclave ſuffumigatur, adeò, ut huic etiam uſui ferè tantum inſerviat. Ubi autem veteraſcit & exſiccatur, multùm quidem odoris ſui deperdit: attamen & tum ſuaveolentibus ſuffumigiis immiſcetur.

Quod concernit verum *Balſamum Peruvianum nigrum*, hoc equidem per Claſſiculam (Flotilje) ex Americâ Hiſpanorum, in portum Gaditanum, inde autem ad nos transfertur, ab incolis Regionis Peruvianæ, in ovales, terreas inditum ollas, quæ ſuperinductâ pelle bubulâ contrà fracturam munitæ ſunt. Multi ejus dederê deſcriptionem, variam tamen, pro varietate ſententiæ, quam de eo fovebat quilibet. *Pomet* in *Hiſtoire des Drogues* p. 278 ait, verum *Balſamum Peruvianum nigrum* eſſe ſpiſſum & prorſus ſaturè nigricare: nos tamen experientiâ edocti ſumus, illud, ſi probâ & ſincerâ è manu fuerit petitum, haud omninò denſum & nigrum exiſtere, ſed potius obſcurè fuſcum, nec conſiſtentiæ ſpiſſioris, quam quidem eſt Syrupus ſacchari Candi, nec & glutinoſum, ſed inſtar ſinceri Balſami de Copahu. Contigit etiam nobis, ollas recludentibns, vidiſſe huic Balſamo permiſtam aquam quandam, aut ſuccum arboris hoc Balſamum ſtillantis, qui liquor rurſus inde auferri debet: aliquando autem & puriſſimum, & limpidiſſimum illud habetur. Vires ejus toto orbe notiſſimæ deſcriptione non egent. Nec & hic commemorabimus ejusdem conſuetas adulterationes; facilè enim hæ patent, ſi quis hoc Balſamum ſincerum unquam vidit: dolus ipſi conſultori peſſimus. Interim adulterato huic compoſito, quod è diverſis corporibus, pro ſuo quisque malus arbitrio, conflat, prout apud *Pomet* videri poteſt, Balſami Peruviani nigri nomen nemo, niſi commiſſæ fraudis reus, impertiverit: genuinum illud tale, quale à Naturâ ſuppeditatur, certè aliis omnibus factitiis anteferendum arbitramur.

## TABULA OCTOGESIMA ET OCTAVA.

### Num. 1. *Aſpis, Ægyptiaca, permagna.*

Nitidiſſimè picta hæc ſquamas obſcurè luteas gerit, variegatas maculis ſaturatè fuſcis, per totam dorſi longitudinem, ovalium annulorum inſtar, decurrentibus, per latera verò minoribus, circularibus, & dilutè luteâ liturâ ſemilunari diſtinctis. Utrinque juxta ventrem, & per hujus quoque ſquamas transverſales, remiſſè flavas, minores, viſuntur ſpadiceæ maculæ, ſubrotundæ, ad finem usque caudæ. Capiti peculiaris ineſt nihil, niſi quod oculi pulcherrimè reluceant. Maxilla ſuperior minutis denticulis, ſerræ in modum, exasperatur. Si *Propertio*, quem *Johnſton* allegat, habenda fides, hæc Serpentum ſpecies ab incolis Ægypti inter idola colebatur. Vid. *Aldrovand. Lib. de Serp. & Drac. C.* 7. *Plinius*, *Ælianus*, *Nicander*,

Nous avons encore reçu du *Baume de Storax* dans de petites Gourdes, ou dans des coques de noix. C'eſt ainſi qu'on nous l'aporte du Perou, à la maniere du Baume de Judée ſec. Sa couleur eſt d'un jaune-roux, pellucide. Son odeur eſt fort différente de celle des précedens.

Le *Storax Calamite*, qu'on nous envoye en maſſes fortement ſerrées, eſt une compoſition de Storax Liquide & de ſciure du bois de l'Arbre mêlés enſemble, & qui fermement preſſés en diverſes maſſes, devient avec le tems ſêche & glutineuſe. Les Italiens connoiſſent très-bien cette maniere de préparer le Storax Calamite.

Le *Storax Fumigatoire*, n'eſt autre choſe que l'écorce de l'Arbre même à laquelle ſes feuilles ſe trouvent quelquefois mêlées. On met cette écorce dans de bons petits tonneaux. Elle eſt graiſſeuſe, gluante étant nouvelle, d'une couleur obſcure presque noirâtre, exhalant une ſi douce odeur, que pour peu qu'on en jette ſur des charbons ardens, toute la chambre eſt incontinent parfumée, ce qui eſt presque le ſeul uſage à quoi on l'employe. Elle perd beaucoup de ſon odeur en vieilliſſant & en ſêchant; cependant même encore alors, elle entre pour un ingrédient dans les parfums exquis.

Pour ce qui regarde le véritable *Baume noir du Perou*, qu'on nomme autrement le *Baume de Lotion*, ce ſont les Espagnols qui l'aportent d'Amerique à Cadix par la Flotille. Les habitans du Perou le mettent dans des pots de terre ovales, bien bouchés, & couverts par deſſus d'une peau de Bœuf pour les mieux garantir, & les empêcher de ſe rompre. Pluſieurs perſonnes ont donné la deſcription de ce Baume, différente néanmoins ſuivant l'idée particuliere que chacun s'en eſt formée. Pomet dans ſon Hiſtoire des Drogues, pag 278, dit que le Baume de Lotion eſt entierement noir & très-épais. Cependant nous ſommes convaincus par nos propres yeux, que ſi on le tient de bonne main, ſa couleur n'eſt pas tout-à-fait ſi noire que Pomet l'aſſure, & la conſiſtence n'eſt pas plus épaiſſe que celle du Syrop de ſucre candi; il n'eſt pas non plus gluant, mais tel que le vrai Baume de Copahu. En refermant des pots de terre où l'on met ce Baume du Perou, il nous eſt arrivé de remarquer une espece d'eau ou de ſuc de l'Arbre qui le diſtile, mêlé avec le Baume; mais il faut avoir ſoin de ſéparer & d'ôter ce ſuc. D'autres fois le Baume noir du Perou nous a paru parfaitement pur & limpide. Ses vertus connues de tout le monde n'ont pas beſoin d'être décrites. Nous ne parlerons pas non plus des falſifications qu'on a coutume d'en faire. Ceux qui auront vu une fois de ce Baume pur, ne ſe laiſſeront pas ſurprendre par des fourberies qui ne tournent qu'à la confuſion de leurs Auteurs. C'eſt donc frauduleuſement qu'on donne le nom de Baume du Perou aux differentes ſophiſtiqueries que chaque trompeur fait à ſa guiſe, ainſi qu'on peut le voir dans Pomet. Et certes le vrai Baume naturel du Perou eſt à notre avis de bien loin preférable à toutes compoſitions factices.

## PLANCHE QUATRE-VINT-HUITIEME.

### N°. 1. *Aſpic d'Egypte, d'une prodigieuſe grandeur.*

Son tacheté eſt magnifique. Il eſt revétu d'écailles couleur d'ocre de Rat, marquetées ſur toute l'étendue du dos de taches noirâtres, grandes, ovales, faites en forme d'anneaux. Les taches qui découvrent ſur les côtés ſont plus petites, circulaires, coupées par une bande jaune-pâle, faite en croiſſant. Au deſſous de cette ſeconde rangée, regnent d'un bout du corps à l'autre, ſur le bas des côtés du ventre, & mi-partie ſur ſes écailles transverſales jaunâtres, d'autres taches chatain, plus petites, & presque rondes. Sa tête n'offre rien de particulier, à l'exception du bel éclat que jettent ſes yeux. Sa mâchoire ſuperieure eſt garnie d'un ratelier de très-petites dents, taillées en dents de ſcie. Si l'on en croit Properce cité par Johnſton, cette Espece de Serpent étoit une des Idoles des Egyptiens. Aldrovandi, dans ſon Ouvrage des Serpens & des Dragons, chap. 7. Pline, Ælien, Nicandre, Ariſto-

SCD LYON 1

*cander*, *Ariſtoteles*, *Lucanus*, *Seneca*, *Ambroſinus*, *Bellonius*, &c. ita deſcribunt hanc Serpentem, ut prorſus aliam videantur innuere. Fabulæ, quæ de hâc Aſpide perhibentur, haud ſanè dignæ ſunt, quas hîc commemoremus.

## Num. 2. *Aſpis*, *Ceilonica*, *rubra*.

Squamæ hujus rubicundæ nigris, circularibus, per dorſum maculis diſtinguuntur, per latera verò angularibus. Juxta ventris ſquamas transverſales diluta regnat rubedo. Corpore eſt tenui & longo. Caput pulcherrimè variegatum. Cauda longa & acuminata. Hujus Serpentum generis plurimas dari ſpecies non ineptè cum *Aldrovando* ſtatuit *Geſnerus*.

# TABULA OCTOGESIMA ET NONA.

## Num. 1. *Serpens*, *Noja*, *Siamenſis*, *cum Conſpicillo*, *ſeu* Cobra de Capello *vel* Cabelo *dictus*.

Hiccæ Siamenſis prorſus differt â Ceilonico tam quoad conſpicillum, quam quoad cutim & ſquamas. Hic enim ſquamis veſtitur ſcutiformibus, in rhombos reticulares diſtinctis. A capite ad caudæ usque extremum cinereo griſeus viſitur color, qui per dorſum magis ex nigro ruffeſcit. Venter, & ſquamæ ejus transverſales, latæ, dilutâ rubedine, ad cinereum vergente, tinguntur. Corporis illa expanſio tam lata non eſt, ac quidem in Ceilonicâ, nec & conſpicillo tam inſigni inſcribitur: hoc autem albicans margine obſcurè ruffo adumbratur, &, inſtar cutis reliquæ, in naſſas reticulares diſtinguitur. Minor quoque hic eſt illo, quem ſequens Tabula exhibet. Scutatæ ejus ſquamæ nihil ornatûs præ ſe ferunt. Oculi grandes ſcintillant. Dentes anteriores minuti vix viſui patent, dum cute laxiori obteguntur; poſteriores autem incurvi, acuti, deorſum reflexi ægerrimè dimittunt, quidquid illis impactum hæret. *E. Kæmpherus* in *Amoenit. Exot. Faſc. III* prolixam horum Serpentum deſcriptionem exhibet, unà cum delineatione, quæ tamem maximè à naturali eorundem formâ diſſidet, uti ex noſtrâ hâc figurâ & ſubſequentibus, ad vivum depictis, clarè patet. Ita certè, dum, quas dederê Creaturarum non ubique obviarum perverſas ideas, & icones, Scriptores rei naturalis, pro veris aſſumſerê alii, & in iis acquieverê, tot orti ſunt errores, ab uno in alium tanquam per traducem propagati.

## Num. 2. *Serpens*, *cum Conſpicillo*, *minor*.

Hæc inſulæ Ternatanæ ſoboles ferè cum priori convenit, niſi quod magis exiſtat ruffa: interim ejusdem tamen videtur eſſe ſpeciei.

## Num. 3. *Serpens*, *Indicus*, *cum Conſpicillo*, *lepidè circulatus*.

Totum hujus corpus, ex cinereo dilutè flavum, tenuibus, partim & latiuſculis, annulis, fuſco-rubris, à capite ad caudam usque ultimam, ambitur. Ordo, quem ſummus rerum Conditor in digerendis hisce annulis obſervavit, talis eſt, ut bini annuli, latiores, tres ſemper alios tenuiores intercipiant, phœnomeno certè animadverſione digniſſimo.

Num. 4.

Ariſtote, Lucain, Seneque, Ambroſini, Bellons, & d'autres, ont tous donné une telle deſcription de notre Aspic, qu'ils ſemblent avoir décrit un Serpent tout-à-fait different. Au reſte on débite ſur cet Aspic pluſieurs contes, qui ne méritent nullement d'être ici rapportés.

### N°. 2. *Aſpic de Ceylon*, *rouge*.

Ses écailles rouges ſont ombrées ſur le dos de taches noires, elliptiques, & ſur les côtés de taches angulaires. Le long des écailles transverſales du ventre regne un rouge-pâle. Son corps eſt long, délié. Sa tête eſt curieuſement madrée. Sa queuë eſt grande, finiſſant en pointe. Aldrovandi & Gesner ont eû grande raiſon de penſer que ce Genre de Serpens renferme ſous ſoi pluſieurs Especes.

# PLANCHE QUATRE-VINT-NEUVIEME.

### N°. 1. *Serpent à lunette*, *de Siam*, *nommé* Noja, *autrement* Cobra de Capello, *ou* Cabelo.

Ce Serpent de Siam differe entierement de celui de Ceylon, par ſa peau, par ſa lunette, & par ſes écailles rhomboïdes. Sa couleur, qui eſt depuis la tête jusqu'au bout de la queuë cendrée-griſe, paroit approcher davantage du roux-brun ſur le dos. Son ventre, & ſes écailles transverſales ſont larges, & d'un rouge-pâle tirant ſur le cendré. Ses épaules ne ſont point ſi larges que celles du Serpent de Ceylon, & la lunette dont il porte l'empreinte n'eſt pas non plus ſi grande. Ses fortes écailles treilliſſées n'ont aucun ornement. Ses yeux ſont grands, étincelans. Ses dents de devant ſont ſi petites, qu'on les voit à peine, étant revêtues d'une peau lâche; mais ſes dents de derriere ſont aiguës, recourbées en bas, & laiſſent paſſer difficilement ce qui tombe ſous leurs crochets. Le Serpent repréſenté à la Planche ſuivante eſt plus long que celui-ci. Engelbert Kæmpfer dans ſes *Amœnités Exotiques*, pag. 565, nous donne une deſcription fort étendue de ces Serpens conjointement avec leurs portraits, qui ſont bien éloignés de la vérité, ainſi que ceux qui voudront les comparer tant avec cette Figure qu'avec les ſuivantes, toutes gravées d'après les originaux, pourront aiſément s'en convaincre. C'eſt de cette ſource féconde de fauſſes repréſentations d'objets ou d'Animaux rares, hazardées d'abord par quelques Naturaliſtes, reçues enſuite par d'autres pour des faits certains, que ſont venues tant d'erreurs qui continuent à ſe propager comme de pere en fils.

### N°. 2. *Petit Serpent à lunette*.

Celui-ci, natif de l'Iſle de Ternate, ne differe presque du précedent que par ſa couleur, qui eſt plus rouſſe; d'ailleurs il paroît être de la même Espece.

### N°. 3. *Serpent à lunette*, *des Indes*, *ceint de bandes circulaires*.

Son corps cendré-jaunâtre eſt cerclé d'un bout à l'autre de bandelettes pourpres, les unes étroites, les autres larges, diſpoſées par l'Auteur de la Nature avec une ſimmetrie particuliere & qui mérite d'être remarquée; elle conſiſte cette ſimmetrie en ce qu'il y a toujours trois bandelettes étroites, placées entre deux bandes larges.



N°. 4.

SCD LYON 1

## Num. 4. *Serpens, Braſilienſis, cum conſpicillo, Cordis oculati formam habente.*

Singularis hæcce Serpens, loco conſpicilli, impreſſam albicantibus, rhomboideis, cervicis ſuæ ſquamis gerit ſignaturam, quæ ſi anticitus inſpicitur, cor animalis, quatuor nigris maculis, & medio ſepto pariter nigro, diſtinctum refert; à poſteriori autem inſpecta faciem quaſi æmulatur, deformatam tamen per binas maculas minimas, ocelliformes: meritò igitur hoc ei nomen impoſuimus. Cæterùm pulcherrimè quoque dilutè ruffo colore picta, quibusdam fuſco-rubris variegatur tæniis, quæ ultrà latam cervicis expanſionem, ad tertiam ferè longitudinis totius partem, viſibiles, dein evaneſcunt, manente tum colore ejus uniformi, per ventrem duntaxat paulò dilutiori.

## Num. 5. *Elichryſon, ſeu Aurelia, Africana.*

Prius nomen huic Plantæ à *Plinio* & *Theophraſto* inditum, poſterius à *Theodoro Gazâ*; quum flos ejus quaſi inauratus tonum emittat lucidiſſimum. Folia, mediocris longitudinis & latitudinis prope exortum, acuminantur deinceps, ſubtus albâ lanugine obſita, ſupra viridia, alternatim, non conjugatim diſpoſita, è tenui brevique pedunculo intus fungoſo prodeuntia.

Datur hujus Plantæ alia adhuc ſpecies, prorſùs cum hâc conveniens, niſi quod flores, loco coloris aurei, argenteo candore ſuperbiant. Vid. *C. Commelini Hort. Amſt. Tom. II, fol.* 3. Juxta *Dioscoridem* ſummitates Elichryſi vino incoctæ & calidè potæ Iſchuriæ medentur.

## Num. 6. *Elichryſon, Africanum, argenteum, folio laciniato, majus.*

Altera hæc Elichryſi ſpecies florem gerit, priori majorem, argenteum, cauli pedali inſiſtentem. Folia è ramulis lateralibus orta tenuiſſimè ſubdiviſa ſunt, ipſumque etiam truncum ad floris usque calicem puſilla ornant folia.

# TABULA NONAGESIMA.

## Num. 1. *Serpens, Indicus, coronatus diademate, ſeu conſpicillo inſignitus, Luſitanis* Cobras de Capello *dictus.*

Groſſiore hic & longiore collo præcedentem Num. 1 ſuperat: unde pro vero *Serpente coronato* habetur. Caput etiam craſſius priore & rotundius gerit, inſignibus tectum ſquamis, ex cinereo ſubluteis. Dentes acuti, longi, rictum obſident. Superni corporis ſquamæ ex ruffo flavæ, magnæ, oblongæ, preſſulæ, uti in piſcibus, ſibi mutuò adponuntur. Squamæ transverſæ, grandes, dilutè cinerei ſunt coloris. Poſticum corpus, longum, acuminatam in caudam deſinit, quæ oſſiculo cornu ſimili clauditur. D. *Engelb. Kæmpfer* in *Amœnit. Exot. Faſcic. V* Serpentum hanc ſpeciem, *Cobras de Capello* dictam, ſaltantium numero inſerit, ſub nomine: *Tripudia Serpentum in Indiâ Orientali.*

Num. 2.

### N°. 4. *Serpent du Breſil, à lunette découpée en figure de cœur, & mouchetée de quatre taches reſſemblant à des yeux.*

Ce ſingulier Serpent porte ſur les écailles blanchâtres & rhomboïdes de ſon col, au lieu d'une lunette faite comme celle des autres, une empreinte qui vuë par devant reſſemble à un cœur, dont la découpure de la cloiſon eſt toute noire, tandis que la baſe & la pointe ſont marquées chacune de deux taches noires en forme d'yeux. Cette figure de cœur vuë par derriere, imite un viſage qui ſeroit défiguré par les deux petites taches inférieures. Au reſte, ce Serpent peint d'un roux-clair uniforme, eſt traverſé ſur le dos de quelques bandes brunes-rouges, qui décourent depuis les épaules jusqu'autour d'une troiſieme partie de la longueur de ſa taille, & diſparoiſſent enſuite. Son ventre eſt d'une couleur plus blême que le deſſus du corps.

### N°. 5. *Amarante jaune, d'Afrique.*

Pline avec Theophraſte lui ont donné le nom Latin *Elichryſum*, & Gaza celui d'*Aurelia*, c'eſt-à-dire, Jaune doré comme le ſoleil, parce que ſa fleur eſt de couleur d'or jettant un grand éclat. Ses feuilles ſont alternes, aſſez longues, d'une bonne largeur vers leur origine, s'étréciſſant inſenſiblement, pointues au bout, attachées par une courte queuë à une tige grêle & ſongueuſe intérieurement, vertes par deſſus, & tapiſſées d'un coton blanc par deſſous.

Il y a une autre Espece d'Amarante entierement ſemblable à celle-ci, excepté que ſes fleurs ne ſont pas jaunes, mais d'un blanc de talc. On en trouvera la repréſentation dans le *Catal. du Jardin d'Amſt.* de C. Commelin, Tom. II. pag. 3. Suivant Dioscoride, les ſommités des fleurs jaunes de notre Plante, étant cuites dans du vin, & bues chaudes, remedient aux retentions d'urine.

### N°. 6. *Amarante d'Afrique, à fleur argentine, & à feuilles laciniées.*

Sa tige, qui s'éleve à la hauteur d'un pied, porte au ſommet une fleur argentine, plus grande que celle de l'Espece précédente. Ses feuilles, tant du tronc que des petites branches laterales, ſont en grand nombre, menues, rangées par paires, & découpées profondement.

# PLANCHE QUATRE-VINT-DIXIEME.

### N°. 1. *Serpent à lunette, des Indes, nommé par les Portugais* Cobras de Capello.

Il a le col plus gros & plus long que le Serpent qui précede, delà vient qu'il paſſe pour un vrai *Serpent Couronné*. Sa tête, munie d'amples écailles cendrées-jaunâtres, eſt auſſi plus groſſe & plus ronde. Sa gueule eſt armée de longues dents pointues. Ses écailles ſur le deſſus du corps ſont feuille-morte, grandes, oblongues, couchées & ſerrées les unes ſur les autres à la maniere de celles des Poiſſons. Ses écailles transverſales ſont grandes, larges, cendrées-clair. La partie poſterieure de ſon corps eſt fort longue. Sa queuë finit par un petit os pointu, aſſez ſemblable à une petite corne. Eng. Kæmpfer dans ſes *Amœnités Exotiques*, pag. 565, met les Cobras de Capello ſous le nom de *Tripudia Serpentum in India Orientali*, au rang des Serpens ſauteurs.

N°. 2. Co-

SCD LYON 1

## Num. 2. Cobra de Capello, *fœmella, ſine perſpicillo; ſeu Tripudia.*

Hæc quamvis vel palmam latam craſſeſcat prope cervicem, ſquamisque longiuſculis albis ibi tegatur, conſpicilli tamen picturâ caret: ſquamæ inde verſus poſteriora ſenſim abbreviantur, temerè, nec ullo ordine ſibi invicem accommodatæ. Squamæ ventris, valdè inſignes, latæ, ex cinereo flaveſcunt. Cutis externa, ex ruffo lutea, ſquamis tamen ſummis inhærentem monſtrat albedinem. Caput colore fuſco inumbratur. Dentes ferè cedunt magnitudine dentibus Maſculi. Caudæ quoque extremum corniculare munit oſſiculum, brevius tamen priori.

# TABULA NONAGESIMA ET PRIMA.

## Num. 1. *Serpens, Ceilonica, maxima,* Pimberah *dicta.*

Hæ Serpentes per ætatem in tantam magnitudinem & craſſitiem excreſcunt, integros ut Capreolos Cervosque devorare queant, teſtantibus *Roberto Knox* in *Itinerar. Hiſtor. Ceilon. I Tom. fol.* 42, & *Abrah. Bogaarts Itiner. fol.* 353, qui tamen haud addunt, illas Hominibus nocere. Animalia, quibus robore prævalent, inſectantur. Quam hîc exhibemus, eâdem magnitudine apud nos aſſervatur; ut ut juvencula duntaxat & parva ſit, ſi comparetur cum magnis & adultis ſuæ ſpeciei. Adſpectu terribilis eſt inſignes propter & latè patulos oculos, rictumque ſupra & infra dentibus armatum, haud quidem longis, at arctè ad ſe invicem ſerratim appoſitis: præterea lato os limbo, quaſi conchato, ſuccingitur. Frons pulchrè maculis majuſculis, per ſquamas ſcutiformes, ex cinereo dilutè griſeas, tum & ternis lineis transverſalibus, quaſi totidem crucibus, pingitur. Omnes corporis ſuperni ſquamæ, cutaneæ, dilutè ruffulæ, grandibus maculis, oblongis, rotundis, atro-fuſcis, per dorſum, à capite ad caudæ usque, haud adeò acutæ, finem, ordine diſpoſitis, ornantur: quas inter maculas grandiuſculas aliæ triangulares viſuntur maculæ, per latera utrinque juxta corpus digeſtæ: ſubſequuntur demum has minores aliæ maculæ, per ventrem, juxta inſignes ſquamas transverſales, dilutè cinereas, decurrentes, pulchrè rurſùs ordinatæ, & eleganter pictæ.

# TABULA NONAGESIMA ET SECUNDA.

## Num. 1. *Coluber,* Depone, *maximus, Mexicanus, maculis diſcoloribus.*

Caput admodum grande, latisque & diſtantibus eſt mandibulis: rictus ſupra & infra magnis, incurvis, & acutis dentibus repletur, quorum bini, valde inſignes, anterius in maxillâ ſuperiore firmantur, in aliis Serpentibus, licet æquè magnis, nunquam reperiundi. In præcedentibus jam Serpentibus demonſtravimus, binos hos maximos, anterius hærentes, dentes nequaquam in ipſâ maxillâ, ſed fortibus tunicis emiſſilibus, defigi, & tanquam in vaginâ ſic recondi, usque dum ad mordendum aut arripiendum inſervire debeant. Attamen in hoc animali ipſi mandibulæ hi infiguntur, haud aliter ac in piſce Lucio, ad gulam usque

## N°. 2. Cobra de Capello, *Femelle, ſans lunette.*

Quoique cette Femelle ait le col de la largeur de quatre doigts, & couvert en même tems de longues écailles blanches, elle ne porte néanmoins par deſſus aucune empreinte de lunette. Ses écailles en s'avançant ſur le derriere du corps s'acourciſſent inſenſiblement, mais ſans aucune régularité. Les écailles qui traverſent ſous le ventre ſont extraordinairement grandes & larges, de couleur cendrée-jaunâtre. Sa peau eſt d'un jaune-roux mêlangé de blanc qui paroît à travers les écailles ſuperieures. Sa tête eſt ombrée de brun. Ses dents ſemblent être un peu plus petites que celles du Mâle. Sa queuë ſe termine par un oſſelet pointu qui eſt auſſi moins long que dans le Mâle, reſſemblant au reſte de figure à une petite corne.

# PLANCHE QUATRE-VINT-ONZIEME.

## N°. 1. *Le Serpent* Pimberah, *de Ceylon, extraordinairement grand.*

Ces ſortes de Serpens parviennent avec l'âge à une grandeur & une groſſeur ſi prodigieuſe, qu'ils peuvent dévorer des Chevreuils & des Cerfs entiers, ſuivant le rapport de Rob. Knox dans ſon Voyage de l'Iſle de Ceylon, & d'Abraham Bogaarts dans ſon Itineraire écrit en Hollandois pag. 353. Toutefois ces deux Auteurs ne diſent point que ces Serpens nuiſent à l'Homme; mais ils livrent la guerre aux ſeuls Animaux qu'ils croyent plus foibles qu'eux. Quoique le Pimberah que nous repréſentons ici, conformément à la grandeur qu'il a dans la Phiole où nous le gardons, ſoit d'une belle taille, néanmoins comme il eſt encore jeune, il doit paſſer pour petit ſi on le compare avec les vieux Serpens de ſon Espece. Il a un aſpect terrible, à cauſe de ſes deux gros yeux de Bœuf ſitués à fleur de tête. Ses deux mâchoires ſont garnies de dents taillées en dents de ſcie. Les bords de ſa gueule ſont ourlés d'une bordure qui paroît comme tournée en forme de coquille. Son front eſt revêtu de fortes écailles cendrées-griſes, décorées de grandes belles taches, & ſillonnées en travers de trois rayes, lesquelles repréſentent la figure d'autant de croix. Ses écailles ſur le deſſus du corps ſont rouſſâtres, ombrées de vaſtes & magnifiques taches brunes-obſcur, les unes rondes, les autres oblongues, rangées toutes avec ſimmetrie, depuis la tête jusqu'au bout obtus de ſa queuë deliée. Cette madrure eſt accompagnée ſur toute l'étendue des côtés, d'autres taches moins amples, triangulaires. Au deſſous, vers le bas du ventre, regne une troiſieme rangée de taches plus petites, qui décourent près des écailles transverſales. Ces écailles-là ſont très-grandes, cendrées-clair, diſpoſées avec un bel ordre, & joliment colorées.

# PLANCHE QUATRE-VINT-DOUZIEME.

## N°. 1. *Serpent* Depone, *du Mexique, très-grand, marqué de taches de diverſes couleurs.*

Sa tête eſt extrêmement grande. Ses mâchoires ſont larges, fendues fort avant. Sa gueule eſt armée en haut & en bas de dents longues, tranchantes, & crochues, au nombre desquelles il y en a deux principales qu'on peut nommer défenſes, & que n'ont point d'autres Serpens quoique d'une grandeur égale à celui-ci. Ces deux défenſes ſont affermies dans la partie de devant de la mâchoire ſuperieure, au lieu que nous avons vu dans la deſcription des Serpens précedens, que les défenſes qu'ils avoient, n'étoient point plantées dans leur mâchoire, mais ſeulement enfoncées & cachées dans une eſpece de fourreau, où elles reſtent jusques à ce qu'elles puiſſent ſervir à prendre ou à mordre quelque choſe. Mais dans notre Couleuvre, les dents tiennent fermement à la mâchoire même, & ſon beau ratelier qui s'étend jusqu'au fond du palais, eſt rangé de la même façon que dans le Brochet.



SCD LYON 1

uſque pulchro ordine diſpoſiti: amplum rictum margo ambit latus, ſquamatus: oculi grandes, admodum patuli, torvam trucemque reddunt faciem. Frons exiguis ſquamulis, lata ſcuta integentibus, pulchrè obducitur. Squamæ cutaneæ ſubcinereæ ſunt. Per omne dorſum magna & geminata defertur catena, ſcutatim in longum coarticulata, ruffi coloris. Ad ventris latera utrinque inſignes maculæ quadrangulares, ſive rhomboideæ, prorſus ruffæ, diſponuntur, ſimileſque per corpus reliquum: in medio harum macularum ruffarum flava occurrit macula rotunda. Squamæ inſignes ventris transverſales, dilutè flavæ, magnis etiam dilutè ruffulis maculis, per tenuem, longam & peracutam caudam excurrentibus, diſtinguuntur. Serpentes hæ raro quidem invadunt hominem, quin fugiunt potius & ſe ſubducunt, aliorum inſtar inſectorum, timore ipſis à naturâ indito perculſæ. Suos quoque & hæ patiuntur manes, dum ſingulari quâdam pediculorum ſpecie affliguntur, qui inter ſquamas ſeſe inſinuantes, morſu cutem perforant, uti ſub lit. A adnotavimus. Pediculi hi ſenis gaudent minutis pedibus, anterius ſub regione capitis defixis; corpus poſterius, craſſum, binis ſcutis, duris, ſupra & infra, Teſtudinum inſtar, tegitur: ſunt hi flagellum non unius Serpentum ſpeciei, uti jam alibi retulimus.

## TABULA NONAGESIMA ET TERTIA.

### Num. 1. *Vipera*, Bitin, *Colubri de genere, major, Ceilonica, elegantiſſima.*

Squamis tegitur inſignibus, oblongis, radice ſuâ in cute defixis, at laxis tamen & mobilibus; quas furore percita erigit, (non ſecus ac canis irritatus pilos cervicales) ſtridulumque ſic ſonum edit, illi ſimilem, quem Serpentes caudiſonæ ſuo excitant crepitaculo, hinc homines admonentem, ſibi ut caveant. Squamæ ubi ſibi invicem preſſulæ incumbunt, ſaturatè luteum exhibent colorem, nigro fuſcis maculis, hiſque interpoſitis aliis rurſum minoribus, flammæ in modum, variegatum: à cervice ad obtuſæ uſque caudæ finem, cuique corporis ſuperni ſquamæ, ubi circulariter terminatur, ſaturatè fuſca inſidet parva macula, tenuiter caudata, brevis inſtar aciculæ capitatæ. Flammeam inter picturam multæ occurrunt ſquamæ, colore ex cinereo dilute flavo exaltatæ, haud parùm certè ornamenti adferentes. Collum non flammæ, ſed maculæ pingunt. Caput breve, rotundum, grandibus igneiſque lucens oculis, quatuor præterea longos in rictu dentes exhibet, incurvos, ſupra & infra binos, non in mandibulis firmatos, ſed utrinque per tendines alligatos & ſuccinctos, ita, ut in his tanquam in vaginâ recondantur: præter quaternos hoſce in ore alii nulli occurrunt, at retrò in faucibus quidam adhuc hærent denticuli, uncinulorum inſtar, in fine maxillæ defixi. Bifurcata ejus lingua, longa, emiſſitia, totâ ſuâ facie hîc producta cernitur, tantò ut melius appareat Larynx ſub lit. A, parti linguæ ſuperiori adfixus, cujus in antecedenti Tabulâ jamdum mentio eſt facta. Rictus eleganti, lato, ſquamato limbo ambitur. Corpus ſupernum pulchrè tenuibus ſquamulis, & ſubſpadiceis maculis ornatur. Nares valdè ſunt patulæ. Squamæ ventris transverſæ, grandes, dilutè cinereæ, irregularibus, remiſſiùs fuſcis maculis diſtinguuntur. *Franciſcus Fernandes, Hiſt. Reptil. Nov. Hiſp. f.* 70, hanc *Bitin* ſpeciem in inſulâ Cuba ait reperiri, capite vitulini æmulo, quatuorque dentibus armatam, quatuor ulnas longam; quæ tamen & capitis & dentium reſpectu cum noſtrâ non

Tout autour de ſa gueule regne une large bordure écailleuſe. Ses grands & gros yeux rendent ſon aſpect horrible. Son front eſt revêtu de longues écailles, dures, ſurſemées d'autres petites écailles joliment arrangées. Celles qui tapiſſent la peau ſont griſâtres. Le long du dos décourt une grande & double chaîne, dont les bouts ſont joints en maniere de bouclier. Les deux côtés du ventre ſont marbrés de vaſtes taches quadrangulaires ou rhomboïdes, chatain, & marquées au milieu d'une autre tache ſphérique, de couleur jaune. Les amples écailles transverſales du ventre ſont paillées, mais relevées d'une moucheture de grandes taches rouſſâtres, qui ornent pareillement ſa queuë grêle, longue, & pointue. Ces ſortes de Serpens ſe jettent rarement ſur les Hommes, qu'ils fuyent au contraire, ſaiſis ainſi que d'autres Inſectes d'une frayeur naturelle à la vuë d'un Homme. Du reſte, ces Animaux ont comme les autres leurs peines & leurs tourmens; car ils ſont attaqués d'une eſpece ſinguliere de Poux qui ſe fourrent entre leurs écailles, les mordent, & les déſolent. Ces Poux-là que nous déſignons ici ſous la Lettre A, & qui ſont le fleau de divers Serpens, comme nous l'avons déja remarqué, ont ſix pieds de devant cachés ſous la tête, & le derriere du corps gros, couvert ainſi que la Tortue, tant deſſus que deſſous, de deux écailles très-dures.

## PLANCHE QUATRE VINT-TREIZIEME.

### N°. 1. *Vipere* Bitin, *Mâle, de Ceylon, grande, ſuperbe; Eſpece de Couleuvre.*

Cette Vipere eſt revêtue de grandes écailles oblongues, qui tiennent à la peau par la racine, & qui du reſte ſont lâches & mobiles; car dans la fureur elle les dreſſe à peu près comme un chien irrité dreſſe le poil de ſon col. Quand elle marche, elle fait un bruit ſemblable à celui des Serpens à ſonnette, avertiſſant par-là le monde de ſe retirer. Ses écailles dans l'endroit où leur ſurface ſe touche, ſont d'un jaune-foncé, qu'ombrent de grandes & de petites taches noirâtres, décourant en maniere de flammes. Entre ces diverſes taches, on voit quantité d'écailles cendrées-jaunes, ce qui préſente à l'œil une jolie bigarrure. Ajoutez, que chaque écaille qui tapiſſe le deſſus du corps depuis la nuque du col juſqu'au bout obtus de la queuë, eſt tictée vers la pointe d'une petite tache ronde, brune, de la groſſeur de la tête d'une épingle. Son col eſt madré de taches ovales. Sa tête eſt courte, de figure elliptique. Ses yeux ſont grands, brillans, pleins de feu. Sa gueule eſt garnie ſeulement de quatre longues dents crochues, deux en haut & deux en bas, leſquelles ne ſont point affermies dans les mâchoires, mais fixées & attachées de chaque côté par des tendons. Outre ces quatre maîtreſſes-dents notre Vipere en a quelques autres petites, faites en crochets, & plantées à l'extrêmité de la mâchoire dans le fond du palais. La langue fourchue qu'a cette Vipere, & qu'elle fait darder, eſt ici miſe à découvert, pour mieux démontrer, par la Lettre A, le Larynx, collé à la partie ſuperieure de la langue; ce dont nous avons déja parlé dans la Planche précedente. Le contour de ſa gueule eſt ourlé d'une large bordure écailleuſe; & le deſſus couvert de petites écailles menues, ſurſemées de taches chatain. Ses narines ſont larges, fort ouvertes. Les écailles transverſales du ventre ſont très-grandes, cendrées, & marquetées çà & là de quelques taches irrégulieres, d'un brun-clair. François Fernandes aſſure dans ſon *Hiſtoire des Reptiles de la Nouv. Eſpag. pag.* 70. qu'on trouve cette Eſpece de Bitin dans l'Iſle de Cuba, qu'elle a le corps de la longueur de quatre aulnes, la tête d'un Veau, la gueule munie de pluſieurs dents, & en particulier de quatre dents canines longues comme le doigt, &c. D'où il eſt clair par la ſeule Deſcription que donne cet Auteur de la tête & des dents de

SCD LYON 1

non convenit. Lit. B, propè hiatum caudæ, binos, ſphæricos monſtrat teſticulos, puncto ſingulos nigro inſcriptos. Hoc in genere animalium rarum eſt, membra genitalia maſculina, exterius hærentia, invenire.

# TABULA NONAGESIMA ET QUARTA.

## Num. 1. *Serpens, Malabarica, Diademate coronata, ſive conſpicillo inſignita, & Cobra de Capello dicta.*

Conſpicillum, ſeu ſignum illud, à quo denominatur Serpens, quodque proximè ad perſpicilli figuram accedit, exiguâ à capite diſtantiâ, cervici latæ inſcribitur, eſtque coloris per ſquamas albicantis, ruffulo margine in ambitu obumbratum: ſimilis quoque diſtinctio cernitur, ubi lata cervix jamjam coarctatur. Caput præterea exiguum inſignibus ſquamis, ex cinereo dilutè flavis, tegitur. Oculi minuti. Corpus omne ſupernum, cinereo luteum, ſquamis mediæ magnitudinis veſtitur. Per ſquamas ventris inſignes, longas, transverſales, cineracea regnat albedo.

## Num. 2. *Vipera, major, Ceilonica,* Bitin *dicta; fœmina.*

Hæc Viperæ Tab. præcedente exhibitæ fœmella vultu eſt truculento. Squamæ majores, præterquam quod eleganti ſint picturâ inſignes, omnes pariter mobiles ſunt, prout conſtat, quando irata eſt: tum enim omnes erigit, rurſusque demittit, haud aliter, ac ſi articulatæ forent. Ori tam ſupra, quam infra, haud plures quatuor inſident dentes, longi, incurvi, acuti, quos emittere rurſusque recondere valet animal. Rictûs ambitum albæ ſquamæ ſuccingunt. Lingua ipſi eſt longa, bifida, ſeu bifurcata, huicque incumbit Laryngis apertura. Squamæ corporis ſuperni omnes elegantiſſimè pictæ, ex cinereo dilutè flavæ, intermiſto griſeo & nigro hinc inde maculatæ, marmoris variegationes præ ſe ferunt, dum ſingulæ prætereà albo limbo ambiuntur. Venter ſquamas gerit ex cinereo remiſſè luteas.

# TABULA NONAGESIMA ET QUINTA.

## Num. 1. *Serpens, Crotalophora; ſeu Vipera, Caudiſona, Americana.*

Variis hæc nominibus gaudet. D. Tyſon eam *Boicininga* vocat, & *Boicinininga*, juxta pronunciationem Braſilienſium, hanc qui Serpentem quoque *Boiquira* appellant, uti animadvertit *Marggravius*, hanc eandem eſſe arbitratus. *Fr. Fernandes* in *Hiſt. Rept. f. 63* nomine illam inſignit, quo apud Mexicanos venit, *Teuthlacotzauhqui*, id eſt, Regina Serpentum, forte quod horrendo crepitaculi ſui ſono omnibus aliis antecellat: ab iisdem quoque alio nomine *Ecacoatl* nuncupatur, i. e. *ventus*, quum celerrimè per rupes devolvatur. Hiſpanis *Caſca vela* audit. Noſtratibus *Ratelſlang*: Latinis *Anguis Crotalophorus*: Britannis, *The Rattle-Snake*. Hæc ſpecies non in Occidentalibus duntaxat Hiſpanorum Indiis, ſed & Orientalibus reperitur, unde

la Vipere de Cuba, qu'elle ne s'accorde point avec la nôtre ici dépeinte. La Lettre B, marquée vers le commencement de la queuë, montre ſes deux teſticules, qui ſont ronds, & picotés chacun d'un point noir; ſur quoi il faut obſerver qu'il eſt rare de trouver dans ce genre d'Animal les parties naturelles paroiſſant au dehors.

# PLANCHE QUATRE-VINT-QUATORZIEME.

## N°. 1. *Serpent à lunette, de Malabar, ſurnommé* Cobra de Capello.

La tache faite en forme de lunette, & qui a donné à ce Serpent le nom qu'il porte, eſt empreinte ſur la partie la plus large du derriere de ſon col, à peu de diſtance de la tête. Le nez & le chaſſis de cette lunette ſont blancs, à double bordure rouſſâtre qui regne tout autour. On voit la même nuance de couleur dans l'endroit où le col commence à s'étrécir. La tête de ce Serpent eſt mince, courte, défendue par de vaſtes écailles cendrées-jaunâtres. Ses yeux ſont très-petits. Le deſſus de ſon corps eſt cendré-jaune, couvert d'écailles d'une médiocre grandeur; mais celles qui traverſent ſous le ventre, ſont amples, longues, cendrées-blanches.

## N°. 2. *Vipere* Bitin, *de Ceylon, grande, Femelle.*

C'eſt ici la Femelle de la Vipere repréſentée à la derniere Planche. Ses écailles ſont grandes & mobiles, ce qui paroît clairement, quand cet Animal eſt en colere, car alors il peut les dreſſer & les coucher, comme ſi elles étoient articulées. Cette Vipere n'a dans la gueule entiere que quatre dents, longues, crochues, pointues, qu'elle fait cacher ou pouſſer en avant ſelon qu'il lui plait. Les bords de ſes mâchoires ſont ourlés d'écailles blanches. Sa langue ſur laquelle repoſe le Larynx, eſt longue, fourchue en deux. Toutes les écailles du deſſus du corps ſont peintes curieuſement de cendré-paille, mêlangé d'une marbrure griſe & noire. De plus, chaque écaille ſe termine par une bordure blanche qui regne tout autour. Les écailles transverſales du ventre ſont cendrées-jaunâtres.

# PLANCHE QUATRE-VINT-QUINZIEME.

## N°. 1. *Vipere à* Queuë Sonnante, *d'Amerique.*

Cette Vipere a divers noms. Mr. Tyſon l'apelle *Boicininga*, & *Boicinininga*, ſelon la differente prononciation des Breſiliens qui la nomment auſſi *Boiquira*, comme Marggraf, qui penſe que ces divers termes ne déſignent qu'une ſeule & même Vipere, l'a remarqué. Fr. Fernandes dans ſon Hiſt. des Reptiles, page 63. lui a conſervé le nom qu'elle a dans le Mexique, ſavoir *Teuchlacotzauhqui*, c'eſt-à-dire La Reine des Serpens, peut-être parce qu'elle ſurpaſſe tous les autres par l'horrible bruit de ſa ſonnette. Les Mexiquains la nomment encore *Ecacoatl*, qui ſignifie le Vent, parce qu'elle rampe avec une extrême viteſſe ſur les rochers. Les Eſpagnols l'apellent *Caſca vela*, les Hollandois *Ratel-ſlang*, les Anglois *Rattle-Snake*, & les Auteurs Latins *Anguis Crotalophorus*, à quoi répond l'expreſſion Françoiſe *Serpent à Sonnette*. Cette Eſpece de Serpent ne ſe trouve pas ſeulement dans la partie des Indes



SCD LYON 1

unde hanc miſſam accepimus. Notatu digniſſimum eſt, Viperam hanc, ſui generis atrociſſimam & nocentiſſimam, à ſapientiſſimo Creatore, crepitaculo caudæ adnato donatam eſſe, hominem quod moneat, ſibi ut ab illâ caveat; quum, præ timore non raro ei in faciem involans, morſu noceat, per totum quippe rictum, ſupra & infra, copioſiſſimis dentibus armata, præcipuè tamen in maxillâ inferiore, ubi bini incurvi dentes, longi & acutiſſimi, tanquam in vaginâ reconduntur, quos morſuræ evibrare nôrunt. Mira multa de crepitaculo harum Serpentum narrantur: quovis nimirum anno illud augeri unâ nolâ ajunt, ita ut ex harum numero quot annorum ſit Serpens poſſit cognoſci: id, quod equidem haud videtur improbabile, ſi brevitatem & longitudinem variam crepitaculorum, quæ nobis, cum Serpente, transmiſſa ſunt, & Lit: A, B, C exhibentur, conſideremus.

Lit. A notat crotalum maſculi hujus Serpentis, ut plurimum tumidius, laxiusque articulatum, tantò majorem ſonum ut excitare queat.

Lit. B. Crepitaculum eſt fœmellæ, magis coactum; hinc tantum ſtrepitum, ac Mas, hæc edere non valet.

Lit. C Crepitaculum minus eſt. Crotalum extremæ caudæ adfixum, referente *Rajo in Syn. Anim. p.* 291, ex ſquamis ſeu oſſiculis conſtat, prout idem Autor *p.* 323 ex D. *Grevio* deſcribit, hæc qui oſſicula à ſe reperta ait eſſe concava, tenuia, dura, arida, adeoque valdè fragilia & perquam ſonora, dum ad ſe invicem concutiuntur: vide plura hac ſuper re adnotata apud *Rajum* pag. ſuprà citatâ, ubi tota hujus Serpentis Anatomia à D. *Edw. Tyſon*, M. D. inſtituta exhibetur, unà cum variis obſervationibus plurimorum, rei Naturalis & Anatomiæ peritorum, Scriptorum, uti ſunt D. *Redi*, D. *Charras*, *Piſo*, *Nieremberg*, &c. tum & *Fr. Fernandes*, *Johann. de Laet*, &c. Similia quoque apud *Johnſtonum p.* 25 de Serpentibus Crotalophoris reperire eſt. Quam hâcce in Tabulâ exhibemus, maſculini eſt generis, vultu fero & furibundo prædita. Squamæ adeò laxè ſibi mutuò accumbunt, ut à Serpente iracundâ erigi queant, ſonitum quoque edentes. Per dorſum ex nigro fuſcæ maculæ, albo limbo quaſi prætextæ, catenatim decurrunt: ſquamæ cæterùm ſuperni corporis cinereoflavæ ſunt, ejusdemque, at dilutioris, coloris ventrales apparent.

## Num. 2. *Vipera, Caudiſona, Americana, ſeu* Teutlacotzouphi; *fœmina.*

Huic caput minus eſt & tuberoſum, ſquamæque per dorſum magis ſpadiceæ: cætera ferè præcedenti ſimilis. Haud tanta ovulorum copia in hisce, ac quidem in aliis Serpentibus, reperitur; unde ſequitur, illas non adeò multiplicari, quum multos per annos vitam producant. Vid. *Rajus Syn. Anim. p.* 323; alias enim nimis excreſceret earum numerus.

## Num. 3. *Vipera, Caudiſona, Ceilanica.*

Supini corporis ſquamæ homogeneo colore, ruffò, tinctæ ſunt. Infimæ autem, latiores, paulum dilutioris ſunt coloris. Fœmella capite parvulo, anguſto, gaudet.

TABULA

Indes Occidentales qui apartient aux Espagnols, mais auſſi dans les Indes Orientales, d'où nous avons reçu celui-ci. C'eſt une choſe bien digne d'être obſervée, que le Sage Créateur a donné à cette Vipere, la plus féroce & la plus nuiſible qu'il y ait au monde, une espece de Sonnette attachée à ſa queuë pour avertir les Hommes de fuir ſon approche, puisque même par la ſeule crainte, elle ſe jette ſur eux, & les mord cruellement; car elle a la gueule entiere garnie de quantité de dents, ſurtout la mâchoire inferieure, laquelle eſt en particulier armée de deux longues dents, crochues, pointues, cachées comme dans un fourreau, mais qu'elle ſait darder quand elle veut mordre.

On raconte pluſieurs choſes étranges de la ſonnette de ces Serpens; par exemple, que cette ſonnette augmente chaque année d'un oſſelet, de ſorte qu'on peut connoitre à leur nombre l'âge du Serpent; ce qui ne nous paroit pas improbable lorsque nous conſidérons la differente longueur de ces ſonnettes qu'on nous a envoyées avec les Serpens qui les portent, & qu'on repréſente ici à deſſein par les Lettres A.B.C.

La Lettre A dénote la Sonnette de ce Serpent-ci, laquelle ſonnette étant groſſe, large, & articulée d'une maniere peu ſerrée, fait d'autant plus de bruit quand le Serpent rampe.

La Lettre B marque la Sonnette de la Femelle qui réſonne moins, à cauſe que ſes articulations ſont plus ſerrées les unes vers les autres.

La Lettre C déſigne une Sonnette plus petite.

Ces Sonnettes dont nous parlons ne ſont autre choſe qu'un aſſemblage d'os ronds, creux, emboités enſemble, & attachés par un muſcle à la derniere vertebre de l'Animal, ainſi que le remarque M. Ray dans ſon *Abregé des Animaux*, pag 291, & 321, où il les décrit d'après M. Grew qui a trouvé ces oſſelets minces, concaves, durs, ſecs, & par conſequent fort caſſans, & ſonores, lorsqu'on les bat enſemble. On verra pluſieurs autres obſervations ſur ce ſujet dans le Livre de Ray qu'on vient de citer, de même que l'Anatomie de ce Serpent faite par le Dr. Tyſon, & les remarques de divers habiles Naturaliſtes tels que Redi, Charas, Piſon, Nieremberg, Fernandes, De Laat, &c. On peut encore lire Johnſton, dans ſon Traité des Serpens pag. 23. Le Serpent repréſenté dans cette Planche eſt un Mâle. Son regard eſt féroce & furieux. Les écailles dont il eſt couvert ſont articulées ſi librement, qu'il peut les dreſſer quand il eſt en colere & les faire même bruire. Sur ſon dos décourt une chaîne formée de taches noirâtres, dont chacune eſt comme bordée d'une liſiere blanche. Les écailles du deſſus du corps ſont cendrées-jaunes; celles du ventre ont la même couleur, mais plus claire.

## N°. 2. Vipere à Queuë Sonnante, *d'Amerique. Ou*, Teutlacotzouphi, *Femelle.*

Celle-ci a la tête plus petite, & relevée de tubercules. Ses écailles ſur le dos ſont rouges-bay; d'ailleurs elle reſſemble presque en tout à la précedente. Ces ſortes de Serpens ne pondent point un ſi grand nombre d'œufs que les autres, & par conſequent ils ne multiplient pas autant, car leur nombre augmenteroit trop; mais en échange ils vivent pluſieurs années. Voyez Ray à la pag. 323. de ſon *Abregé des Animaux.*

## N°. 3. *Autre* Vipere à Queuë Sonnante, *de Ceylon.*

Ses écailles ſur le deſſus du corps ſont de couleur rouſſe uniforme. Les transverſales ſont plus larges & d'un roux moins foncé. La Femelle de ces Animaux a la tête plus petite & plus mince que le Mâle.

PLAN-

SCD LYON 1

# TABULA NONAGESIMA ET SEXTA.

## Num. 1. *Vipera, Orientalis, maxima, Caudiſona; fœmina.*

Ab incolis Guatimalæ, quæ Novæ Hiſpaniæ eſt regio, Vipera hæc *Teuthlacothzauphui*, quod verbum *gubernatricem ſerpentum* ſignificat, ob maximam hujus Animalis malitiam, & terribilem ſonum, nominatur. Ex inſulâ Ceylon nobis miſſa, nolas, ſeu crepitacula, quadraginta ad caudam gerit: unde quidem concludi poſſet, quadragenariam illam fuiſſe, ſi veritati conſonum eſt, quod ad præcedentis Tabulæ Num. 1 adnotavimus; ſingulis nimirum annis novam prioribus nolam accreſcere. Iis, quæ ſupra, ex allegatis ibi Authoribus, de crepitaculis attulimus, noſtras adjungemus obſervationes: vidimus enim, quod crepitacula, intra quamvis ſuî diviſionem, durum contineant oſſiculum, quæ oſſicula pulchrè ſeſe invicem, articulorum inſtar, excipiunt, & forti tendine per medium decurrente ad ſe mutuò ita firmantur, ut flexibiles tamen maneant juncturæ: cruſta externa, ſplendens & lævis, cornu ſimilis, per coſtulas quaſi adunata, in medio eorum, tam ſupra quam infra, excavatur. Crepitacula geminata ſunt, tantò ut fortiorem excitarent ſtrepitum. Anterior crepitaculi pars ejuſdem cum caudâ eſt latitudinis; at in acutum deſinit: coloris eſt ex cinereo griſei. Serpens, hîc quam exhibemus, tres longa eſt cubitos, proportionatè craſſa, teres, bonique habitûs. Vid. *Raji Synopſ. Anim. p. 292.* Caput, magnis inſigne oculis, partim ob magnas ſquamas, naſum quæ ambiunt & oculos, partim ob vultûs ferociam, viſu terribile eſt. Capitis pars ſuperna ad collum uſque minoribus ſquamis tegitur; inde dein pedetentim majores & longiores per corpus evadunt; at verſûs caudam tamen rurſus diminuuntur. Per corpus dilutè cinereo-luteus regnat color, ex nigro fuſco variegatus; per dorſum vero ſaturatè luteolus: ſquamæ ventris inſignes, transverſæ, dilutè cinerei ſunt coloris. Omnes, quæ corpori incumbunt, ſquamæ mobiles ſunt & ſtrepentes. Vid. *Ludov. Hennepin* in *Deſcript. Novæ Americæ*, de Serpente Caudiſona, *f.* 199.

## Num. 2. *Serpens*, Bojobi, *Braſilienſis*, Tetrauchoatl Tleoa; *Luſitanis* Cobra Verde.

Variæ ſunt magnitudinis hæ Serpentes: quæ hâc Tabulâ ſiſtitur, ultra duos adæquat cubitos. Per ſquamas ejus inſignes, oblongas, rhomboideas, thalaſſinus dilutus viſitur color, maculis longiuſculis, candidiſſimis, picturæ inſtar marmoreæ, dorſo inſcriptis, variegatus. Ventris ſquamæ latæ dilutè flavent. Caput concinnè formatum, ſubtus dilutè viridi, ſuprà verò ſubruffo colore inumbratur: ſupra naſum, & oculos circùm, magnæ hærent ſquamæ: naſus latus amplis patet naribus: labium ſuperius in ambitu magnis ſquamis fimbriatur: lingua ex albo ſubruffa, bifida, quæ tamen in aliis ferè omnibus prorſùs acuminata eſt & nigricans. Rictus longis, albis, dentibus ſcatet. Indis hæc Serpens *Tleoa* audit, i. e. *Serpens ignea*, juxta deſcriptionem *Johnſtoni*; ratio hujus nominis nos latet: pulcherrime quidem & viridi colore lucido pictæ ſunt. Luſitani referunt, illas aliquando in ædibus commorari, necquicquam mali inferentes, at irritatas demum mordere, hocque morſu vulnus inferre periculi plenum, haud equidem propter venenum infuſum, (uti de morſu Serpentum multi perperam ſcribunt) at ob læſionem nervorum, acutiſſimis illis & tenuiſſimis dentibus divulſorum; unde pars demorſa ilicò inflammatur: accedit huc metus, vulneris

# PLANCHE QUATRE-VINT-SEIZIEME.

## N°. 1. Vipere à Queuë Sonnante; *Orientale, Femelle, très-grande.*

Les habitans de Guatimala, vaſte Païs dans la Nouvelle Eſpagne, nomment cette Vipere *Teuthlacothzauphui*, c'eſt-à-dire, la Gouvernante des Serpens, à cauſe de ſon inſigne méchanceté & du bruit affreux qu'elle fait en rampant. On nous l'a envoyé de Ceylon. Elle a quarante oſſelets au bout de ſa queuë, d'où l'on pourroit conclure qu'elle eſt âgée de quarante ans, s'il eſt vrai ce qu'on a remarqué au Num. 1 de la Planche précedente, que chaque année la queuë de ces Animaux s'accroît d'un nouvel oſſelet. Aux obſervations ſur ces oſſelets rapportées ci-deſſus, & tirées de divers Auteurs, qu'il nous ſoit permis préſentement d'ajouter les nôtres propres. Nous avons trouvé que la Sonnette de ces Serpens contient entre chaque diviſion un oſſelet dur; que ces oſſelets ſont emboités enſemble par une eſpece d'articulation, & qu'un tendon robuſte qui paſſe au milieu les attache fortement l'un à l'autre, d'une maniere néanmoins que leurs articulations demeurent flexibles & libres. Ces oſſelets ſont extérieurement liſſes, luiſans, ſemblables à de la corne, unis enſemble comme par de petites côtes, & intérieurement creux dans le milieu tant deſſus que deſſous. Ils ſont doubles, pour faire un plus grand bruit. Leur partie anterieure eſt de même largeur que la queuë, mais les extrêmités ſont pointues. Leur couleur eſt cendrée-griſe. Le Serpent ici dépeint, eſt long de trois coudées, gros à proportion, rond, charnu, bien nourri. Sa tête remarquable par ſes gros yeux, avec les grandes écailles qui les environnent, & qui couvrent auſſi ſon nez, a un air vraiment féroce & qui ſaiſit de frayeur lorſqu'on la regarde. Le deſſus de la tête juſqu'à la nuque du col eſt revêtu de plus petites écailles, leſquelles enſuite en s'avançant ſur le corps, grandiſſent & s'allongent inſenſiblement juſqu'au commencement de la queuë, où elles redeviennent plus petites par la même gradation. Son corps eſt cendré-jaune, nué de brun ſombre, & de jaune foncé ſur le dos. Les écailles transverſales du ventre ſont cendrées-clair, & fort grandes. Du reſte, toutes les écailles du deſſus du corps ſont mobiles & bruïſſantes. Voyez ſur cette Eſpece de Serpens L. Hennepin, pag. 199 de ſa Deſcription de l'Amerique Septentrionale.

## N°. 2. *Serpent* Bojobi, *du Breſil, autrement nommé* Tetrauchoatl Tleoa, *& par les Portugais* Cobra Verde.

Ces Serpens ſont de differente grandeur. Celui qu'on repréſente ici a plus de deux coudées, c'eſt-à-dire au delà de trois pieds. Les écailles qui le couvrent ſont grandes, oblongues, rhomboïdes, d'un verd de mer, marbré ſur le dos de longues & grandes taches transverſales d'une blancheur d'albâtre. Les écailles du ventre ſont grandes, larges, jauniſſantes. Sa tête eſt belle, bien faite, ombrée ſur le deſſus d'un roux-clair, verdâtre par deſſous. Ses yeux ſont cerclés de vaſtes écailles, dont ſon nez épaté eſt ſemblablement tout couvert. Sa babine ſupérieure eſt bordée de pareilles écailles. Sa langue fourchue, qui dans preſque tous les autres Serpens eſt noirâtre, fort pointue, ſe trouve dans celui-ci blanche & rouſſe. Sa gueule eſt garnie de longues dents crochues. Les Indiens, au raport de Jonſton, apellent ce Serpent, *Tleoa*, Serpent Ignée, ce dont j'ignore la raiſon. Il eſt vrai que ſa couleur eſt d'un très-beau verd, catti, & brillant. Les Portugais racontent que ces ſortes de Serpens viennent quelquefois habiter dans les maiſons, & qu'ils ne nuiſent à perſonne; mais que ſi on les irrite, ils mordent dangereuſement, non pas par le venin qu'ils gliſſent dans la playe, (comme pluſieurs Auteurs l'ont écrit erronément) mais par la léſion & la dilaceration qu'ils font aux nerfs avec leurs dents menues & acerées, d'où nait une prompte inflammation à la partie mordue. Ajoutez à cela la crainte qui



SCD LYON 1

vulneris, qui malignitatem aggravat, ita ut mox ſphacelus ſuperveniat, niſi in tempore procuretur ſeparatio & vulneris mundificatio: ſecus enim homo demorſus certâ nece opprimitur.

## Num. 3. *Avis de* Ococolin *dicta; ſpecies Pici.*

Excellentiſſima, & incomparabilis hæc Avis, tam eleganti certè, & ſplendidiſſimo pollet ornatu, ut omnem fidem ſuperet, niſi Natura productam noſtris exhiberet oculis: magnitudine Picum æmulatur & roſtro, quod tamen paulò magis gibbum & acutiſſimum eſt: plumæ pennæque, aterrimo ſuffuſæ pigmento, pulcherrimè reſplendentibus, dilutè cæruleis, plumis diſtinguuntur: fines etiam plumarum coracinarum eodem cæruleo colore adumbrantur. Pectus vividiſſimâ purpurâ tinctum; venter & femora dilutiſſimè cærulea; pedes cum unguibus nigerrimi ſunt. E regno Mexicano & ſylvis Tetzcocanarumenſibus Braſiliæ adferuntur: cantu Alaudam æmulari dicuntur; uti *Hernandes* & alii teſtantur. Hæcce venuſtiſſima Avis unà cum binis ſequentibus dono mihi data eſt à D. *Jacobo Guillot*, celebri Pharmacopolâ Amſtelædamenſi, rerum & pretio & elegantiâ præcellentium curioſiſſimo.

## Num. 4. *Avis de* Ayoquantototl.

Avis hæc venuſta Pici formam gerit, nigro, æquali, acuto, donata roſtro, & obſcurè ruffis pedibus. Saturatè aurei eſt coloris, nigraſque pennas remiges, & longiuſculam caudam fert: per nigras alarum pennas albi pellucent limbi, apicibus plumarum adpoſiti: roſtrum nigræ ambiunt capillaceæ plumæ, quales & ſub collo hærent. *Hernandes* amœnum quoque hujusce Avis cantum deprædicat, quæ, ad montes habitans, victum ibi conquirit.

## Num. 5. *Avicula de* Cacatototl; *toto corpore nigra, cum vittâ albâ.*

Plumæ nigræ ſaturatè cæruleum emittunt tonum: roſtrum, aliquantiſper incurvum, Paſſerini æmulum, acutum & nigrum eſt: nigri quoque ſunt cum unguibus pedes. Dulce modulantes inter aves hæc quoque refertur, & ad montes Tetzcocanarumenſes frequentiſſima eſt.

## Num. 6. *Sceleton Turdi noſtratis.*

Nitidiſſimum hoc eſt & candidiſſimum, membris omnibus & oſſiculis abſolutum, uti hîc apparet. Tota adhucdum aſpera Arteria adfixa cernitur, quæ cum Pulmonibus communicans in & exſpirationi inſervit.

# TABULA NONAGESIMA ET SEPTIMA.

## Num. 1. *Serpens, Indicus,* Noja; *ſeu Luſitanis* Cobra de Capello *dictus, maximus, conſpicillo notatus; mas.*

Huncce Ceilonenſem naturali magnitudine hîc exhibemus: plurimæ ejus dantur ſpecies. Mares, quorum

qui augmente le mal; de ſorte que le ſphacele de la partie ſuccede bientôt, ſi on n'apporte un promt ſecours en la coupant, & en mondifiant la playe; autrement la mort eſt certaine.

### N°. 3. *Oiſeau* Ococolin, *Espece de Pic.*

Cet incomparable Oiſeau eſt d'un pennage ſi magnifique & ſi brillant, qu'on ne ſe l'imagineroit jamais, ſi la Nature ne le montroit tel à nos yeux. Il eſt de la grandeur du Pic, dont il a le bec, mais un peu plus voûté, & fort pointu. Son plumage eſt d'un noir d'ébene, varié çà & là de bleu-céleſte éclatant. Le bout de ſes plumes noires eſt coloré de ce même bleu. Sa gorge eſt d'un pourpre très-vif. Son ventre & ſes cuiſſes ſont d'un bleu-mourant. Hernandes & d'autres Auteurs aſſurent qu'il a le ramage de l'Alouette. On l'apporte du Mexique & des forêts de Tetzcocanara au Breſil. Ce charmant Oiſeau, & les deux qui ſuivent, m'ont été donnés en préſent par M. Jaques Guillot, fameux Droguiſte d'Amſterdam, Homme vraiment curieux des belles & rares choſes.

### N°. 4. *Oiſeau* Ayoquantototl, *charmant.*

Il a la figure du Pic; le bec égal, noir, & pointu; les pieds d'un roux-brun; le plumage de couleur d'or; la queuë longue; les maîtreſſes plumes des aîles noires, bordées de blanc aux extrémités. Le haut de ſon bec eſt garni tout autour d'un fin duvet noir, qui forme auſſi ſous le col une large cravate. Hernandez loue le doux chant de cet Oiſeau. Il ſe plait à vivre dans les montagnes.

### N°. 5. *Oiſeau* Cacototl, *au corps noir, à tête blanche.*

Ses plumes ſont noires, nuancées de bleu-turquin. Son bec eſt noir, pointu, un peu crochu, aſſez ſemblable à celui du Moineau. Ses jambes & ſes pieds ſont noirs. On le met au rang des Oiſeaux de chant mélodieux, & on le voit fréquemment dans les montagnes de Tetzcocanara.

### N°. 6. *Squelette de la Grive de nos Païs.*

Ce Squelete eſt très-propre, d'une grande blancheur, & bien complet, comme il paroît. Toute la trachée-artere qui communique avec le poulmon, ſervant à l'inſpiration & à l'expiration, s'y trouve auſſi jointe.

# PLANCHE QUATRE-VINT-DIX-SEPTIEME.

### N°. 1. *Serpent* Noja, *des Indes Orientales, nommé par les Portugais* Cobra de Capello, *très-grand, à Lunette, Mâle.*

On le voit dépeint dans ſa grandeur naturelle. Il y en a diverſes Eſpeces. Les Mâles, dont celui-ci eſt du nombre, ont ſur la largeur

SCD LYON 1

quorum de numero hic eſt, latæ cervici inſcriptum gerunt ſignum, quod ab anticâ parte inſpectum conſpicillo ſimile eſt, à poſticâ autem, Felis domeſticæ caput refert. Caput, vividis ſcintillans oculis, amplis patet naribus, & latis, ex cinereo dilutè flavis, tegitur ſquamis, quæ ubi ad cervicem deveniunt, attenuatæ ſaturatius flaveſcunt. Cutis in ſe alba eſt. Expanſio illa Cervicalis, plana & compreſſa, glabris, oblongis ornatur ſquamis, per ſeries digeſtis. Signum Conſpicilli, aut Capitis Felini, æmulum, unà cum lato collari, obſcurè fuſcum eſt: ſquamæ infra tumorem reſidentes, tenues, & oblongæ juxtà ſe invicem decurrunt; dum verò partem corporis reliqui craſſiorem attingunt, jam latiores factæ, uti in piſcibus, diſponuntur, & ex cinereo flavæ ad ruffum vergunt. Ventris quoque ſquamæ inſignes, transverſæ, ſimili, at dilutiore colore pinguntur, admodum longæ, quà parti tumenti cervicis ſuccumbunt. Cauda acuminata; dentes, minuti, gingivis adeò profundè implantantur, ut vix oculis pateant.

## Num. 2. *Serpens, Indicus, ſeu* Cobra de Capello; *fœmella, ſine perſpicillo.*

Hæc Fœmella tumidæ ſuæ Cervici nullam perſpicilli ſignaturam gerit inſcriptam: nec flavas, ſed albicantes, oblongas, ſquamas, granorum Oryzæ ſimiles, ordine digeſtas, ibidem videas, quæ ſubruffæ cuti, ad finem usque tumoris, incumbunt; deinceps verò obſcurè ſpadiceæ redditæ, ſenſim, uti in maſculo, latiores fiunt. Caput ex cinereo ſubflavis veſtitur ſquamis, inſignibus. Cervicem tamen quæ ſuccingunt ſquamæ, non, uti in priore, flavæ ſunt.

## Num. 3. *Serpens, Ceilonica, Conſpicillo notata; ſeu* Cobra de Capello.

Tumidam quidem & hæc Cervicem monſtrat, at quæ cum præcedentibus vix comparari queat; quum & alterius ſit ſpeciei: conſpicillum huic inſcriptum diſtinctiſſimè binos ocellos circulares, quaſi lentes vitreas, exhibet. Squamæ equidem albicantes & oblongæ, uti in prioribus, cervicis expanſioni obſcurè fuſcæ inſident, at aliter tamen ſe habent; dum quam proximè ad ſe invicem coactæ, per totum corpus, ad caudæ usque extremum, decurrunt. Squamæ ſupernæ ex fuſco partim diluto, partim ſaturato, variegantur. Anterior capitis facies nec longa, nec rotunda, aut acuta, inſtar aliarum, ſed angulis aſpera & inæqualis, magnis tecta ſquamis, rubros, flammantes, gerit oculos. Venter, ejusque ſquamæ, ejusdem ſunt, ac corpus ſupernum, coloris.

## Num. 4. *Serpens, Conſpicillo ornata, ex Novâ Hiſpaniâ.*

Non huic magis, ac cuicunque vulgari Serpenti, tumet collum; &, quod gerit, conſpicillum alterius eſt figuræ, quam in Ceilonenſibus: ſcutum enim refert. Frons venuſta grandibus tegitur albisque ſquamis, quarum limbos interiores obſcurè fuſco Natura colore inumbravit: â Capite ad conſpicillum usque quadrangulares ſquamulæ omninò albicant; has excipit nigro fuſcum collare, alio rurſùs albicante ſuccinctum. Oculi pulchrè cæſii ſunt. Corpus, dilutè flavum, ſubfuſcis variegatur tæniis, ambientibus.

Num. 5.

Gallis *Laizard de Mer*, Latinis *Lacertus maritimus*, à nobis verò *Defenſor littoris maris* vocatur; ſiquidem Piſciculis mortuis, tam marinis, quam fluviatilibus, ad littus ejectis, veſcatur, nunquam profundioribus ſe credens aquis, utpote natatui ineptus, organiſque remigio neceſſariis deſtitutus. Videtur proximè accedere ad *Iguanarum* familiam, quarum illam, quæ *Tecuixim* vocatur, in Operis hujus Tom. I, Tab. XCVI, Num. 3, exhibuimus; alias verò ex Americâ oriundas, congeneres, *Sauvegardes* dictas, ejuſdem Tomi Tab. XCVIII, Num. 3, & Tab. XCIX, Num. 1, repræſentarunt. Differunt equidem ratione formæ, externæque picturæ, multum inter ſe: nec immeritò Principem omnium vocaveris huncce noſtrum, ſi veſtem ejus eximiam ſpectes. Superna corporis univerſi facies, ex obſcurè cæruleo perfundata, tenuiſſimis ornatur ſquamulis. Caput, ſimiliter comparatum, tenue, longum, ore in acumen convergente conſpicuum, albicantibus punctis, tanquam margaritis minuſculis, in funiculum colligatis, variegatur, aliiſque iterum punctis per areas intermedias diſtinguitur. Iſthæc variegatio in capitis vertice coronam repræſentat. Oculi, auresque, profundè ſuis in cavis demerſa hærent: auribuſque pellucida quaſi Piſcis ſquama ſuperinducta eſt. Lingua, qualis Serpentum, bifida. Cæterum tota corporis ſuperior regio, crura, pedeſque, albicantibus, Argi quaſi, ocellis, ex unionum lineâ veluti conflatis, tanquam acu, pingitur; ſic, ut hi ocelli, ordinatim & juſtâ diſtantiâ inter ſe digeſti, catenulas forment, in longum porrectas, quarum interſtitia punctis iterum minutis, partim albis, partim dilutè cæruleis, denſiſſimè conſeruntur. Caudæ, dorſo acuminato inſtructæ, pars ſuperior maculis ſingularibus, in magnos annulos conformatis, ornatur; inque his ipſis oculi priores quaſi deliqueſcunt: dum reliquum caudæ, ad finem usque, minutis ſquamulis annulatim tegitur. Ventrem albicantes veſtiunt, tenueſque, ſquamæ, dilutè cæruleis nubeculis, marmoris in modum, variegatæ. Propè anum bina viſuntur tubercula, majores veluti Caryophyllos aromaticos referentia, capitulis aculeatis horrida, non abſimilia Teſticulis.

## Num. 2. *Lacerta cærulea, ex albo maculata; ex Javâ.*

Tota corporis ſuperficies, heîc ex cæruleo perfundata, maculas gerit albicantes utrinque ad ventris latera, femora poſtica, atque caudam. Caput tribus conſpicuum eſt lineis, albicantibus, ab ore & oculis usque ad auriculas profundè capiti immerſas, elongatis. De reliquo ſquamulæ ſaruratè cæruleæ caput oblongum,

lozangées ſont de diverſes couleurs. Sa queuë eſt enrichie d'une madrure orange, ſinguliere. Vers le trou de l'anus, à la Lettre A, on aperçoit une groſſeur qui reſſemble à un teſticule, mais que je n'oſerois donner ſurement pour tel, parce qu'il ne pend point entier hors du corps. Les écailles transverſales ſont iſabelle, ombrées çà & là d'une charmante moucheture de taches noirâtres, grandes & petites. Ce Serpent-ci eſt long de plus de cinq coudées, c'eſt-à-dire de plus de ſept pieds & demi; mais ſa groſſeur n'eſt pas proportionnée à ſa longueur. On prétend qu'il ne vit que d'Oiſeaux.

# PLANCHE CENT-CINQUIEME.

## N°. 1. *Lézard* Tejuguacu, *marqueté de taches comme d'autant d'yeux; ou le* Saurus *de Ceylon, Mâle.*

Les François l'apellent auſſi Lézard de Mer, & les Hollandois le nomment le Défenſeur du rivage de la Mer. Il ſe nourrit de petits Poiſſons morts, ſoit de mer, ſoit de riviere, qui ont été jettés ſur le rivage; mais jamais il ne s'avance dans l'eau, n'ayant point les parties néceſſaires pour pouvoir nager. Il ſemble approcher le plus près des Iguana qu'on appelle *Tecuixim*, & que nous avons repréſenté à la Planche XCVI. Num. 3. du I. Tome de cet Ouvrage; les autres Especes d'Iguana d'Amérique, nommées Sauvegardes, ont été décrites aux Planches XCVIII. Num. 3. & XCIX. Num. 1. du même Tome. Ces Lézards-là different beaucoup les uns des autres à l'égard de leur figure, & de leur tacheté. Mais celui-ci peut paſſer pour le Roi de tous, par raport à ſon magnifique habillement.

Tout le deſſus de ſon corps eſt d'un bleu-turquin, chargé de petites écailles très-menues. Sa tête eſt mince, longue, tictée de points blancs, qui repréſentent comme un collier de petites Perles, entreſemées d'autres petits points au milieu. Ce mêlange forme ſur le ſommet une façon de couronne. Sa gueule ſe termine en pointe. Ses yeux & ſes oreilles ſont profondément enfoncés dans leurs cavités. De plus, ſes oreilles ſont revêtues d'une écaille luiſante, telle que celle d'un Poiſſon. Sa langue eſt fourchue, à la maniere de celle des Serpens. Du reſte tout le deſſus de ſon corps, ſes jambes, & ſes pieds, ſont relevés comme en broderie de taches blanchâtres qu'on prendroit pour autant d'yeux, ou pour des colliers de perles. Car elles forment par ordre, à égale diſtance, de petites chaînes tendues en long, dont les espaces entre chacune, ſont partout ſemés de petits points, les uns blancs, les autres bleus-céleſtes. Le deſſus de la queuë qui fait un dos pointu, eſt orné de taches ſingulieres marquées en anneaux, dans lesquels les premieres taches s'évanouïſſent. Le reſte de la queuë jusques au bout eſt couvert de petites écailles minces, rangées auſſi en façon d'anneaux. Le ventre eſt tapiſſé de minces écailles blanches, marbrées en nuages d'autres écailles d'un bleu-pâle. On aperçoit près de l'anus deux tubercules ou boutons, de la groſſeur de deux clous de girofle, armés de pointes, & ne reſſemblant pas mal à des teſticules.

## N°. 2. *Lézard bleu, tacheté de blanc, de Java.*

Tout le deſſus de ſon corps eſt d'un beau bleu, relevé de taches blanches ſur les deux côtés du ventre, les cuiſſes de derriere, & la queuë. Sa tête eſt rayée de trois rayes blanchâtres, qui découvent depuis la gueule & les yeux jusqu'à ſes oreilles profondément cachées dans la tête. Sa tête oblongue & pointue, de même que ſon dos, ſont couverts de petites écailles d'un bleu-foncé, qui

Ee 2 devient

SCD LYON 1

oblongum, acuminatum, dorſumque, æquabiliter pingunt. Caudæ annulatæ, pedumque, paulò dilutior eſt cæruleus color. Squamæ ventrales, majuſculæ, oblongo-quadratæ, ex obſcurè cinereo griſei ſunt coloris. Referunt Indi, hanc Lacertarum ſpeciem muribus inhiare atque veſci.

## Num. 3. *Lacerta, maritima, maxima, ſive Crocodilus; ex Arabiâ.*

Singularis hæc eſt Lacertarum ſpecies, in Arabiâ & Ægypto, propè Nilum, reperiunda, in ſalo degens, at in ſolo tamen & victum ſuum quæritans. Eſt & alia earum ſpecies, in officinis Pharmaceuticis uſitata, quam *Stinci*, vel *Scinci marini* nomine diſtinguunt. Flaveſcente autem colore *Stincus*, & cauda brevi inſignis, ſale & abſynthio pontico conditus, nobis ex Italiâ transmittitur, tanquam remedium Aphrodiſiacum, ſpermatopœum, cum aliis Aromaticis & ſtimulantibus permiſcendum, laudatus. Lacerta verò, heîc delineata, grandior eſt, latoque inſignis dorſo, ſquamis ſexangularibus veſtito. Color ex ruffo cinereus totam ejus ſupernam faciem tingit. Caput, pedesque, curta ſunt. A naſo ad caudam usque flaveſcens protenditur linea. Os acuminatum eſt. Oculi, aureſque, profundè intra caput demerſi hærent. Squamæ laterales, & ſupra caudam ſitæ, ſubrotundæ, arctè, uti in Piſcibus, ſibi mutuò incumbunt. Ventris ſquamæ, eodem modo comparatæ, dilutè cinereum præ ſe ferunt colorem. Tabula X hujuſce Tomi ſecundi *Scincum* ſiſtit *Americanum*, multò longiore caudâ inſtructum, Lacertæ æmulum. Eſca horumce Animalium in muco marino, minutis Cancris, & vermibus, conſiſtit. Nonnulli veterum Scriptorum Scincos Crocodilis accenſuerunt; at perperam: peculiarem enim ſibi ſolis claſſem poſtulant.

## Num. 4. *Serpens* Tojuqua, *coronata; ex Nova Hiſpaniâ.*

Capta in inſulâ *Tojuquâ* nobis de *Rio de la Plata* transmiſſa eſt. Refertur equidem inter Principes Serpentum, frontemque oſtentat ſquamis latis, grandibus, ornatam, ex nigro & albo undique variegatam. Corporis ſuperni ſquamæ cutaneæ aterrimo ſuffuſæ ſunt pigmento. Collum albicante conſpicuum eſt maculâ, ſcutiformi, in quâ corona nigricans, conſpicilli locum tenens, adparet. Deinceps verò elegans ex albo & nigro ſequitur variegatio. Maculæ latiuſculæ ſquamas grandiores corporis ſupini, ad longitudinis circiter dimidium usque, diſtinguunt: in decurſu verò paulò pallidior evadit ſquamarum nigritudo, annuliſque illuſtratur ex cæruleo albicantibus, qui tamen circa caudam, apice oſſeo terminatam, rurſus evaneſcunt. Squamæ ventrales, ultra dimidiam ventris longitudinem obſcurè ſpadiceæ, ex albo fimbriantur. Dari quibusvis in Regionibus quasdam Serpentum ſpecies, in Prolegomenis jam memoratum eſt: integræ profecto Inſulæ iis ſcatent. *Hiſtoria Hiſpaniæ & Portugalliæ, pag. 91, b*, docet, quod in Inſulâ *Fermentera* Hiſpanis dicta, ad meridiem Ebuſi, ſeu Ivicæ ſita, Græcis olim Ophiuſa dicta, Latinis Colubraria, tantus Serpentum numerus, totque varia earum genera & ſpecies, una cum aliis præterea plurimis Inſectis reperiantur, ut ab Hominibus incoli hanc ob cauſam nequeat. Contra autem huic propè adjacentes aliæ Inſulæ necquidquam horumce Animantium alunt. Quin perhibent, Terram Ebuſi, quæ Serpentini veneni antidotus eſt, in Colubrariam illam Inſulam delatam, inde expellere & fugare iſtas beſtias. Idne verum an falſum ſit, ego hîc ulterius examinare nolim. Pro vero ſaltem venditatur.

TABULA

devient plus pâle ſur ſes pieds, & ſur ſa queuë faite par anneaux. Ses écailles du ventre ſont un peu plus grandes, taillées en rhombes, & pour la couleur cendrées-griſes. Les Indiens raportent que cette Espece de Lézard fait la guerre aux Rats, & s'en nourrit.

### N°. 3. *Lézard de Mer, très-grand; ou, Crocodile d'Arabie.*

Voici une Espece ſinguliere de Lézards qu'on trouve près du Nil en Egypte, & en Arabie. Elle vit également dans l'eau & ſur terre. Il y en a une autre Espece qu'on employe dans les Boutiques d'Apothicaires, & qu'on nomme Scincs Marins. Le Scinc eſt remarquable par ſa couleur jaune, & ſa courte queuë. On nous l'aporte d'Italie confit dans le ſel & l'Abſynthe; & en y joignant quelques autres Aromates ou ſtimulans, on nous le vante pour un bon Médicament Spermatique. Le Lézard ici dépeint eſt plus grand que le Scinc Marin; il a le dos très-large, & couvert d'écailles hexagones. Tout le deſſus de ſon corps eſt cendré-roux. Il a la tête & les pieds courts. Une raye jaunâtre décourt depuis ſon nez jusqu'à ſa queuë. Sa gueule eſt pointue. Ses yeux & ſes oreilles ſont enfoncés dans la tête. Ses écailles ſur les côtés du corps & ſur le deſſus de la queuë, ſont rondes, couchées près les unes des autres, à la maniere de celles des Poiſſons. Les écailles du ventre ſont formées de même, & d'une couleur cendrée La Planche X de ce Second Tome repréſente un Scinc d'Amerique aſſez approchant d'un Lézard, mais portant une beaucoup plus grande queuë. Ces Animaux ſe nourriſſent de Vers, & de petits Cancres. Quelques anciens Ecrivains ont rangé ſans fondement les Scincs parmi les Crocodiles; car il eſt ſûr qu'ils forment pour eux ſeuls une Claſſe particuliere d'Animal.

### N°. 4. *Serpent* Tojuqua, *couronné, de la Nouvelle Espagne.*

Il a été pris dans l'Iſle *Tojuqua*, & nous a été envoyé de Rio de la Plata. On le met au rang des plus beaux Serpens. Son front eſt revêtu de grandes & larges écailles, toutes mêlangées de blanc & de noir. Les écailles du deſſus du corps ſont d'un noir de jayet. Son col eſt remarquable par une tache blanche relevée en boſſe, & ſurmontée d'une couronne noirâtre, après quoi ſuit une jolie marbrure de blanc & de noir. Le deſſus du corps eſt couvert d'aſſez grandes écailles noires, marquetées de larges taches jusqu'au milieu de ſa longueur. Ces écailles deviennent inſenſiblement moins noires, & prennent une moucheture de taches rondes, bleuâtres, lesquelles diſparoiſſent enſuite vers la queuë, qui finit par une pointe oſſeuſe. Les écailles ſous le ventre ſont bai-brunes, à bordure blanche. Nous avons déja remarqué qu'il y a dans tout païs des Especes de Serpens particulieres. Des Iſles entieres en abondent. Nous liſons à ce ſujet dans *l'Hiſtoire l'Eſpagne & de Portugal*, pag. 91, que dans une Iſle qui apartient aux Eſpagnols & qu'ils apellent *Formentera*, ſituée au midi de l'Iſle d'Ivice, que les Grecs ont autrefois nommée *Ophiuſa*, & les Latins *Colubraria*, il y a un tel nombre de Genres & d'Especes differentes de Serpens, outre quantité d'autres Inſectes, que les Hommes ne ſauroient à cauſe de cela habiter cet endroit-là, tandis que les autres Iſles qui lui ſont voiſines ne nourriſſent point de pareils Animaux. On raconte même que la terre de l'Iſle d'Ivice, qui eſt un Antidote contre la morſure des Serpens, étant transportée dans la Formentera, en chaſſe ces ſortes de reptiles. Je ne m'arrêterai pas à examiner la vérité ou la fauſſeté de ce raport. Ce qui eſt certain, c'eſt qu'on le donne pour un fait véritable.

PLAN-

SCD LYON 1

# TABULA CENTESIMA ET SEXTA.

## Num. I. *Serpens noſtras, præpinguis, diſſecta.*

Nondum detracta ei eſt cutis, ſed, unà cum ſquamis transverſalibus, à capite ad anum usque, per medium ventrem, diſſecta; ut copioſiſſima pateat pinguedo, quæ plumoſi inſtar pulvinaris viſcera omnia, à capite ad caudam usque, molliter tegit. Ejus quidem plurimum colligitur è Serpentibus primo vere captis: tum enim, in campis ſterilibus, in ſpiram convolutæ, Solis ſe radiis exponunt, foventque, nec fugam, noxamve, moliuntur, ſi quis manu, manicam coriaceam indutâ, ipſas prehendit, inque ſaccum lineum immittit. Quin facile id ferunt, nec loca ſua deſerunt, niſi vel Sole ardentiore jam penitus percaluerint, vel cœlum pluat: tum verò ſeſe proripiunt, cava ſua repetentes. Qui captandis ſuo tempore Serpentibus adſueti ſunt, imperterriti, nudâ manu eas arripiunt, ſacco indunt, iterumque ſeorſim ſingulas inde protrahunt, inſtar anguillarum deglubendas. Mirabile interim eſt, Animantia hæc, hyberno tempore, quo quietiſſima ſuis in antris deliteſcunt, pabuli omnis expertia, tantam pinguedinis copiam poſſe colligere. Servit autem pinguedo loco pulvinaris, in quo viſcera ventris, nullis oſſibus ſubtus firmati, molliter decumbunt: ſiquidem, cute detractâ, coſtulæ mox dehiſcant, & nuda ferè ſiſtant ventris interanea. Motus vitalis vel ultra 24 horas in iis viget etiamnum, poſtquam & capite & viſceribus ſpoliatæ ſunt. Id, quod in Viperis, & Lacertis, pariter obtinet. Anguillæ, nonnullique alii Piſces, vitam, motumque, ſimiliter per tempus quoddam adhuc conſervant, poſtquam deglupti & in fruſta diſſecti ſunt. Uſus Serpentum, pinguedinisque & extorum Serpentinorum, Medicus à priſcis dudum temporibus innotuit & deſcriptus eſt.

| | |
|---|---|
| Lit. A. | Capitis indicat partem inferiorem, & maxillas, luteis ſquamis veſtitas. |
| B. B. B. B. | Cutim externam, ſquamatam. |
| C. C. C. C. | Tunicam internam, unà cum coſtis, à pinguedine ſeparatam. |
| D. D. D. D. | Ipſam pinguedinem, interanea penitus tegentem. |
| E. | Foramen ad caudam, circa quod ſquamæ transverſales deſinunt. |
| F. | Caudæ corpus, ubi ſquamæ in binas abeunt ſeries, &, firmiter ſibi mutuo implexæ, ſic ad finem usque tendunt. |

Num. 2. Hæc Serpens, quæ, cute ſpoliata, interanea ſua commonſtrat, cum præcedente convenit, præterquam, quod fœmella ſit, ovula continens ſub pinguedine collocata. In Germania ſpecies hæc Viperarum perſanandis adhibetur corporibus debilitatis, Arthritide, Podagra, Nephritide, Phthiſi, aliisque gravioribus morbis, exhauſtis. Petunt hi fontem, cui à Serpentibus nomen eſt, *Schlangenbadt*, hocque dum utuntur, ſimul aſſumunt juſcula Viperarum, ſequenti modo, nobis à Viro Clariſſimo, *Abrahamo Vatero*, Philoſ. & Medic. Doctore, ac Anatomiæ & Botanices in Academiâ Vitembergenſi Profeſſore, communicato, præparata. Viventes Viperæ duæ, cute, inteſtinis, capite & caudâ orbantur, tumque illotæ, cum librâ dimidiâ carnis vitulinæ, macilentæ, in parva fruſta conſcinduntur; quæ deinde, additâ radicum Celeri & Petroſelini ana unciâ unâ, cum aquæ fontanæ, aut pluviæ, puriſſimæ pintis

## PLANCHE CENT-SIXIEME.

### N°. 1. *Serpent de notre Pays, gras, & dépouillé.*

On ne l'a pas encore dépouillé de toute ſa peau, mais de celle qui tapiſſe le deſſous du ventre, comme auſſi de ſes écailles transverſales, depuis la tête jusqu'à l'anus, pour faire voir cette abondance de graiſſe qui ſoutient & couvre de toutes parts les visceres en guiſe de couſſin. On trouve beaucoup de cette graiſſe dans les Serpens qu'on prend au commencement du Printems. Car c'eſt alors que ces Reptiles ſe réchauffent dans les campagnes arides aux rayons du ſoleil, mettant leur corps en ſpirale. On les attrape dans ce tems-là ſans peine ni danger, & on les fourre dans un ſac de toile, en garantiſſant par précaution ſa main d'un gant de cuir. Ils ſe laiſſent prendre, & ne quittent point la place où ils ſont que lorsque le ſoleil eſt plus ardent, ou qu'il vient à pleuvoir; pour-lors ils ſe retirent dans leur creux. Ceux qui ſont accoutumés à prendre les Serpens dans la ſaiſon convenable, les mettent même avec la main nuë ſans rien appréhender dans un ſac, & les en ſortent pareillement un par un, pour les écorcher à la maniere des Anguilles. C'eſt une choſe merveilleuſe comment ces Animaux qui ſe tiennent tranquilles dans leurs caches pendant tout l'Hyver ſans prendre de nourriture, peuvent amaſſer cette quantité de graiſſe qu'ils ont. Elle leur ſert cette graiſſe d'un couſſin qui couvre mollement les viſceres du ventre, lesquels ne ſont défendus d'ailleurs par aucun os; de ſorte que quand on a dépouillé les Serpens de leur peau, toutes leurs petites côtes ſe ſéparent, & montrent les viſceres presque nuds. Leur mouvement vital dure encore vint-quatre heures après qu'on leur a ôté la tête & les entrailles. Ce qu'on remarque auſſi dans les Viperes & les Lézards. Les Anguilles & quelques Poiſſons conſervent ſemblablement ce mouvement vital quelque tems après avoir été écorchés & coupés en morceaux. L'uſage qu'on tire en Medecine des Serpens, de leur graiſſe, & de leurs entrailles, a été déja connu des Anciens.

| | |
|---|---|
| La Lettre A. | indique la partie inférieure de la tête, & les machoires couvertes de leurs écailles jaunes. |
| B.B.B.B. | La peau extérieure garnie d'écailles. |
| C.C.C.C. | La tunique interne ſéparée de la graiſſe, avec les côtes. |
| D.D.D.D. | La graiſſe même qui tapiſſe tous les viſceres. |
| E. | Le trou vers la queuë où finiſſent les écailles transverſales. |
| F. | La queuë où les écailles ſe diſtribuent en deux rangées, & décourent jusqu'au bout, étant jointes fermement les unes aux autres. |

N°. 2. Ce Serpent-ci dépouillé de ſa peau montre ſes parties intérieures. Il ne differe du précedent qu'en ce que c'eſt une Femelle qui a ſes œufs cachés ſous ſa graiſſe. On employe en Allemagne cette Espece de Vipere pour guerir les perſonnes attaquées de la goute, de la gravelle, de l'éthiſie, ou épuiſées par d'autres grandes maladies. Ces perſonnes-là s'en vont aux eaux de *Schlangenbadt*, ainſi nommées par excellence; à quoi ils joignent en même tems l'uſage des bouillons de Viperes préparés de la maniere ſuivante, que nous a communiqué M. Abrah. Vater Profeſſeur en Anatomie & en Botanique dans l'Academie de Wittemberg.

On prend deux Viperes vivantes, dont on ôte la peau, les inteſtins, la tête, & la queuë. On les lave, & on les coupe en petits morceaux, conjointement avec une demi-livre de chair de Veau dégraiſſée. On y ajoute des racines de Celeri & de Perſil, de chacune une Once. On fait cuire le tout enſemble avec deux Pintes d'eau pure de Fontaine ou de pluye dans un pot bien couvert



SCD LYON 1

pintis duabus, in ollâ vitreatâ, probè clauſâ, ſpatio horæ unius, ſimul coquuntur ad dimidias. Hoc Decoctum, binis doſibus, quotidie aſſumitur; pars nimirum dimidia, calens, manè, cum binis ſcrupulis pulveris Viperarum Italic. miſta, exhibetur ægro, qui, per horæ ſpatium ab aſſumtione, leniter ſudans, dein continuo motu ſeſe exercere debet: altera pars Decocti, horâ quartâ pomeridianâ, ſine pulvere, calens iterum, datur. Idque ſingulis diebus, per menſem integrum, repetitur, ægro interea quoque in Balneum deſcendente. Fons hic Slangenbadenſis, in valle Carolinâ dictâ ſcaturiens, medicatis viribus longè latéque celebratus in comitatu Catimelibocenſi, lapidis intervallo ab oppido Schwalbach, pullulat, nec niſi una domus prope ipſum exſtructa eſt, *Mentica* dicta, in qua commorantur peregrini, fonte utentes; niſi malint quotidie Swalbacum reverti.

A. Capitis inferior facies, cum vaginâ linguali, in quâ lingua antrorſum & retrorſum mobilis hæret.
a. Squamæ cutis, maxillas inveſtientis.
B. B. B. B. Venter, cum coſtis, extus conſpicuus.
C. C. Facies ventris interior.
D. D. Pinguedo inteſtinis incumbens.
E. E. Ovulorum binæ ſeries, ſub pinguedine deliteſcentes.
F. Cauda pelle ſuâ adhuc induta.

## TABULA CENTESIMA ET SEPTIMA.

### Num. 1. *Sceleton Serpentis indigenæ.*

Prono in ventrem ſitu collocatum hoc Sceleton eſt, ut ſuperiores partes tantò accuratius in conſpectum veniant. Integrum id, atque illæſum oſſa ſiſtit omni carne orba, pura, cranium præcipuè, maxillas, oculorum orbitas, aurium & narium cava. Vertebrarum inſignis admodum numerus eſt, harumque ſingulæ binas emittunt in utrumque latus coſtulas, exacto ordine ſibi mutuo è diametro oppoſitas, tendinoſis ligamentis ad ſua quaslibet acetabula devinctas.

### Num. 2. *Exuviæ Serpentis.*

Quanam ratione & quo tempore vernationem ſuſcipiant Serpentes, in Præliminaribus adnotatum eſt. Unde monſtrandum hîc ſaltem reſtat, quomodo exuviæ ſecedentes invertantur; quod ſequentibus ſub literis patet.

A. A. A. Partem monſtrat capitalem ſupernam, extroverſam: ubi vel ipſos etiam oculos, in ſitu quidem manentes, vernare manifeſtum eſt.
B. B. Squamarum corporis & ventris grandiorum interna eſt ſuperficies.
C. Facies earundem externa.

### Num. 3. *Sceleton Serpentis reſupinatum.*

Ita oſſa & juncturæ, prout internâ parte conſtituuntur, magis viſui patent. Cauda ab ano usque ad extremum ſolis conſtat vertebris, coſtasque ſenſim attenuatas amittit. Num. 4.

vert, pendant l'eſpace d'une heure jusqu'à la reduction de la moitié. On donne au malade de cette Décoction deux fois par jour, en deux doſes; ſavoir, une partie qu'il boit chaud le matin avec deux Scrupules de Poudre de Viperes d'Italie qu'on met dedans. Le malade une heure après avoir pris ce remede commençant à ſuer legerement, doit prendre un exercice continuel; enſuite vers les quatre heures après midi, on lui donne à boire chaud l'autre partie de la décoction, mais ſans Poudre. C'eſt ce qu'il faut qu'il continue tous les jours pendant un mois, en buvant les eaux de Schlangenbadt conjointement. La Fontaine de Schlangenbadt, fort célèbre par ſes vertus Médicinales dans le Comté de *Catzenellebogen*, ſort de la Vallée de *Carlſtad*, & eſt principalement fameuſe à deux heures de la Ville de *Schwalbach*. Il n'y a dans cet endroit-là qu'une ſeule maiſon nommée *Mentiſch-haus* où habitent les Etrangers qui viennent boire les Eaux, horsmis qu'ils n'aiment mieux retourner tous les jours à Schwalbach.

A. dénote ici la partie inférieure de la tête, où l'on voit le fourreau qui contient la langue.
a. Les écailles de la peau qui couvrent les mâchoires.
B.B.B.B. Le ventre vu extérieurement avec les côtes.
C.C. L'interieur du ventre.
D.D. La graiſſe couchée ſur les inteſtins.
E.E. Les œufs cachés ſous la graiſſe.
F. La queuë encore revêtue de ſa peau.

## PLANCHE CENT-SEPTIEME.

### N°. 1. *Squelette d'un Serpent de notre Pays.*

Ce Squelette eſt poſé ſur le ventre, pour faire voir plus exactement les parties du deſſus du corps. Il eſt entier & montre uniquement les os tout-à-fait décharnés, particulierement le Crane, les mâchoires, les orbites des yeux, les trous des oreilles & des narines. Le nombre des vertebres eſt prodigieux. Chacune d'elles fournit de chaque côté deux côtes, diametralement oppoſées les unes aux autres, & toutes attachés par des ligamens tendineux à leurs acetabules, c'eſt-à-dire aux cavités des os où elles ſont reçues.

### N°. 2. *Dépouille d'un Serpent.*

Nous avons marqué dans les Préliminaires comment, & en quel tems, les Serpens quittent leur vieille peau. Ainſi il nous reſte ſeulement à montrer ici comment cette vieille peau ſe change; ce qui paroîtra par les Lettres ſuivantes.

A.A.A. Fait voir la peau de deſſus la tête, retournée; par où il eſt manifeſte que la tunique des yeux même, quoiqu'ils reſtent dans leur ſituation, ſe change.
B.B. La ſurface intérieure des grandes écailles du corps & du ventre.
C. Leur ſurface extérieure.

### N°. 3. *Squelette d'un Serpent mis ſur le dos.*

Dans cette ſituation, les os & les jointures paroiſſent mieux à la vue tels qu'ils ſont intérieurement. La queuë depuis ſon commencement jusqu'au bout n'eſt formée que de vertebres, & perd ſes côtes qui ſe diminuent inſenſiblement.

N°. 4. *Ser-*

SCD LYON 1

**Num. 4.** *Serpens Americana, rarior, lemniſcis rubris & albis, longitudinalibus notata.*

Tæniæ binæ rubentes, tresque albicantes, juxta dorſi longitudinem protenduntur. Squamæ imi ventris transverſales, grandiores, venuſtè flavent. Caput, concinnè ornatum, rubro ſuper fundo ex albo pingitur, binas præterea in cervice, Roſarum æmulas, maculas gerens. Cutis, vernatione functa, glabritie & ſplendore ſingulari gaudet.

**Num. 5.** *Exuviæ Serpentis integræ.*

Spolium hoc extus & intus viſibile hîc eſt, internæque præſertim ſuperficiei concavas ſquamulas oſtendit.

**Num. 6.** *Sceleti Serpentis pars.*

Caput heîc, cum parte quadam ſpinæ dorſi, ſitu ſupino repræſentatur, ut in partem capitis inferiorem, atque maxillas, introſpiciendo denticuli minuti, usque in fauces digeſti, pateant.

**Num. 7.** *Caput Serpentis oſſeum, cum parte ſpinæ dorſi, & coſtulis, ſupernè conſpicuum.*

Vertebrarum anfractus, ſuprà, à capite ad finem usque caudæ, plurimis turgent tendinibus, qui, filamentorum inſtar, terni vel quaterni juxtà ſe mutuo diſpoſiti, vertebrarum firmant articulationes.

**Num. 8.** *Mandibula Serpentis majoris dentata.*

Dentes longi, adunci, introrſum, uti in Lucio piſce, recurvati ſunt.

**Num. 9.** *Coſtæ binæ, majores, Serpentis.*

## TABULA CENTESIMA ET OCTAVA.

**Num. 1.** *Sceleton Serpentis maximæ, Ceilonicæ.*

Id integrum quidem non eſt, ſed duodecim ſaltem, unà cum capite, complectitur vertebras, ſuis ab uno latere adhuc inſtructas coſtis, mobilibus. Admiratione verò digniſſima pariter, ac artificioſiſſima eſt illa articulatio, qua vertebræ hæ inter ſe uniuntur, firmisque & eximiis ita colligantur tendinibus, atque muſculis, ut ſingulæ tamen mobiles ſint, omnesque illos flexus, rotationes, & velociſſimas vibrationes, liberè

**N°. 4.** *Serpent d'Amerique, rare, orné de bandes longitudinales rouges & blanches.*

Le long de ſon dos décourent deux bandelettes rouges, & trois blanches. Les écailles transverſales du ventre ſont grandes, peintes d'un beau jaune. Sa tête eſt mignonne, marquée de blanc ſur un fond rouge, avec deux taches en forme de Roſe ſur le ſommet. Sa peau, quand elle eſt nouvelle, eſt d'un brillant ſingulier.

**N°. 5.** *Dépouille entiere d'un Serpent.*

Cette Dépouille qu'on voit ici en dehors & en dedans, expoſe encore à l'œil les petites écailles concaves, principalement celles de la ſurface intérieure de la peau.

**N°. 6.** *Une portion du Squelete d'un Serpent.*

La tête, & une partie de l'épine du dos, eſt couchée en arriere, pour qu'on voye toutes les petites dents plantées dans les mâchoires jusqu'au fond du palais.

**N°. 7.** *Le Crane d'un Serpent, avec une partie de l'épine du dos, & les petites côtes, vuës par deſſus.*

Les vertebres dans leur courbure extérieure, ont depuis la tête jusqu'à l'extrêmité de la queuë pluſieurs tendons, qui comme autant de filamens rangés les uns près des autres, ſervent à affermir les articulations de chaque vertebre.

**N°. 8.** *La mâchoire d'un grand Serpent garnie de dents.*

Ses dents ſont longues, crochues, & recourbées intérieurement comme celles du Brochet.

**N°. 9.** *Deux grandes côtes d'un Serpent.*

## PLANCHE CENT-HUITIEME.

**N°. 1.** *Squelete d'un très-grand Serpent de Ceylon.*

Ce Squelete n'eſt point entier, il ne contient que la tête & douze vertebres accompagnées (mais ſeulement d'un côté) de leurs côtes mobiles. C'eſt une choſe digne d'admiration & pleine d'artifice, que cette articulation des côtes avec les vertebres, de même que la maniere dont ces vertebres ſont jointes enſemble, attachées par des muſcles & de forts tendons, de façon que chacune ſoit mobile, & puiſſe exécuter ces plis & replis, ces rotations, ces promtes vibrations, auxquelles tout l'aſſemblage entier con-



SCD LYON 1

liberè concedant, quibus perficiendis tota compages adaptata eſt. Operæ hinc pretium fore judicavimus, partem hanc ſceleti, nobis ex Inſulâ *Ceylon* transmiſſam, harum rerum curioſis contemplandam propoſuiſſe. Admiranda certè eſt ſummi Creatoris providentia, quâ ſuos cuilibet animanti artus, juxta ſingularem cujuslibet indolem, ita comparavit, ut determinatis finibus inſerviant. Quamprimum artuum horumce quidam vel deficit, vel alliſu, aliâve injuriâ, læditur, mox perturbatio naſcitur, quæ, niſi plenariam machinæ deſtructionem inferat, Animal ſaltem mutilum, triſte, & vigoris expers reddit. Inde verò ſapientiſſimus ordo, & artificio pleniſſima compages, in viliſſimo quolibet Animali, quod omnipotentis Dei digitus effinxit, obtinens, luce meridianâ clarius innoteſcit: modò ne quis oculo minus attento hæc prætervideat, & pro adiaphoris, aut, quod pejus, pro fortuito caſu contingentibus, firmiſſimas has naturæ leges reputet; infinitam ſic ſummi Conditoris potentiam, Ipſumque Numen, turpiter contemnens. Abſit igitur hoc à nobis peccatum! Dumque oſſa hujus Serpentis ad primam omnium rerum originem, Deum, nos manu ducunt, ſub illorum contemplatione, Hujus amplificare gloriam non obliviſcamur. Literis intentus oculus deteget ſub

A. A. A. Cranium tripartitum.
B. B. Binas oculorum orbitas.
C. C. C. Nares.
D. D. D. Maxillam ſuperiorem, dentibus carentem.
E. E. Maxillam inferiorem, recurvatis dentibus armatam.
F. Os occipitis.
G. Vertebras.
H. H. H. Coſtas.
I. I. Vertebram, utrimque coſtatam.
K. K. Foramina, per quæ nervi & vaſa deferuntur.

## Num. 2. *Spina dorſi Serpentis.*

Jaculatricem vocant, cujus hæc eſt ſpina, Serpentem; quia velocitate vibrationis ſagittam arcu excuſſam æquat. Vertebris autem hæc ſpecies gaudet planè diverſis, teretibus, utrinque duplici foramine perviis, ut coſtæ excipi & firmari queant, quæ hîc, uti oſſicula piſcium, prope ſpinam dorſi bifurcantur. Geminatis etiam membranis vertebræ ſingulæ colligantur, ita tamen fabrefactis, ut decurrentem per medium canalem medullæ relinquant intactum, & aëre elaſtico inter proſiliendum diſtendantur. Id docent litteræ ſequentes:

a. a. Membranas notat geminatas, tenaces, & robuſtas, inflatas, quibus teretia vertebrarum corpora colligantur.
b. b. Extrema vertebrarum abſciſſa, membranis nuda, canale medullæ pervia.
c. Membrana ab uno latere reſciſſa.
d. Interior & exterior vertebræ tunica.
e. Maxilla alterius Serpentis, mandibulam Lucii piſcis referens.

Num. 3.

concourt à la fois. Ainſi nous avons cru bien faire en expoſant à la contemplation des Curieux cette portion de ſquelete qu'on nous a envoyé de Ceylon. Il faut admirer la Providence du Créateur, qui a donné à chaque Animal toutes les parties du corps convenables à ſa nature, & aux fins auxquels elles ſont deſtinées. Lorsque quelqu'une de ces parties manque, ou a été bleſſée par un accident, tout le corps de l'Animal s'en reſſent, & s'il ne meurt pas, du moins il reſte mutilé, triſte, & n'a plus la même vigueur qu'auparavant. Cet ordre ſi ſage, & cet art ſi marqué dans la ſtructure de la machine des Animaux les plus vils, indiquent à n'en pouvoir douter le doigt de Dieu; hormis que quelqu'un qui ne voudra pas y faire attention, ni réfléchir ſur la puiſſance infinie de l'Etre ſuprême, ne s'imagine que ce ſont des choſes indifferentes, ou, ce qui eſt encore pire, que les loix invariables de la Nature ſont de purs effets du hazard. Loin de nous une erreur auſſi pernicieuſe! Et tandis que le ſeul ſquelete de ce Serpent nous conduit comme par la main au Créateur qui l'a formé, n'oublions point de le glorifier en conſiderant ſon Ouvrage.

A. A. A. déſigne le crane partagé en trois.
B. B. Les deux orbites des yeux.
C. C. C. Les narines.
D. D. D. La mâchoire ſupérieure ſans dents.
E. E. La mâchoire inferieure armée de dents crochues.
F. L'os du derriere de la tête.
G. Les vertebres.
H. H. H. Les côtes.
I. I. Une vertebre accompagnée de ſa côte de chaque côté.
K. K. Les trous qui donnent le paſſage aux nerfs & aux vaiſſeaux.

## N°. 2. *L'Epine du dos d'un Serpent.*

C'eſt ici l'épine du dos du Serpent qu'on nomme le Dard, parce qu'il s'élance avec l'impétuoſité d'un trait. Cette Eſpece de Serpent a ſes vertebres abſolument differentes des autres Serpens. Chez lui elles ſont rondes, percées de chaque côté d'un double trou, pour recevoir l'emboitement des côtes & les affermir; il faut encore ſavoir que ſes côtes ſont fourchues vers l'épine du dos, ainſi que les arrêtes des Poiſſons. De plus, chacune de ſes vertebres eſt attachée par deux membranes, faites de façon qu'elles ne touchent point à la moelle des vertebres. Ajoutez à cela qu'elles ſont élaſtiques, & reſſautent quand on les comprime.

a. a. dénote les deux membranes, qui ſont fortes, robuſtes, enflées, & ſervent à attacher fermement le corps des vertebres.
b. b. Les Vertebres coupées, dénuées de leurs membranes, & percées pour donner le paſſage à la moelle.
c. La membrane qui ſert à attacher les vertebres, coupée d'un côté.
d. La tunique extérieure & intérieure d'une vertebre.
e. La mâchoire d'un autre Serpent, ſemblable à la mâchoire du Brochet.

N°. 3. *Par-*

SCD LYON 1

## Num. 3. *Pars cutis dorſalis, Serpentinæ.*

De dorſo utrinque deglubita hæc portio ventrales ſquamas, grandiores, tranſverſales, ſimul demonſtrat, picturamque elegantiſſimam. Ejusmodi exuviarum Serpentinarum poſſidemus plurimas, à decem ad viginti usque pedes longas, ſquamis majoribus, miro ornatu pictis, donatas.

## Num. 4. *Pars cutis inferioris, abdominalis.*

Heic ventris ſquamæ inſignes, tranſverſæ, pulchro ordine adhuc juxta ſe mutuo digeſtæ cernuntur: quæ quidem corneæ duritiei ſunt in Serpentibus majoribus, & loco pedum ipſis inſerviunt. Unde & quandoque, reptatu frequentiore, multum detritæ apparent.

# TABULA CENTESIMA ET NONA.

Vidimus hactenus, per innumera quaſi exempla, infinitam, ratione configurationis & picturæ externæ, varietatem, qua liberrimus Naturæ Author unicum iſtud Serpentum genus in millenas certè ſpecies, habitu externo inter ſe diſcrepantes, voluit diſpeſcere; ut vel in viliſſimis his Animantibus haberet oculus Humanus, quo & delectaretur, & ſociatam abſolutiſſimæ libertati omnipotentiam Conditoris pervideret.

Unum ſupereſt, antequam Serpentologiæ imponamus finem, ut à ſuperficie externâ nimirum penetremus profundius, & ipſa Serpentum interanea perſcrutemur: occurrunt enim & hîc Deo digna quam plurima, & ſimpliciſſima præcipuè adorandi Creatoris unitas quàm evidentiſſimè innoteſcit; dum tot, externo habitu inter ſe diverſæ, ſpecies eandem intus conformationem, parem ubique œconomiam, oſtendunt. Ne tamen in alienam, Anatomicorum ſcilicet, meſſem falcem immittere videamur, haud animus eſt, ad amuſſim proſequi omnia, ſed generaliora ſaltem indicare, quousque rudior partium Serpentis internarum conſpectus hac in Tabellâ ſiſtitur.

Quemadmodum Reptilium ferè omnibus, ita Serpentium præcipuè generi, ſequaciſſimâ opus erat corporis, omniumque ejus partium, flexilitate, ut illi motus poſſent perfici, quos reptabunda progreſſio requirit. Hinc eſt, quod in conſtruendo Serpentum corpore Natura præprimis ſtuduerit, longitudinem eximiam cum ſummâ gracilitate, poſſibili, jungere: quæ binæ dotes flexilitati mirè conferunt. Id verò uti locum habet in partibus magis externis, muſculis nimirum, atque oſſibus; ita neceſſario etiam circa interanea obtinere debet: neque enim in tanta oſſiculorum & muſculorum, ad infinitos illos motus neceſſariorum, multitudine, ſervatâ ſimul corporis gracilitate, relinqui poterant aut efformari cava, præterquam anguſta & elongata, recipiendis viſceribus idonea. Unde & ipſorum viſcerum ita accommodanda erat figura, ut latitudinis defectum compenſaret longitudo; & eorum ſitus ita debebat ordinari, ut potius juxta longitudinem, quam in latum, uti in aliis Animantibus, adunarentur.

Hæc verò hactenus à fine deducta ita reverà ſeſe in ipſis Serpentibus habere, mox deteget, quisquis earum

### N°. 3. *Portion de la peau du deſſus du corps d'un Serpent.*

Cette portion de peau qu'on a détachée du dos d'un Serpent, fait voir en même tems les grandes écailles tranſverſales du ventre, & expoſe à l'œil un magnifique tacheté. Nous avons quantité de pareilles dépouilles de Serpens, longues depuis dix jusqu'à vingt pieds, chargées de grandes écailles qui ſont ſuperbes par leurs ornemens.

### N°. 4. *Portion de la peau du deſſous du corps d'un Serpent.*

L'on voit ici les vaſtes écailles tranſverſales du ventre diſpoſées avec un très-bel ordre. Dans les grands Serpens ces écailles ſont auſſi dures que la corne, & même leur tiennent lieu de pieds. D'où il arrive qu'elles paroiſſent quelquefois extrêmement uſées par le frottement qu'elles ſouffrent.

## PLANCHE CENT-NEUVIEME.

Nous avons fait voir par un grand nombre d'exemples cette varieté infinie de figures, de couleurs, & de tacheté, dont il a plu à l'Etre ſuprême de diſtinguer la Race entiere des Serpens, pour montrer aux Hommes dans la contemplation de ces vils Animaux, la beauté & la diverſité de ſes Ouvrages.

Mais il nous reſte encore, avant que de finir cette Hiſtoire des Serpens, à examiner la conformation interieure de leur corps dont nous n'avons pas parlé. Ici ſe préſentent bien des choſes également ſimples & remarquables, qui prouvent évidemment l'unité d'un Créateur, lequel en diſtinguant au dehors par une differente parure toutes les Eſpeces de ces Reptiles, a néanmoins formé leur corps intérieurement avec une uniformité & une économie qui ſe montre toujours la même. Notre deſſein n'eſt point d'entrer ſur cette matiere dans des recherches profondes & détaillées; nous laiſſons ce travail aux Anatomiſtes de Profeſſion, c'eſt un ſujet qui eſt particulierement de leur reſſort: ainſi nous nous contenterons ſeulement d'indiquer en général la ſtructure intérieure du corps des Serpens, & d'en donner une repréſentation dans cette Planche.

Il étoit néceſſaire aux Reptiles, mais principalement aux Serpens, d'avoir toutes les parties de leur corps non ſeulement extrêmement flexibles, mais attachées, unies, & liées les unes aux autres, pour être en état d'exécuter les divers mouvemens que demande leur rampement ſur terre. Auſſi c'eſt à quoi la Nature a pris grand ſoin de pourvoir, en formant le corps de ces Reptiles très-long & très-mince en même tems; deux choſes qui concourent merveilleuſement à produire cette flexibilité dont nous parlons: & ces deux choſes ne ſe rencontrent pas ſeulement dans les parties de leur corps les plus externes, telles que ſont les Muscles & les Os, mais elles ont pareillement lieu dans toutes les parties les plus internes; car avec ce corps mince, & un ſi grand nombre d'Os & de Muscles, dont les fonctions ſont de produire tant de mouvemens differens, il falloit que la Nature formât des cavités étroites & allongées pour y placer les Visceres. Ainſi donc la figure de ces Visceres devoit être ajuſtée de façon que leur longueur compenſât le manque de leur largeur; & leur ſituation devoit être diſpoſée en long plutôt qu'en large, au contraire des autres Animaux.

Cet arrangement des parties du corps des Serpens, nous ne le déduiſons pas ſimplement des fins pour lesquelles ces Reptiles ſont



SCD LYON 1

earum quandam cultro ſubjicere Anatomico non tergiverſatur. Prono enim corpore, à capite ad caudam usque, juxta longitudinem diſſecto, videbit canalem adaperiri anguſtum quidem, ſed longiſſimum, in quo viſcera, tenuem quaſi in funiculum contorta, exporriguntur ita, ut, ipſe canalis muſculoſo-oſſeus ſi utrinque ſub capite, & ante caudam, reſcindatur, interaneorum compages non interruptam, nec diminutam exhibeat totius Serpentini corporis longitudinem. Id eſt, quod figura III hujus Tabulæ demonſtratum imus, ubi, ſeparatis atque reſectis, à capite ad caudam usque, tam tegumentis communibus, quam ſtrue musculoſo-oſſeâ, viſcerum in ſerie longiſſimâ, ſed continuâ, ſitus exhibetur, ſimulque innoteſcit, nullam hic dari, uti in aliis animantibus, cavorum ſeparationem, ſed uno canale, continuato, viſcera contineri omnia. Sit igitur hujus figuræ III iſthæc explanatio.

In dorſum reſupinata ſiſtitur Serpens, reſecto ad caput & caudam, atque ſeparato penitus toto canale, viſcera continente.

Lit. a. Notat caput reſupinatum.
b. b. Funiculum, ex vagina, linguam condente, aſperâ arteriâ, œſophago, vaſisque & muſculis quibusdam, conſtantem.
c. Cor ſuo involutum pericardio.
d. d. Saccum Pulmonalem cum Hepate, & Oeſophago.
e. Oeſophagum, quà in ventriculum dilatatur.
f. Ventriculum ipſum, apertum.
g. g. g. Ductum inteſtinalem, ad caudam usque protenſum, cujus principio, mox ſub ventriculo, involuta hæret veſica Fellea.
h. h. Renem utrumque, dextrum ſiniſtro inferiorem.
i. i. Caudam.

Jam dato generali viſcerum conſpectu ſeorſim ſingula ſcrutemur.

Diſſectis ſub maxillâ inferiore, per medium, integumentis, ſeſe offert ilico vagina lingualis, medio inter bina maxillæ crura loco decurrens, in laxè circumpoſita pinguitudine mobilis, poſticâ facie anteriori Tracheæ parti adhærens, altero ſuo extremo, quod linguam ejaculatur, in cavum oris, ante hiatum Arteriæ aſperæ, defixa; inde deſcendens rectâ, per medium collum, inter duo vaſa albicantia, donec ad glandulam conglomeratam, Cordis baſi proximè adcretam, delata, glandulæ hujus in tunicâ neſcio, an ipſo in corpore, obliteretur. Tenera adeò eſt hæc vagina, ut muſculoſa, an membranoſa ſit, vix potuerim diſcernere: craſſior interim in principio, lineâ, extus conſpicuâ, per mediam ejus longitudinem ductâ, quaſi in duos canales diviſa apparet, licet revera indiviſa ſit; quæ linea prout ſenſim in deſcenſu evaneſcit, ita & ipſa vaginæ ſubſtantia ſimul magis magisque attenuatur, & cum ipſo linguæ corpore veluti coaleſcit, ut deinceps ſeparari amplius vix queat.

Lingua, quam hæc vagina recondit, carne compactiore conſtans, è cuſpide geminâ, itidem carnoſâ, non rigidâ, in unum dein corpus abit, pariter lineâ longitudinali diviſum, emiſſilis atque reductilis, quousque liberè in vaginâ hæret, cum quâ, ut dictum, tandem in decurſu concreſcit. Vid. Fig. I & IX.

Remoto

ſont créés, mais nous avancons de plus, que quiconque ſe donnera la peine d'en faire l'Anatomie, trouvera cette conformation telle qu'on vient de la ſuppoſer. Il verra après avoir couché le Serpent ſur le dos, & ouvert ſon corps par une diſſection longitudinale faite de la tête à la queuë, qu'il s'offre à la vue un canal, muſculeux-oſſeux, étroit, & très-long, lequel renferme les Visceres entortillés, comme en un cordon, de maniere que s'il coupe ce canal, d'un côté vers la tête & de l'autre près de la queuë, il appercevra l'aſſemblage des Visceres non interrompu dans toute l'étendue du corps de l'Animal. C'eſt ce que démontre la III Figure de cette Planche. Les tégumens communs, & l'enveloppe musculeuſe-oſſeuſe étant coupée & ſéparée, d'un bout d'un corps à l'autre, il ſe préſente à l'œil la ſituation les Visceres qui forment une longue chaîne continue. Il ſuit de là qu'il n'y a point ici de ſéparation de Cavités comme dans les autres Animaux, mais une continuation d'un ſeul canal où tous les visceres ſont renfermés. Voilà donc l'explication de la III Figure.

Le Serpent eſt repréſenté couché ſur le dos, le canal qui contient les Visceres, coupé vers la tête & vers la queuë.

Lettre a. marque la téte renverſée.
b. b. Le cordon compoſé du fourreau de la Langue, de la Trachée-artere, de l'Oeſophage, de quelques Muscles & Vaiſſeaux.
c. Le Cœur enveloppé de ſon Pericarde.
d. d. Les Poumons, avec le Foye, & l'Oeſophage.
e. L'Oeſophage dans l'endroit où il commence à former le Ventricule.
f. Le Ventricule même ouvert.
g. g. g. Le Canal Inteſtinal qui s'étend jusqu'à la queuë. Au commencement de ce Canal, préciſément ſous le Ventricule, eſt placée la Véſicule du fiel avec le Pancreas.
h. h. Les deux Reins, dont le droit eſt plus bas que le gauche.
i. i. La Queuë.

Préſentement que nous avons fait la revuë générale des Visceres, examinons-les chacun en particulier.

Quand on a coupé par le milieu les intégumens de la mâchoire inférieure, la fourreau de la Langue ſe préſente d'abord aux yeux. Ce fourreau eſt ſitué au milieu des deux branches de l'os de la mâchoire inferieure, & environné commodément de graiſſe qui lui laiſſe la liberté de ſe mouvoir; il adhere par derriere à la partie antérieure de la Trachée, & par le bout qui renferme la Langue, il s'avance dans la cavité du palais avant la diviſion de la Trachée; enſuite il deſcend droit par le milieu du col, entre deux vaiſſeaux blanchâtres, jusqu'à la Glande Conglomerée qui eſt accrue près de la baſe du Cœur. C'eſt là qu'il ſe perd ou dans la tunique de cette Glande, ou dans le corps même, ce que j'ignore. Ce fourreau eſt d'un tiſſu ſi délicat, que je n'ai presque pu diſcerner s'il étoit musculeux ou membraneux. Il m'a ſemblé plus épais dans ſon origine, & quoiqu'il ne ſoit point réellement partagé en deux canaux, il paroit néanmoins l'être par le moyen d'une ligne mitoyenne extérieure. Comme cette ligne s'efface inſenſiblement dans ſon décours, auſſi la ſubſtance du fourreau s'atténue à meſure, & s'unit de telle maniere au corps de la Langue, qu'on ne peut enſuite l'en ſéparer qu'à grand peine.

La Langue contenue dans ce fourreau, eſt compoſée d'une texture plus ſerrée, & eſt formée d'une double pointe, charnue, flexible, qui s'unit enſuite en un ſeul corps diviſé par une raye longitudinale. Cette Langue eſt mobile, le Serpent peut la darder hors du fourreau, où l'y retirer jusqu'à l'endroit où ils ſont accrus enſemble. Voyez Fig. I & IX.

Sous

SCD LYON 1

Remoto linguæ corpore proximè ſubjacet Trachea, cujus in ore hiatum ſuperioribus Tabulis jam demonſtravimus. Deſcendit hæc itidem recta, per medium colli, anticâ parte vaginam lingualem, poſticâ Oeſophagum tangens, non ramoſa, annulis cartilagineis, integris, concinnè fabrefactis, conſtans, donec ſub Corde circiter in Pulmonem demergatur. Neque enim, quod in Viperâ caudiſona à D. *Tyſon* obſervatum deſcribit *Rajus*, in hâc Serpentum ſpecie reperire mihi licuit, ab ipſo mox gutture Pulmones veros incipere. Imò verò Arteria aſpera, unica, nec diviſa, nec dilatata, hîc usque ad cordis confinia delabitur, tumque, diſſectis quaſi per longitudinem, atque extroverſis & applanatis, qui hactenus circulares erant, ejus annulis cartilagineis, accreſcit juxta longitudinem ſacco pulmonali, quousque hic veſiculoſæ eſt ſubſtantiæ, eâ quidem ratione, ut ipſa Trachea è diſciſſis ſuorum annulorum extremitatibus huncce ſaccum veſicularem quaſi protrudere videatur. Diſparent verò demum ſegmenta illa cartilaginea, quando Pulmonis ſubſtantia celluloſa obliteratur. Eſt enim (ut hac occaſione hoc quoque viſcus commemorem) Pulmo hîc ſaccus quidem unicus, nec lobis conſtans, ſed ratione ſubſtantiæ duplex: dum pars ejus ſuperior, immediatè Tracheam excipiens, internam faciem infinitis excavatam monſtrat cellulis, quæ innumeris vaſorum ſanguineorum ramificationibus perreptatæ rubore vivido totam inficiunt, ſanguinemque actioni aëris ſub multiplicatiſſimâ ſuperficie exponunt; altera verò pars inferior, priori continua, at longè major, fundum quaſi ſacci conſtituens, merè membranacea, lævem intus habet parietem, minimè veſicularem, nec veſtigiis cartilagineæ Tracheæ, nec vaſis adeò diſtinctum: hæcque inflata aëre pellucet, & ad ipſos usque Renes ſeſe extendit, toto hoc ductu ad dorſum, & proximum Jecur, defixa. Vid. Fig. I, IV, V.

Utrimque ad latera vaginæ lingualis, & Tracheæ, in eodem colli cavo, bina cernuntur fila albicantia, in longum protenſa, ſurſùm, verſus caput, ſenſim gracileſcentia, quæ, poſtquam in caput penetrârunt, proſequi haud licuit amplius: at in deſcenſu Cordis baſi manifeſtè implantantur; unde pro vaſis ſanguineis ea haberi fas eſt, utpote multò ampliora, quam ut Nervoſæ indolis ſuſpicio oriri poſſet. Vid. Fig. I, lit. f. f. Fig. IX, lit. e. e.

Hæc equidem, quà, Cordi proxima, latiore baſi mox in hoc demerguntur, anticæ parti ſuæ adcretam monſtrant glandulam ſpectabilem, ex plurimis acinulis, diſtinctè viſibilibus, ſubflaveſcente materie, pinguiuſculâ, aliquando circumfuſis, conglomeratam, circa quam, ut ſuprà dictum, vagina lingualis terminari videbatur. Hanc verò Thymum eſſe glandulam, non obſcurè innuit Analogia. Vid. Fig. I, lit. g. Fig. IX, lit. f.

Cor deinde ſequitur, ſuo incluſum Pericardio, quod fibris quibusdam, ceu vinculis, è Cordis ſubſtantiâ porrectis, Cordi ita adligatur, ut hoc tamen libere inibi moveri queat: atque uti capſula hæc ſurſùm, ultra Cordis baſin exſpatiata, bina, ante deſcripta, vaſa adſcendentia inveſtit; ita circa apicem Cordis eadem arctiſſimè Jecoris ſummitati accreſcit, nullo mediante Diaphragmate. Cor, pro mole corporis exiguum, ſimplici gaudet ventriculo, ſatis muſculoſo, cui à latere duplex hæret lobus carneus, haud tamen integrè diviſus, ſed, quà è Corde pullulat, ſimplex, pro Auriculâ habendus. Unde dubius hæreo, unicam, an binas deceat ſtatuere Auriculas; quum hisce accuratè examinandis ſatis dexteræ manus defuerint. Atqui vel inter Peritiores etiamnum lis eſt hâc de re. Vaſa quatuor de Corde emanare vidi, ſurſum duo, totidemque deorſum. Vid. Fig. I & IX.

Tracheæ

Sous la Langue repoſe la Trachée, dont nous avons déja repréſenté l'ouverture dans les Planches précedentes. Cette Trachée deſcend droit par le milieu du col, touche par devant le fourreau de la Langue, & par derriere l'Oeſophage. Elle eſt toute compoſée d'anneaux bien faits, entiers, cartilagineux, jusqu'à ce qu'elle entre dans les Poumons, ce qui n'arrive qu'au deſſous du Cœur, ou à peu près.

Car je n'ai point remarqué dans cette Eſpece de Serpent, ce que Ray raporte avoir été obſervé par le Dr. Tyſon dans la Vipere à Queuë-ſonnante, ſavoir, que ſes véritables Poumons commençoient dès le goſier même. Qu'au contraire ici la Trachée-Artere ne ſe dilate, ni ne ſe diviſe que vers le Cœur, où elle s'unit au Sac Pulmonaire par ſes anneaux cartilagineux, qui de circulaires qu'ils étoient auparavant, ſe renverſent & s'applatiſſent comme s'ils étoient coupés dans leur longueur. Les cerceaux cartilagineux de la Trachée diſparoiſſent enſuite, lorsque la ſubſtance celluleuſe du Poumon ſe change en membraneuſe.

Le Poumon, car je ne puis me diſpenſer de parler préſentement de ce Viſcere, le Poumon, dis-je, dans le Serpent, eſt un ſeul ſac. Il n'eſt point compoſé de lobes comme celui des autres Animaux, mais d'une ſubſtance celluleuſe & membraneuſe. Sa partie ſupérieure où entre la Trachée-Artere, eſt un amas de petites cellules, parſemées d'une infinité de ramifications de Vaiſſeaux ſanguins qui teignent toutes ces cellules d'un rouge vif, & expoſent le ſang à l'action de l'air par leur ſuperficie ſi multipliée. La partie inférieure des Poumons continue à la ſuperieure, mais beaucoup plus grande, formant pour ainſi dire le fond du ſac, eſt purement membraneuſe, polie intérieurement, ſans veſicules, ſans traces de Trachée cartilagineuſe, & ſeulement fournie d'un aſſez petit nombre de Vaiſſeaux ſanguins. Si on enfle d'air cette partie, elle eſt transparente, & s'étend jusques aux Reins, en couvrant le dos & le Foye. Voyez Fig. I. IV. V.

De chaque côté du fourreau de la Langue & de la Trachée, décourent deux filets blanchâtres, qui s'amenuiſent inſenſiblement en montant vers la tête, où étant parvenus il ne m'a plus été poſſible de les ſuivre; en deſcendant, ils ſe plantent manifeſtement dans la baſe du Cœur. Il eſt permis de prendre ces filets pour des Vaiſſeaux ſanguins, car ils ſont trop gros pour qu'on les puiſſe ſoupçonner d'être des Nerfs. Voyez Fig. I. lett. f. f. Fig. IX. lett. e. e.

A l'endroit du Cœur où ils viennent ſe plonger, eſt attachée une Glande Conglomerée, remarquable, formée de petits grains glanduleux, très viſibles, dont ſuinte quelquefois une humeur jaunâtre, graiſſeuſe. C'eſt près de cette Glande que ſe termine le fourreau de la Langue, ainſi que nous l'avons déja dit, & l'Analogie ſemble inſinuer que la Glande dont nous parlons n'eſt autre choſe que le Thymus. Voyez Fig. I. lett. g. Fig IX. lett. f.

Le Cœur eſt renfermé dans le Péricarde, auquel il eſt uni par des fibres ou des attaches que lui donne le Cœur même, ſans que cela l'incommode dans ſes mouvemens. Comme le Péricarde eſt entouré vers la baſe du Cœur des deux filets que nous avons décrits, auſſi vers la pointe du Cœur il eſt étroitement attaché à la partie ſuperieure du Foye, ſans le ſecours du Diaphragme. Le Cœur du Serpent eſt petit, eu égard à la groſſeur de ſon corps; il n'a qu'un ſeul ventricule aſſez musculeux, auquel d'un côté eſt joint un double lobe charnu, qui dans ſon origine paroit cependant ne former qu'un ſimple lobe, qu'on peut regarder comme étant une des Oreillettes. Sur quoi je doute encore s'il ne faudroit pas plutôt établir ici deux Oreillettes qu'une: mais je n'ai pas eu aſſez de dextérité pour pouſſer la recherche de cette affaire, & même de plus habiles que moi n'ont pas pu jusqu'à préſent décider cette queſtion d'une voix unanime. Il part quatre Vaiſſeaux du Cœur, dont deux vont en haut, & deux en bas. Voyez Fig. I & IX.



L'Oe-

SCD LYON 1

Tracheæ ſuccumbit Oeſophagus, qui, recto ductu à faucibus, juxta ſpinam, deſcendit, intus lævis, lubricus, æquè capax ubique, donec eò circiter loci devenerit, ubi pars inferior membranoſa Pulmonis Jecori adcreſcit: tum enim & exaſperatur intus, & ampliatur magis, ore lato paulò poſt in Ventriculum abiturus. Vid. Fig. I & VI.

Ventriculus continuatus ſaltem eſt Oeſophagus, niſi quod capaciorem in ſaccum dilatetur, qui plicis rugiſque valdè inæqualem monſtrat internam ſuperficiem, neque vel in eadem quoque Serpentum ſpecie ejusdem ſemper figuræ videtur eſſe.

Aperui ſanè Serpentes, quarum Ventriculus nonniſi paulò majore capacitate ab Oeſophago ſe diſtinguebat; dum idem in aliis tumore multum exorbitante peculiarem penitus ſaccum referebat. Scilicet Serpens prædâ ſe ſuſtentat non omni tempore obviâ: nacta hinc eſt cum Oeſophago Ventriculum valdè extenſilem, ut eſcâ oblatâ in plures dies ſibi proſpicere poſſet; docta interim ſimul, ſi requirit neceſſitas, jejunium pati quam longiſſimum, quo tempore vacuus venter valdè contrahatur neceſſe eſt. Hæc qui ſecum reputat, ex facili videt, multum fore diſcrimen, ratione capacitatis, inter Serpentis benè paſtæ, ejusdemque dudum abſtemiæ, Ventriculum. Vid. Fig. I, II, III, VI, VIII.

Addo in tranſitu, quod ventriculis Serpentum examinandis intentus multoties inibi variorum repererim Animantium cadavera ſemicorrupta: ita Ranam Fig. VII ex ventriculo f. Serpentis Fig. III extraxi; & in ventriculo Serpentino Fig. VIII diſſecto prominet etiamnum cauda Lacertæ lit. a. ex Oeſophago mox in cavum Stomachi devolvenda; in cujus fine etiam hærent bini phaſeoli, lit. b. b., macerando quidem tumefacti, at ventriculi actione minimè contriti. Quæ obſervata aliquam fortè lucem adferre poſſunt explicando digeſtionis negotio in hisce Animantibus.

Ventriculo arctior continuatur ductus Inteſtinalis, qui in principio, ubi veſicam Felleam, Pancreas, vel Lienem, ſibi propinqua gerit, tantisper rectâ defertur, deinceps verò plurimis criſpatus revolutionibus inferiora petit, rurſumque ad pollicum aliquot diſtantiam ab ano in rectum canalem evolutus, tandem in cloacam dilatatur Ureteres pariter recipientem, & hiatu anguſtiore, unà cum fœcibus inteſtinalibus, lotium Renum excernentem. Vid. Fig. I, II.

Hepar, ut dictum, immediatè Cordis capſulæ adcretum, inde deſcendit quam longiſſimum, mediâ viâ ſacco Pulmonali firmiter adhærens, nullis diſtinctum lobis, ſenſim gracileſcens in ductum, qui, duos pollices latos circiter ſub ventriculo, Inteſtinali fiſtulæ videtur implantari. Vid. Fig. I, II, IV.

Quin & ad ipſam Inteſtinorum è Ventriculo originem, quâ contractior quaſi Pylorus extus ſinulum efformat, aliud adpenditur corpuſculum, exiguum, oblongo rotundum, vaſe ſanguineo neſcio, an ligamento, aut ductu excretorio, tunicæ Inteſtini ſeſe adnectens. Id an pro Liene, an pro Pancreate habendum ſit, non determinaverim. Vid. Fig. I, lit. p.

Sub hoc deinceps viſcere Veſicula viſitur Fellea, ab Hepate quidem ſeparatiſſima, at Inteſtino ipſi adhærens, juxta hujus externam ſuperficiem recurvatum demittens ductum Cyſticum, cum ductu forte Hepatico prius coëuntem, quam Inteſtini in cavum ſeſe penetrat. Vid. Fig. I, II.

In Pancreate indagando majore uſus ſum diligentiâ, quam felicitate: ſiquidem tale neutiquam potuerim invenire corpus, illius quod ſpeciem aliquo modo referret.

Renes

L'Oeſophage eſt couché ſous l'Apre-Artere, & deſcend depuis le fond du goſier en droite ligne le long de l'épine du dos. Ce Conduit eſt intérieurement liſſe, gliſſant, & partout d'un égal diametre, jusqu'à ce qu'il ſoit parvenu à l'endroit où la partie inférieure & membraneuſe du Poumon s'unit au Foye. Là l'Oeſophage commence à devenir interieurement raboteux, d'une plus grande capacité; & s'abouche au Ventricule par une large embouchure. Voyez Fig. I & VI.

Le Ventricule n'eſt autre choſe que l'Oeſophage continué, & aggrandi en forme d'un ſac, mais qui eſt quelquefois different de figure dans la même Eſpece de Serpent. Sa face intérieure eſt raboteuſe par quantité de plis & de rides.

Au reſte, j'ai ouvert des Serpens dont le Ventricule n'étoit que très-peu plus ample que leur Oeſophage, & d'autres dont cette partie formoit par ſa largeur un vrai ſac particulier. La raiſon en eſt facile. Le Serpent vit de proye, qu'il ne trouve pas toujours; d'où vient qu'il a un Oeſophage & un Ventricule qui peuvent beaucoup s'étendre, afin d'y retenir une grande proviſion. Il peut auſſi ſouffrir un long jeûne, quand la néceſſité le demande; & alors il arrive que ſon Ventricule vuide ſe reſſerre extrêmement. Si donc on veut y réflechir un peu, l'on verra qu'il doit y avoir une grande différence par raport à la capacité, entre le Ventricule d'un Serpent bien nourri, & celui d'un Serpent qui a longtems jeûné. Voyez Fig. I. II. III. VI. VIII.

J'ajoute en paſſant, qu'en m'occupant à examiner les Ventricules de ces Reptiles, j'y ai ſouvent trouvé des cadavres d'autres Animaux à moitié corrompus. Ainſi je tirai une fois la Grenouille marquée Fig. VII. de l'eſtomac f. du Serpent repréſenté à la Fig. III. Et dans le Serpent diſſequé à la Fig. VIII, ſort la queuë du Lézard, lett. a. prête à paſſer de l'Oeſophage dans ſon Ventricule. On voit encore ici deux Pois lett. b. b. gonflés par la macération, mais qui n'ont point été triturés par l'action du Ventricule. Ces petites remarques peuvent peut-être donner quelque lumiere pour expliquer la maniere dont ſe fait la digeſtion dans ces Animaux.

Le Conduit Inteſtinal continu au Ventricule, eſt un canal étroit qui dans ſon commencement où il avoiſine la Véſicule du fiel, le Pancreas & la Rate, ſe porte un peu en droite ligne; mais enſuite il deſcend en bas en ſerpentant toujours; & puis à la diſtance de quelques pouces de l'Anus, il ſe redreſſe en un canal droit, qui en ſe dilatant forme le reſervoir des excrémens; là il reçoit auſſi les Ureteres, & par une petite ouverture évacue l'urine des Reins conjointement avec les matieres fécales. Voyez Fig. I. II.

Le Foye qui, comme on l'a dit, eſt uni au Péricarde, s'allonge extrêmement en deſcendant ſous le Ventricule, & adhere fermement dans ſon chemin au ſac pulmonaire; il n'eſt point partagé en lobes, mais il ſe retrécit inſenſiblement en un Conduit qui a autour de deux pouces de large ſous le Ventricule, & qui paroit enfin aboutir au Canal Inteſtinal. Voyez Fig. I. II. IV.

Dans l'endroit où commencent les Inteſtins, & où le Pylore forme un pli au dehors, il y a une appendice d'un petit corps rond-oblong, qui ſe joint aux boyaux; ſi c'eſt par un Vaiſſeau ſanguin, ou par un ligament, ou par un conduit excrétoire, c'eſt ce que j'ignore, & je ne ſai pas plus s'il faut prendre ce corps pour la Rate ou pour le Pancreas. Voyez Fig. I. lett. p.

C'eſt ſous ce Viſcere qu'eſt ſituée la Véſicule du fiel, entierement ſéparée du Foye, mais adhérente aux boyaux par ſa ſurface externe, & finiſſant par le Conduit cyſtique recourbé, lequel s'unit peut-être au Conduit hépatique avant que de pénétrer dans la cavité des Inteſtins. Voyez Fig. I. II.

Je me ſuis beaucoup appliqué à chercher le Pancreas, ſans ſuccès; & je n'ai jamais pu trouver aucun corps qui lui reſſemblât un peu.

En

SCD LYON 1

Renes denique & magnitudine & ſtructurâ admodum ſpectabiles ſunt Serpentibus. Humilior autem eſt ipſorum ſitus, ut vel ſub ipſis Teſticulis, in maribus, demum reperiantur, apice eorum paulò elevatiore, quam locus eſt, quo Inteſtinum, mox in Rectum abiturum, gyros ſuos amittit. Interim ſiniſter Ren notabiliter altius, quam dexter, aſſurgit. Sunt autem corpora, anguſta quidem, at valdè longa, è tenui principio ſenſim latiora, dein verò ſub finem iterum graciliſcentia, applanata, maximam partem (in Serpentibus ſaltem diu ſpiritu fermentato maceratis) albicantia, è plurimis corpuſculis, tanquam minoribus Renunculis, laxè ſibi mutuo adpoſitis conflata, ſtructurâ in aliorum quoque Renibus Animantium non inuſitatâ.

Neque dubitet quiſpiam, utrum ex vero Renum nomen his corporibus adtribuatur: eorum namque quodvis ureterem oſtendit juxta longitudinem alterutrius marginis deſcendentem, in deſcenſu novo jugiter ramulo, è ſingulis minoribus Renunculis oriundo, auctum, brevi rectâque viâ, verſus cloacam tendentem, in quam peculiari quilibet orificio ſeſe exonerat. Vid. Fig. I, II.

Superſunt generationis organa breviter indicanda. Mas Serpens binos gerit Teſticulos, altiore etiam, quam Renes, loco in ventre ſitos, dextrum & ſiniſtrum; quorum ille itidem, ut de Rene dextrò dictum, ſiniſtro humilior eſt. Piſi majoris uterque formam, paulo tamen magis ellipticam, habet, & colorem extus atque intus albicantem. Cujuslibet autem è corpore medio proficiſcitur vas deferens, quoque albicans, infinitis flexibus, arctè concretis, criſpatum, quod hinc evolutum vel triplo etiam longius fore, quam nunc eſt, credibile fit. Deſcendunt porrò hæc ipſa vaſa verſus ſui quodlibet lateris Renem, cujus limbo exteriori laxè hærentia unà progrediuntur, donec, emenſis Renibus, ureterum comitatu, usque ad cloacam, ſtipata, deinceps, infrà hanc, in Penes geminos, ſubordinatos, ſeſe immergant. Vid. Fig. I.

Penes heîc gemini occurrunt, ſuis radicibus infra cloacam, ad principium caudæ defixi, extra æſtum Venereum ſub integumentis caudæ latentes, inſtar duorum corporum conicorum, apice ſuo caudæ finem ſpectantium, quæ, cava intus, ſi aperiantur, faciem internam plurimis horridam ſpinulis, verſus cloacam preſſulis, oſtendunt. Vid. Fig. I.

Hic quidem Penium flaccidorum eſt ſtatus; qui dum rigent, è ſuis in caudâ vaginis exſurgentes, internâ ſuperficie ſpinoſâ extroverſâ, apices ſuos per cloacæ hiatum emittunt, fœmellæ frigidioris loculos ardentibus aculeis ſtimulaturi. Peracto coitu reducuntur iidem, ut chirothecæ digiti, quorum apici intus adnexum filum retrahitur.

Teſtium loco Ovaria poſſidet Serpens fœmella, admodum inſignia tempore parturitionis, & miro ovorum numero fœta. Duo nimirum conſpiciuntur ductus, membranacei, valdè extenſiles, forte & vi muſculoſâ contractiles, longiſſimi: certè alterutrum circa ventriculi confinia jam ortum deprehendi. Continentur autem hisce ductibus ova, ſibi mutuo directè ſubordinata, in funiculum quaſi colligata, numero plurima, ut vel in uno ejusmodi canale quatuordecim & quandoque plura numerarim. Ita inſtructi hi oviductus, per ſuum quilibet Ventris latus, rectâ deſcendunt, peculiari utrinque orificio in cloacam ſeſe terminantes. Vid. Fig. II.

Uteri cæterum ſingularis veſtigium reperire nullum mihi licuit. At infra cloacam bina quoque corpora conica, obtuſioribus tamen apicibus donata, ſubter caudæ integumenta deprehendi continuata, extus ferè

En échange, les Reins dans le Serpent ſont fort remarquables par leur grandeur & leur ſtructure. Ils ſont ſitués ſi bas, qu'on les trouve dans les Mâles ſeulement ſous leurs Teſticules. Leur pointe eſt un peu plus élevée que l'endroit où commence le Boyau Droit. Cependant il faut ſavoir que le Rein gauche eſt placé conſiderablement plus haut que l'autre. Ce ſont de petits corps aplatis, étroits, fort longs, s'élargiſſant dès leur origine inſenſiblement, mais s'étréciſſant enfin vers le baſſinet; du reſte preſque entierement blanchâtres, au moins dans les Serpens qui ont été macerés dans des Eſprits. Ils ſont compoſés d'une infinité de petits corps, qui ſont comme d'autres petits Reins, joints les uns & les autres ſans être preſſés, par une ſtructure qui ne leur eſt point particuliere.

Perſonne ne doit douter qu'il ne faille donner le nom de Reins aux corps que nous venons de décrire; car ils finiſſent tous deux par des Ureteres qui deſcendent de chaque côté du baſſinet du Rein, & ſont accompagnés de nouveaux tuyaux urinaires qui naiſſent des petits Reins, & s'abouchent au Rectum où chacun ſe décharge par ſon orifice de ſa liqueur. Voyez Fig. I. II.

Il nous reſte à indiquer les Organes de la Génération. Le Serpent Mâle a deux Teſticules, le gauche & le droit, ſitués tous deux dans le bas-ventre au deſſus des Reins, le droit plus bas que le gauche, ainſi qu'à l'égard des Reins. Chaque Teſticule a la groſſeur & la forme d'un gros Pois, ſeulement un peu ovale, d'ailleurs blanc tant en dehors qu'en dedans. Du milieu de chaque Teſticule part un Vaiſſeau Déférent, blanc auſſi, replié en une infinité de petites courbures, qui étendues montreroient vraiſemblablement que ce Vaiſſeau eſt trois fois plus long qu'il ne paroit d'abord. Les Vaiſſeaux Déférens ſe portent chacun vers le Rein qui eſt de ſon côté, s'attachent lâchement au bord extérieur du Rein, deſcendent aux Ureteres & marchent de compagnie avec eux jusqu'au reſervoir des excrémens, ſous lequel enfin ils ſe déchargent dans deux Verges. Voyez Fig. I.

On trouve en effet que le Serpent en a deux au lieu d'une, lesquelles prennent leur origine ſous le reſervoir des excrémens au commencement de la queuë. Qand le Mâle n'eſt point en chaleur, ſes deux Verges ſont cachées ſous les intégumens de la queuë comme deux petits corps creux, de figure conique, dont le bout regarde l'extrêmité de la queuë. Si on les diſſeque, on voit que leur ſurface interne eſt hériſſée de pluſieurs petites épines couchées vers l'Inteſtin Droit. Voyez Fig. I.

Tel eſt l'état de ces Verges lorsquelles ne ſont point tendues; mais ſi le Serpent entre en amour, elles ſe roidiſſent, ſortent de leur gaine, leur ſurface interne hériſſée d'épines ſe retourne en dehors, & il darde ces piquans dans le trou de l'Inteſtin de la Femelle pour la mettre en chaleur. Après l'accouplement, ces pointes ſe recachent dans leur gaine, à peu près comme on retireroit le doigt d'un gand avec un fil qu'on attacheroit intérieurement au bout.

La Femelle du Serpent a des Ovaires très-gros dans le tems de ſa ponte, & remplis d'un nombre prodigieux d'œufs. Ces Ovaires ſont deux Canaux membraneux, très-longs, qui peuvent beaucoup s'étendre, & qui ont peut-être auſſi une force muſculaire pour ſe raccourcir. Je les ai déja trouvés l'un & l'autre près du Ventricule. Ils contiennent dans toute leur longueur quantité d'œufs rangés par files en un cordon; je me rappelle d'en avoir compté quatorze de ſuite, & même davantage, en un ſeul Ovaire. Chacun de ces Ovaires deſcend droit de chaque côté du ventre où il eſt placé, & vient ſe terminer par un orifice particulier dans le reſervoir des excrémens. Voyez Fig. II.

Du reſte, il ne m'a pas été poſſible d'apercevoir dans la Femelle du Serpent aucune trace de Matrice particuliere. J'ai ſeulement trouvé ſous l'Anus, deux corps de figure conique, mais



SCD LYON 1

ferè Penes viriles referentia, interim minimè ſpinoſa intus, ſed ſucco fœtente, ſpiſſo, plena; quæ quidem an vulvæ ſint fæminarum, an verò folliculi odoriferi, judicent peritiores. Vid. Fig. II.

Nos, deductâ ad finem qualicunque deſcriptione partium Serpentis internarum, brevem Figurarum hujusce Tabulæ reliquarum explicationem ſubjungemus.

## Explicatio Figuræ primæ.

a. a. Maxillæ inferioris crura.
b. b. b. Vagina linguæ, à principio ſuo in ore ad finem usque circa glandulam g proſecuta.
c. c. Linguæ cuſpides.
d. d. d. Trachea.
e. e. e. Oeſophagus, quousque ejusdem circiter capacitatis manet.
f. f. f. Bina vaſa è corde ſurſum promanantia.
g. Glandula Thymus.
h. Cor Pericardio incluſum.
i. Vas à Corde profectum, deorſum tendens.
l. l. l. Pulmo.
m. m. m. Jecur.
n. Oeſophagus, in Ventriculum abiturus, tumeſcens.
o. Ventriculus.
p. Corpus incognitum, Lien forte aut Pancreas.
q. Ductus Hepaticus.
r. Veſica Fellea.
s. s. Inteſtini principium, non corrugatum.
t. t. t. Inteſtini revolutiones.
u. u. Inteſtini finis rectus.
x. x. x. x. Cloaca.
aa. aa. Teſticuli.
bb. bb. bb. bb. Vaſa ſemen deferentia.
cc. cc. Renes.
dd. dd. Ureteres.
y. y. Orificia ureterum in cloacam hiantia.
ee. ee. ee. ee. Penis uterque reductus.
z. Spinulæ internæ ſuperficiei Penis reducti.
ff. ff. Cauda.

## Explicatio Figuræ ſecundæ.

a. Oeſophagus.
b. Ventriculus.
c. c. Inteſtini principium, non complicatum.
d. Particula Jecoris reſciſſa.
e. Ductus Hepaticus.

f. Veſica

mais à pointe obtuſe. Ces deux corps, aſſez ſemblables au dehors au Membre Viril, ſe continuoient ſous les intégumens de la queuë; ils n'étoient point armés de pointes intérieurement, mais pleins d'une humeur épaiſſe, d'une mauvaiſe odeur. Je laiſſe à de plus habiles à juger ſi ce ſont-là les Vulves des Femelles de Serpens, ou, des Follicules Odoriferans. Voyez Fig. II.

A cette Deſcription des parties internes du Serpent, il ne nous reſte préſentement qu'à joindre une courte explication des Figures de cette Planche.

### Explication de la Figure I.

a. a. Les deux branches de l'os de la Mâchoire inferieure.
b. b. b. Le fourreau de la Langue depuis ſon origine dans le palais jusqu'à ſa fin vers la glande.
c. c. Les fourches de la Langue.
d. d. d. La Trachée.
e. e. e. L'Oeſophage tant qu'il conſerve ſa même capacité.
f. f. f. f. Les deux Vaiſſeaux du Cœur qui vont en haut.
g. La Fagouë, ou la Glande *Thymus*.
h. Le Cœur enveloppé de ſon Péricarde.
i. Le Vaiſſeau qui va du Cœur en bas.
l. l. l. Le Poumon.
m. m. m. Le Foye.
n. L'Oeſophage dans ſa partie la plus large où il s'abouche au Ventricule.
o. Le Ventricule.
p. Corps à moi inconnu, qui eſt peut-être la Rate ou le Pancreas.
q. Le Conduit Hépatique.
r. La Véſicule du fiel.
s. s. Le commencement du Canal Inteſtinal qui n'eſt point pliſſé.
t. t. t. Les circonvolutions des Boyaux.
u. u. u. Le Rectum ou l'Inteſtin Droit.
x. x. x. x. Le reſervoir des excrémens.
aa. aa. Les Teſticules.
bb. bb. bb. bb. Les Vaiſſeaux Déférens.
cc. cc. Les Reins.
dd. dd. Les Ureteres.
y. y. Les orifices des Ureteres qui ſe déchargent dans le reſervoir des excrémens.
ee. ee. ee. ee. Les deux Verges qui ne ſont pas tendues.
z. Les piquans de la ſurface interne de la Verge quand elle eſt retirée.
ff. ff. La Queuë.

### Explication de la Deuxieme Figure.

a. L'Oeſophage.
b. Le Ventricule.
c. c. Le commencement des Inteſtins.
d. Portion du Foye coupée.
e. Le Conduit Hépatique.

f. La

SCD LYON 1

f. Veſica Fellea.
g. g. Inteſtini flexus.
h. h. Inteſtini pars ultima, recta.
i. i. i. Cloaca.
l. l. l. l. l. l. Ovaria.
m. m. Oviductuum orificia in cloacam aperta.
n. n. Renes.
o. o. Ureteres.
p. p. Corpora conica infra cloacam producta.
q. Interna horum ſuperficies lævis.

## Figuræ tertiæ Explicatio ante data eſt.

## Explicatio Figuræ quartæ.

a. Trachea.
b. b. b. b. Pulmonis pars ſuperior, celluloſa intus.
c. c. c. Annulorum Tracheæ ſegmenta, Pulmoni innexa.
d. d. d. d. Jecur.
e. e. e. e. Pulmonis pars inferior, intus lævis.
f. f. f. Linea cohæſionis Jecoris cum Pulmone.

## Explicatio Figuræ quintæ.

a. Trachea.
b. b. b. Segmenta Tracheæ cartilaginea, per Pulmonem continuata.
c. c. c. Partis ſuperioris Pulmonis interna ſuperficies celluloſa.

Figura VI exhibet rugas & plicas internæ ſuperficiei Ventriculi, & extremi Oeſophagi.

Figura VII Ranam ſiſtit è Ventriculo f Serpentis Fig. III extractam.

Figura VIII repræſentat Ventriculum Serpentis apertum, in cujus principio cauda Lacertæ a, in fine autem bini Phaſeoli b. b. hærent.

## Explicatio Figuræ nonæ.

a. a. Cuſpides linguæ.
b. b. c. Vagina linguæ, ad b. b. aperta, ad c deſinens circa Thymum.
e. e. e. e. Bina vaſa Cordis ſurſum porrecta.
f. Glandula *Thymus.*

g. g. Bina

f. La Véſicule du fiel.
g. g. Les plis & replis des Boyaux.
h. h. Le bout du Rectum qui eſt droit.
i. i. i. Le reſervoir des excrémens.
l. l. l. l. l. l. Les Ovaires.
m. m. Les orifices des Ovaires pénetrant dans le reſervoir des excrémens.
n. n. Les Reins.
o. o. Les Ureteres.
p. p. Les petits Corps de figure conique qui s'étendent ſous le reſervoir.
q. Leur ſuperficie interne polie.

### L'Explication de la Troiſieme Figure a été donnée ci-deſſus.

### Explication de la Quatrieme Figure.

a. La Trachée.
b. b. b. b. La partie ſuperieure du Poumon toute celluleuſe intérieurement.
c. c. c. Les Segmens annulaires de la Trachée joints au Poumon.
d. d. d. Le Foye.
e. e. e. e. La partie inferieure liſſe intérieurement.
f. f. f. L'endroit ou le Foye adhere au Poumon.

### Explication de la Cinquieme Figure.

a. La Trachée.
b. b. b. Les cerceaux cartilagineux de la Trachée continués dans la ſubſtance du Poumon.
c. c. c. La ſurface interne celluleuſe de la partie ſuperieure du Poumon.

La Sixieme Figure repréſente les rides & les plis de la ſurface interne du Ventricule & du bout inferieur de l'Oeſophage.

La Septieme Figure préſente une Grenouille tirée du Ventricule f. du Serpent dépeint à la Troiſieme Figure.

La Figure Huitieme montre le Ventricule ouvert d'un Serpent qui avoit dans ſon orifice inferieur les deux Pois b. b.

### Explication de la Neuvieme Figure.

a. a. Les deux fourches de la Langue.
b. b. c. Le fourreau de la Langue ouvert aux lett. b. b. finiſſant à c. vers la glande Thymus.
e. e. e. e. Les deux Vaiſſeaux du Cœur qui ſe portent en haut.
f. La Glande Thymus.



g. g. Les

SCD LYON 1

g. g. Bina vaſa, è Corde deorſum tendentia.
h. h. h. h. h. Pericardium apertum.
i. i. i. i. Cor.
l. Cordis Ventriculus.
m. m. Auricula Cordis bifida.

## TABULA CENTESIMA ET DECIMA.

Datis quomodocunque iis, quæ internam Serpentium fabricam concernunt, proximè quædam libet ſubnectere, partes interaneas aliorum Animantium quorundam, hoc in opere exhibitorum, ſpectantia. Quanquam enim priore jam Tomo eorundem propoſuimus icones, adeoque & Anatomia eò fuerat referenda; nobis tamen haud minus congruum fore viſum eſt, ſi, quæcunque de Anatome Animalium dicenda erant, collecta ſimul, oratione continuatâ proſequeremur, unoque etiam in conſpectu ſiſteremus, finem facturi hiſtoriæ Animalium perfectiorum. Ab externis ad interna molliſſimum vel ipſa Natura tranſitum præbet. Neque interim quiſpiam ſibi imaginetur, nos vel perfecti quid hîc adfectare, vel ſubtiliſſima quæque velle proſequi. Imò verò immorabimur ſaltem groſſioribus, indicaturi duntaxat viſcera primaria, quousque rudiori illa cultro noſtro ſeſe objecerunt. Rimentur alii ſubtiliora. Non eſt cujusvis, hæc in adyta penetrare. Nec adeò hactenus in propatulo eſt Animalium œconomia, quin cognitis multum præponderent incognita. Conatus ergo, utcunque imbecilli, nunquam reprimendi ſunt. En! noſtros.

### Figura prima. *Caput Crocodili junioris, rictu aperto oris interiora monſtrans.*

Litem eſſe inter Zoötomos, an Crocodilus linguâ gaudeat, nec ne, ii ſatis norunt, quibus hæc curæ ſunt. Eam interim penitus deciſam fuiſſe ab *Ol. Borrichio* fortè cuidam videretur, qui eum in Anatome Crocodili ita perceperit pronunciantem: „ Lingua Crocodilo eſt etiam luſco manifeſta; hæret illa loco „ ordinario, ſatis eminens, ſed craſſa quadam tunica obducta, quæ forſan piſcatores, perfunctoriè inſpi- „ cientes, decepit. &c". Vid. *Blaſii Anatom. Animal. Cap. XIV, de Crocodilo.* At verò, utut major ſit magni hujusce Viri in orbe litterato auctoritas, quam ut quis temerè ipſius verba in dubium auſit vocare, iis tamen quo minus ſubſcribam multiplex obſtat autopſia, mihi quidem tutior in hisce dux, quam aliorum ſcripta quæcunque.

Inſpexi certè fauces plurimorum Crocodilorum; perquiſivi cavum oris undequaque; linguam inveni nullam. Dictorum ergo *Borrichii* memor, hærere illam loco ordinario, at tunicâ tectam, operam dedi, ipſius ut ductum ſequens cultro penetrarem in linguæ domunculam. Erat nimirùm junior ad manum Crocodilus, cujus rictum diducens, ad locum linguæ ordinarium, i. e. inter crura maxillæ inferioris, mox defigo oculos; quum verò nullum ibi liberum aut mobile corpus, quod ullo modo linguam referret, ſed membrana ſaltem tenax, fortis, flaveſcens, occurreret, quæ per ſpatium triangulare, à maxillæ cruribus

g. g. Les deux Vaiſſeaux du Cœur qui ſe portent en bas.
h. h. h. h. h. Le Pericarde ouvert.
i. i. i. i. Le Cœur.
l. Le Ventricule du Cœur.
m. m. L'Oreillette fourchue du Cœur.

## PLANCHE CENT-DIXIEME.

A l'Anatomie des Serpens que nous venons de donner, nous ajouterons préſentement celle de quelques autres Animaux mentionnés & dépeints dans le Premier Tome de cet Ouvrage. Il paroitra peut-être d'abord que c'étoit là le lieu de placer à propos ce que nous nous propoſons de dire ſur cette matiere; mais nous avons cru néanmoins qu'il conviendroit encore mieux par forme de concluſion, de réunir à la fois, & pour parler ainſi, ſous un ſeul point de vue, tout ce qui regarde l'Anatomie des Animaux. La Nature nous conduit elle-même comme par la main, des objets exterieurs aux interieurs. Cependant qu'on ne s'imagine pas que nous prétendions donner à cette occaſion quelque choſe d'achevé, ni de fort ſubtil; nullement. Nous nous bornerons à une Anatomie générale & groſſiere, nous contentant d'indiquer les parties principales qui ſe ſont offertes à notre main dans nos Diſſections, laiſſant à d'autres le ſoin de recherches plus délicates, qui n'apartiennent pas à tout le monde. D'ailleurs, puiſque même la connoiſſance de l'Oeconomie Animale n'eſt point encore ſi avancée, que ce que nous en ignorons ne l'emporte de beaucoup ſur ce que nous en ſavons, il ne ſeroit pas juſte de ravaler trop les efforts quoique foibles de ceux qui tâchent de s'en inſtruire. Voici ce que les nôtres nous ont appris.

### Fig. I. *Tête d'un jeune Crocodile dont la gueule ouverte découvre l'intérieur du palais.*

Ceux qui ont étudié l'Hiſtoire Naturelle, ſavent aſſez la diſpute qui regne entre les Naturaliſtes, ſi le Crocodile a une langue, ou s'il n'en a point. Il ſe peut néanmoins qu'aujourd'hui quelqu'un n'eſtimera plus cette queſtion douteuſe, depuis la maniere poſitive dont Borrichius en a parlé. „ C'eſt une choſe, dit- „ il, claire comme le jour, que le Crocodile a une langue, pla- „ cée dans l'endroit ordinaire, aſſez élevée, mais couverte d'une „ membrane épaiſſe, ce qui a trompé vraiſemblablement les „ Pêcheurs ou les Poiſſonniers qui n'y ont pas apporté l'atten- „ tion néceſſaire". Toutefois, ſi d'un côté l'autorité de cet habile homme dans le Monde ſavant, demande qu'on ne la contrediſe pas à la legere; de l'autre, mes propres yeux qui me ſont dans cette affaire des guides plus ſurs que les Ecrits d'autrui, ne me permettent pas de ſouſcrire à ſa déciſion.

J'ai attentivement examiné le palais de pluſieurs Crocodiles, j'ai fouillé de tous côtés dans la cavité de la gueule, jamais je n'ai vu de langue. Enſuite rappellant ces paroles de Borrichius, que la langue du Crocodile eſt dans ſa place ordinaire, couverte d'une membrane, j'ai tâché ſuivant cette deſcription de la découvrir à l'aide de mon Scalpel.

J'avois en main un jeune Crocodile, dont après avoir ouvert la gueule je jettai d'abord les yeux à la place de la langue, c'eſt-à-dire, dans cet endroit qui eſt entre les branches de la mâchoire inférieure. Je ne vis pourtant aucun corps, ni libre, ni approchant de figure à une langue, mais ſeulement une membrane épaiſſe, forte, jaunâtre, tendue lâchement dans cet eſpace triangulaire qu'il y a entre les deux branches de l'Os de la mâchoire infé-

SCD LYON 1

cruribus interceptum, laxè extenſa, in omni ambitu firmiſſimè gingivis accreta, imò continuata erat; & retrorſum etiam, factâ prius fimbriâ transverſali, tanquam baſi trianguli Iſoſceles, dein in fauces ſeſe demergebat, nullibi interrupta; hinc credidi, eſſe hanc illam ipſam tunicam, ſub quâ nidulantem linguam eſſem reperturus. Eam igitur ducto per medium quaſi axim cultello prudens diſſeco; invenio craſſam, fortem, & ſuppoſito corpori firmiter accretam, à quo dum cautè illam deglubo ad latus usque internum mandibulæ, reflectoque, ecce! ſubtùs detego ſubſtantiam ex albo leviſſimè rubellam, pluribus inæqualem tuberculis minimis, quaſi glanduloſis, in medio aliquantisper tumidiorem, attenuatam verſus marginem, at (quod benè notandum) ſubtus æquè firmiter adligatam undique ſubſtratæ cuidam membranæ, quæ, uti ſuperior, lateri interno maxillæ in omni ambitu implantabatur.

Iſtud ergo corpus, ita binas inter tunicas concluſum, à *Borrichio* pro linguâ habitum fuiſſe credidi; neque enim aliud quid, magis adfine ipſius deſcriptioni, occurrebat uspiam. An verò Tu, L. B. id tam abſolutè linguæ nomen mereri autumas? quod nullibi liberum, exſeri, reducive non potens, ſurſum ſaltem, verſus Palatum, fortè tumore quodam elevabile, cæterum immobile, ſub pavimento oris hæret. Ego certè, licet haud negaverim, aliquos eidem uſus linguæ competere, quum hi tamen admodum imperfecti ſint, nec adeò liquidò manifeſti, linguæ analogum potius, aut vicarium, id adpellandum, cenſeo. Tu quid judices, L. B. vide, poſtquam inſpectâ, quam Tibi nunc explicatum eo, icone naturam rei cognoveris.

Lit. a. a. a. a. Rictûs Crocodili patentiſſimi circumſcriptio.
b. Gula.
c. c. Pavimenti oris, inter crura maxillæ inferioris, pars dimidia, in ſtatu naturali, firmiter undique lateri interno maxillæ adhærens, poſticâ facie, verſus gulam, elevatior. Comparent hic & ſulci quidam transverſales, ſeu rugæ, in membranæ parte anteriore, & ſeries pariter transverſim diſpoſitæ minutiſſimorum punctulorum, quæ totidem videntur eſſe orificia emiſſariorum de ſubſtratis glandulis emanantium.
d. d. Ejusdem pavimenti altera pars, tunicâ ſuâ e. e. per ſectionem longitudinalem h. h. denudata: in qua minuta corpuscula, quaſi glanduloſa, conſpectui ſeſe offerunt, in unam compacta maſſam, ſubtus, uti ſuprà, firmiter adhærentem ſubſtratæ cuidam tunicæ.
f. f. Maxilla inferior.
g. Palatum.

## Figura ſecunda

Internas repræſentat *Gekko*, ſeu *Salamandræ veræ*, *Ceilonicæ*, *amphibiæ*, Tabulâ CVIII Tomi I hujus Operis deſcriptæ, partes; quas, juxta ac literis adpoſitis notatæ ſunt, breviter indicaſſe ſufficiat.

Explica-

inférieure, attachée partout fermement aux gencives, continuée ſans interruption & même en arriere, & enſuite formant comme la baſe d'un Triange iſoſcele, elle va tapiſſer le goſier. Je jugeai donc que c'étoit-là la tunique ſous laquelle je rencontrerois la Langue cachée. C'eſt pourquoi je l'ouvris prudemment par le milieu, & je la trouvai forte, épaiſſe, fermement adhérente au corps qu'elle couvroit. Après l'en avoir détachée, & miſe à quartier, je trouvai une ſubſtance blanche tirant ſur le vermeil, chargée de petits tubercules preſque glanduleux, un peu plus épaiſſe au milieu que dans les bords, mais (ce qu'il faut bien remarquer) entierement adhérente à une espece de membrane couchée par deſſous, qui ſemblable à la membrane de deſſus, revêt de toutes parts les côtés intérieurs de la mâchoire.

C'eſt-là ſans doute le corps que Borrichius a pris pour la Langue; au moins n'ai-je pu en apercevoir d'autre qui répondît auſſi parfaitement à ſa description. Mais je demande, ce corps qui ne peut ſe mouvoir d'aucune part, ni s'avancer, ni ſe retirer, ni s'élever en haut, qui eſt au contraire immobile, adhérent dans toute ſa ſurface au palais de la gueule, & caché ſous une membrane, ce corps, dis-je, doit-il porter le nom de Langue? Je ne veux pas nier qu'il n'en ait quelques uſages, quoiqu'ils ne paroiſſent pas fort clairement: mais toujours j'aimerai mieux dire qu'un tel corps a quelque choſe d'analogue avec la Langue, ou plutôt qu'il y ſupplée, que de lui en donner le nom. Le Lecteur pourra encore mieux juger de ce point, quand il aura conſideré la premiere Figure de cette Planche, que je vais lui expliquer.

Lettr. a. a. a. a. Le contour de la Gueule ouverte du Crocodile.
b. Le Gozier.
c. c. Cette moitié du Palais qui eſt entre les branches de l'os de la mâchoire inférieure, repréſentée dans ſon état naturel, adhérente fermement de toutes parts au coté intérieur de la mâchoire, & dans ſa partie poſtérieure plus élevée vers le Pharynx. On voit ici dans la partie antérieure de la tunique quelques ſillons ou rides transverſales, conjointement avec des rangées transverſales de très-petits points, qui ſemblent être tout autant d'orifices des Vaiſſeaux excrétoires des Glandes qui ſont couchées deſſous.
d. d. L'autre moitié du palais, dépouillée de ſa membrane e. e. par la ſection longitudinale h. h. On y aperçoit de petits grains glanduleux, raſſemblés enſemble, & adhérens fermement, tant deſſous que deſſus, à une espece de membrane qu'ils tapiſſent.
f. f. La Mâchoire inférieure.
g. Le Palais.

La Figure II. repréſente les parties internes du Gekko, ou de la veritable Salamandre Amphibie de Ceylon, décrite à la Planche CVIII du premier Tome de cet Ouvrage. On ſe contente d'indiquer ici brievement ces parties par des lettres.



Expli-

SCD LYON 1

## Explicatio Figuræ ſecundæ.

Lit. a. a. a. Caput, remotis integumentis, ſubtus conſpicuum.
b. Trachea, qualis in Lacertarum genere, annulis cartilagineis conſtructa, retrò Cor, in Pulmones abiens.
c. Cor, in ſitu nativo, bina ad baſin corpuscula diſtincta, lit. d. d. notata, tanquam auriculas, monſtrans.
e. e. e. e. Disciſſi ventris quatuor oræ diductæ.
f. f. Bini Pulmones, quorum ſiniſter, aſteriſco notatus, aëre diſtentus, nativam ſuam monſtrat magnitudinem, ſeparatus ab Hepatis limbo, cui adhæſerat juxta longitudinem; dum alter flaccidus cum Hepate adhuc cohæret. Veſicularis ibi, pellucens, uti in Pulmonibus Raninis, viſitur ſubſtantia.
g. g. Hepar, ad dextras reflexum, naturaliter in medio, inter binos Pulmones, ſitum, cavo ſuo Ventriculum recipiens.
h. Ventriculus, dilatatum quaſi Oeſophagum ſaltem referens.
i. i. i. i. Inteſtinalis fiſtula varie gyrata, deſinens in Inteſtinum rectum, ano l. terminatum; quod naturaliter per mediam Pelvim, inter Teſtes atque Renes geminos, rectâ deſcendens, circa corpora p.p. inter bina crura poſteriora finitur; hîc verò ad latus ſemotum eſt, ut ſubtus poſita pateant.
m. m. Renes, uti videtur, longi, albicantes, juxta ſpinam dorſi utrinque delati, quorum dexter paululum ad latus protractus eſt, ut ejus forma melius conſpici queat.
n. n. Corpora gemina, itidem ab utroque latere ſpinæ ſita, albicantia, ſubrotunda, quaſi in cochleam contorta, quæ pro Teſtibus habeo.
o. o. Crura poſteriora, diducta.
p. p. Bina corpuscula, inter crura poſtica, ad principium caudæ ſita, ſub ano, obſcurè cum Teſtibus communicantia, plana anterius, ex baſi latiore deſcendendo convergentia in apices acutiores. An Penes ſunt?
q. q. q. q. Pedes antici & poſtici.
r. r. Cauda.

## Figura tertia

Grandiorem ſiſtit *Lacertam*, à capite ad caudam usque, per medium ventrem, apertam, cujus partes notabiliores ſequentibus literis declarantur.

Lit. a. Os, & ſupini capitis facies ſubmaxillaris.
b. Trachea, annulis cartilagineis conſtructa, medium inter maxillæ inferioris crura locum

### Explication de la Deuxieme Figure.

Lettr. a. a. a. La Tête dont on a ôté les intégumens, vuë par deſſous.
b. La Trachée, formée d'anneaux cartilagineux comme celle des Lézards, & ne ſe diviſant dans les Poumons que derriere le Cœur.
c. Le Cœur dans ſa ſituation, ayant vers ſa baſe deux petits corps diſtincts déſignés par les Lettr. d.d. & qui reſſemblent à des Oreillettes.
e. e. e. e. Quatre Oeufs qu'on a tirés du ventre.
f. f. Les deux Poumons, dont le gauche marqué d'une étoile eſt rempli d'air, pour montrer ſa grandeur naturelle. Il eſt auſſi ſéparé des bords du Foye, où il étoit attaché dans toute ſa longueur. Le Poumon droit eſt abattu & adhere encore au Foye. Leur ſubſtance eſt véſiculaire, transparente, ainſi que dans les Grenouilles.
g. g. Le Foye replié du côté droit, ſitué au milieu des deux Poumons, recevant dans ſon creux le Ventricule.
h. Le Ventricule, qui paroit n'être qu'une amplification de l'Oeſophage.
i. i. i. i. Le Conduit Inteſtinal, après pluſieurs contours finiſſant par l'Inteſtin droit, que termine l'Anus l. L'Inteſtin Droit paſſe au milieu du Baſſin entre les Reins & les Teſticules, & finit entre les deux jambes de derriere proche des corps p.p. On l'a ici mis à quartier, pour faire voir les parties qu'il cache.
m. m. Les Reins, grands, blancs, descendans l'un à droite & l'autre à gauche, le long de l'épine du dos. On a tiré le droit un peu à côté, pour mieux faire voir ſa figure.
n. n. Deux corps, blancs, ovales, tortueux, faits comme en coquille, ſitués de chaque côté de l'épine du dos. Je prends ces deux corps pour les Teſticules.
o. o. Les Jambes de derriere écartées.
p. p. Deux petits corps ſitués entre les jambes de derriere, au commencement de la queuë, ſous l'Anus, paroiſſant avoir quelque ſorte de communication avec les Teſticules, applatis par devant, & d'une baſe large qui ſe termine en une pointe aiguë. Sont-ce là les deux Verges de l'Animal?
q. q. q. q. Les Pieds de devant & de derriere.
r. r. La Queuë.

La Figure III. marque un grand Lézard ouvert par le milieu du ventre, depuis la tête jusqu'à la queuë. Ses parties du corps les plus remarquables ſont déſignées par les Lettres ſuivantes.

Lettr. a. La Gueule & le deſſous de la Tête qui eſt renverſée.
b. La Trachée-artere formée de cerceaux cartilagineux, prenant ſon origine entre les deux branches

SCD LYON 1

cum tenens, inde deſcendens ſupra Oeſophagum, retrò Cor, ut deſinat in ſaccos binos pulmonales.

c. Vas quoddam, in corde terminatum, ad latus Tracheæ, rectâ in caput adſcendens, albicans, an Arterioſum?

d. Cor, deglupto Pericardio, retro flexum, ut facies ejus (hoc in ſitu Lacertæ ſupino) poſtica pateat, monſtrans ſpeciem quaſi binarum auricularum, aſteriſco notatarum, à corpore ipſo Cordis manifeſtè diſtinctarum; tum & vas quoddam,

e. Admodum amplum, è Cordis auriculâ, ſinuato flexu, in Hepar porrectum; an eſt Vena cava?

f. f. Bini Pulmonum ſacci, quorum alter, aſterisco notatus, flatu per Tracheam immiſſo diſtentus, & molem ſuam, & ſubſtantiam veſicularem, Ranini pulmonis æmulam, oſtendit; alter verò collapſus eſt.

g. Hepar, ſatis vaſtum pro mole corporis, hinc inde laciniatum, ope vaſis e. cum Corde communicans, ad latus ſiniſtrum, extrà naturalem ſitum, reclinatum; aliàs medium corporis occupans, inter binos Pulmones, Ventriculo incumbens.

h. h. Oeſophagus, juxta ſpinam Dorſi, ductu tamen paululum ad dextras vergente, deſcendens.

i. Ventriculus, capacior in principio, ſenſim gracileſcens, & quaſi inviſibiliter continuatus in fiſtulam

l. l. l. l. Inteſtinalem, quæ, in varios circumvoluta gyros, ſub finem capacior reddita, rectâ deſcendit, ano m. ad principium caudæ terminata.

n. n. Corpus quoddam ex albo flaveſcens, irregularis formæ, fiſſurâ mediâ quaſi geminatum, innumeris granulis, minutiſſimis, conſperſum, in Pelvi, mox ſub abdominalibus integumentis, conſpicuum; an Ovarium?

o. o. Renes gemini, uti videtur, utrinque juxta latus inteſtini recti, longitudinaliter protenſi ad anum usque.

## Figura quarta & quinta

Binas exhibent Ranas Americanas, retrogradæ in Piſcem metamorphoſi expoſitas, de quibus in Tomo primo prolixè actum eſt.

Prior equidem, quam quarta figura depingit, ore & caudâ jam Piſcem refert, at quatuor tamen pedibus, adhuc è corpore extantibus, Ranæ ſimilis eſt; licet antici pedes jamjam contrahi incipiant. Eadem verò mutatio in corporis interaneis pariter obtinet, ut, unà cum forma externa, ſenſim viſcera etiam è Ranæ in Piſcis indolem tranſeant: id, quod adparebit clarè conſulenti mox tradendam explicationem.

Explicatio

branches de la mâchoire inférieure, deſcendant couchée ſur l'Oeſophage jusques derriere le Cœur où alors elle ſe ramifie dans les Poumons.

c. Vaiſſeau blanc qui venant du Cœur ſuit le côté de la Trachée & monte droit à la tête. Seroit-ce un Vaiſſeau Arterieux?

d. Le Cœur dépouillé de ſon Pericarde, & retourné, pour montrer ſa partie poſtérieure, avec deux especes d'oreillettes qu'on a marqué d'une étoile, & qui ſont ſéparées diſtinctement du Cœur. On aperçoit auſſi un Vaiſſeau,

e. Très conſiderable, qui de l'oreillette du Cœur va en biaiſant ſe rendre dans le Foye. Eſt-ce la Veine Cave?

f. f. Les deux Sacs Pulmonaires, dont l'un marqué d'un aſteriſque *, eſt enflé d'air pour faire voir ſa groſſeur & ſa ſubſtance celluleuſe, l'autre eſt plat abbattu.

g. Le Foye aſſez gros eû égard au reſte du corps, échancré çà & là, communiquant avec le Cœur par le moyen d'un Vaiſſeau, & couché ſur le côté gauche hors de ſa ſituation naturelle; car autrement il occupe le milieu du corps, repoſant ſur le ventricule entre les deux Poumons.

h. h. L'Oeſophage deſcendant le long de l'épine du dos, en tirant un peu du côté droit.

i. Le Ventricule formant d'abord une cavité large, qui s'étrecit enſuite, & ſe continue de cette maniere inſenſiblement en un tuyau,

l. l. l. l. qui eſt le Conduit Inteſtinal. Ce Conduit après pluſieurs circonvolutions devient ſur ſa fin plus ample, & descend en ligne droite au fondement m, où il ſe termine vers l'origine de la queuë.

n. n. Corps de figure irréguliere, d'un blanc tirant ſur le jaunâtre, ſitué dans le baſſin ſous les intégumens du bas-ventre, diviſé comme en deux par une ſciſſure conſidérable, & parſemé d'une infinité de très-petits grains. Eſt-ce un Ovaire?

o. o. Les deux Reins, à ce qu'il paroit, qui s'étendent en long de chaque côté de l'Inteſtin Droit jusqu'à l'Anus.

p. La Queuë.

q. q. q. q. Les Pieds.

Les Figures IV & V. repréſentent la métamorphoſe de deux Grenouilles d'Amerique en Poiſſon, métamorphoſe dont nous avons traité fort au long dans le Premier Tome de cet Ouvrage.

La premiere Grénouille que dépeint la Figure quatrieme, n'a que la gueule & la queuë d'un Poiſſon, car elle reſſemble encore à une Grenouille par ſes quatre pates, avec cette difference néanmoins, que celles de devant commencent déja à ſe retirer. Il faut remarquer que cette métamorphoſe a également lieu dans les parties intérieures du corps comme dans les parties extérieures, car les Visceres de la Grenouille ſe changent inſenſiblement en ceux du Poiſſon, ce qui paroitra clairement par l'expoſition de cette Planche.



Expli-

SCD LYON 1

## Explicatio Figurae quartae.

Lit. a. Os contractiſſimum, parvo hiatu circulari patens.
b. b. b. b. b. b. Integumenta aperta, ad latera reflexa.
c. c. Pedes antici, adhuc extantes, attamen ad receſſum parati.
d. d. Pedes poſtici, nondum diminuti.
e. e. Cauda Piſcis pinnata.
f. f. Rudimenta Branchiarum erumpentium.
g. Cor.
h. h. Jecur amplum, extra ſitum, ut pateant ſubtus hærentia.
i. i. i. i. Inteſtina mirè gyrata, mox in ſpiram ſeſe collectura.
k. k. k. Pinguedo ſingularis, fibrata, vel ſtriata.
l. l. Renes, uti videtur, utrinque ad latus Inteſtini recti m. ſiti.
m. Inteſtinum rectum.
n. Anus.
o. Pulmo dexter, adhuc Raninus, altero ob alias partes incumbentes non conſpicuo.

In hisce autem omnibus bina ſaltem accuratè notata velim, materiem forte ſpeculandi uberrimam præbitura curioſis. Primum eſt, quod heîc præſentibus adhuc Pulmonibus Raninis, integrisque, jam poſita cernantur ſatis conſpicua Branchiarum rudimenta, Piſci jam naſcenti inſervituratum, uſu Pulmonum veterum unâ cum formâ Raninâ ceſſaturo. Scilicet ſumma hujus viſceris ad vitæ continuationem neceſſitas non interruptam ejus repoſcebat actionem: debebat igitur Pulmonis analogon, Branchiæ, jam præſto eſſe, antequam Pulmo vetus exauctoraretur. Idem circa pedes fit, quorum plenariam retractionem caudæ eruptio multum anticipat. Alterum eſt, quod unà cum oris externi mirâ quadam arctatione, quæ hâc ſub metamorphoſi contingit, alia ſimul concilietur inteſtinis gyratio, in Figurâ ſubſequente manifeſtiùs apparitura, ubi ad perfectionem jam devenit.

Figura quinta alteram exhibet Ranam, quæ Piſci quidem propior eſt, quàm prima; quum pedes antici jam penitus retroceſſerint, ut nihil eorum extus amplius compareat. Atqui & viſcerum hic notabilior, quam in priore, contigit mutatio; uti notæ literales, partibus præcipuis adpoſitæ, docent.

## Explicatio Figurae quintae.

Lit. a. b. Idem, quod in prægreſſâ figurâ, denotant.
c. c. Pedes antici, intra corpus jam retracti, ſub integumentis tamen adhuc latentes, hinc iis disciſſis hîc conſpicui.
d. d. Pedes poſtici, adhuc prominentes.
e. e. Cauda Piſcis perfecta, pinnata.

Lit. f. f.

### Explication de la Quatrieme Figure.

Lettr. a. La Gueule fort retirée, ouverte par une petite fente circulaire.
b.b.b.b.b.b. Les Intégumens coupés & jettés ſur les côtés.
c. c. Les Pieds de devant prêts à diſparoitre.
d. d. Les Pieds de derriere encore entiers.
e. e. La Queuë taillée comme celle d'un Poiſſon.
f. f. Les commencemens des Ouïes qui ſortent.
g. Le Cœur.
h. h. Le Foye, gros, hors de ſa place, pour montrer les parties qui ſont deſſous.
i. i. i. i. Les Inteſtins formant pluſieurs cercles, & prêts à ſe ranger en ſpirale.
k. k. k. Une Graiſſe ſinguliere, fibreuſe, ou ſtriée.
l. l. Les Reins, à ce qu'il ſemble, ſitués de l'un & de l'autre coté de l'Inteſtin Droit.
m. m. L'Inteſtin Droit.
n. L'Anus.
o. Le Poumon droit, qui n'a point encore ſouffert de changement. Le Poumon gauche eſt caché par d'autres parties qui le couvrent.

J'ai préſentement deux choſes en général à remarquer, lesquelles pourront fournir aux Curieux un beau champ à réflexions. Ma premiere remarque, c'eſt que tandis que les Poumons de la Grenouille demeurent en entier ſans changement, l'on voit néanmoins déja d'une maniere diſtincte les commencemens des Ouïes qui doivent ſervir au Poiſſon naiſſant, & lui tenir lieu de ſes anciens Poumons qu'elle ne quitte qu'avec ſa figure de Grenouille. Car comme la néceſſité abſolue de ce viscere pour la continuation de la vie, requeroit une action continuelle, & non interrompue, il falloit que les Ouïes qui ſont la fonction de Poumons fuſſent formées avant que les anciens Poumons diſparuſſent. La même choſe arrive encore par raport aux pieds, qui ne ſe retirent entierement que beaucoup après la formation de la queuë. Ma ſeconde remarque, c'eſt qu'au même tems que la gueule s'étrecit d'une façon ſinguliere, dans cette métamorphoſe, les Inteſtins s'arrangent auſſi en une circonvolution differente de celle qu'ils avoient. Cela paroitra manifeſtement dans la Figure ſuivante, où la métamorphoſe eſt plus avancée.

Figure V, donnant la repréſentation d'une Grenouille qui eſt plus près de la forme de Poiſſon que la précedente, puisque ſes pieds de devant ont diſparu tout-à-fait. Il y a encore dans cette Grenouille un changement à l'égard des Visceres, plus conſiderable que dans celle qui précede, comme on va le démontrer.

### Explication de la Cinquieme Figure.

Let. a. b. dénotent les mêmes parties que dans la Figure quatrieme.
c. c. Les Pieds de devant retirés dans le corps, mais ſeulement ſous les intégumens qu'on a coupé pour les faire voir.
d. d. Les Pieds de derriere paroiſſant encore.
e. e. La Queuë du Poiſſon parfaite.

Lettr. f. f.

SCD LYON 1

Lit. f. f. Branchiæ ferè perfectionem indeptæ.
g. Cor reſupinatum.
h. Hepar in ſitu naturali, medium inter Pulmones locum tenens.
i. i. Pulmones Ranini, iam iam ſeſe contrahentes.
k. k. k. k. Inteſtinalis fiſtula, meſenterii l. ope in plures ſpiras ſeu Helices convoluta.
m. Inteſtinum ultimum, abſciſſum.
n. Renes gemini.
o. Pinguedo ſtriata.

Atque hae ſunt maximè notabiles in hâcce Ranâ Piſce partes; quas qui confert iis, quarum in figurâ priore data eſt expoſitio, videt ille, Metamorphoſin hancce, pluribus ſpeciminibus in Operis hujus Tomo primo demonſtratam, non patrari ſolum in externis quibusdam partibus, ſed ipſa quoque interanea, modo figuræ externæ congruo, ſucceſſivè transmutari, & Ranam, è Piſciculo primum natam, dum redit in Piſcem, abolitis Ranæ propriis partibus, tam externis, quam internis, tales iterum adipiſci, quales habuerat ſub formâ primigenii Piſciculi. Nonne id Branchiæ renaſcentes, nonne ſingularis illa Inteſtinorum gyratio, in primo Piſciculo itidem obviæ, in Ranâ verò perfectâ abſentes, quam manifeſtiſſimè innuunt?

Novi quidem eſſe, quibus & heîc & alibi in hanc rem prolata à me tam ſpecimina, quam argumenta, nondum videntur ſufficere ad demonſtrandum, quod hæc ſecunda ſit & retrograda Ranæ metamorphoſis; ſiquidem inde non magis pateat Ranæ mutatio in Piſcem, quam Piſcis in Ranam; adeoque adhuc incertum ſit, an non ſpecimina illa omnia naſcentes potius è Piſce (prout & in noſtratibus dudum conſtitit) quàm redeuntes in Piſcem, Ranas exhibeant. At eos, qui ita ſentiunt, id monitos ſaltem velim; conſiderent nimirum Tabulam Tomi primi hujus Operis, in qua utramque Ranarum Metamorphoſin figuris plurimis repræſentavimus, conferantque diverſas magnitudines Piſciculi illius primigenii, alteriusque Piſcis, è Rana nati; tum itidem Ranæ primo in ortu è Piſciculo conſtitutæ, ejusdemque dein in Piſcem redire parantis. Nonne inde manifeſtò conſtat, Piſciculum primum eſſe minimum, Ranulamque inde naſcentem admodum puſillam, & multò ante exactum incrementi ſui terminum jam inde prodiiſſe integram; contrà verà Ranam alteram eſſe adultam, &, quousque fieri poteſt, maximam, Piſcemque inde naſcentem vel natum, non primo ſolum Piſciculo, ſed & ipſâ Ranâ, è quâ immediatè naſcitur, eſſe vaſtiorem? Fallit me animus valdopere, niſi hoc argumentum ejusce fuerit momenti, ut Alethophilos, ſi non pertrahat, ſaltem reddat proniores meam in ſententiam.

## TABULA CENTESIMA ET UNDECIMA.

Quandoquidem & priore, & altero hocce Noſtri Operis Tomo, iconas & deſcriptiones nonnullorum Vegetantium, Animantium, aliorumque rariorum rei Naturalis ſpeciminum, exhibendas, quousque inſtitutum erat, ad finem perduximus, id ſaltem nobis incumbere adhuc videtur, antequam ad alia progrediamur, ut quædam addamus, Brutorum æquè ac Hominum ægritudines nonnullas ſpectantia. Præprimis

Lettr. f. f. Les Ouïes presque entierement formées.
g. Le Cœur renverſé.
h. Le Foye dans ſa ſituation naturelle au milieu des Poumons.
i. i. Les Poumons tels que dans les autres Grenouilles, mais commençant déja à diminuer.
k. k. k. k. Les Inteſtins, formant pluſieurs ſpirales par le moyen du Meſentere l.
m. L'Inteſtin Droit coupé.
n. Les deux Reins.
o. La Graiſſe ſtriée.

Ce ſont-là les parties les plus notables de cette Grenouille-Poiſſon. Si quelqu'un les compare avec celles dont la Figure précedente donne l'expoſition, il verra que cette métamorphoſe, démontrée au reſte fort au long dans le premier Tome de cet Ouvrage, ne ſe fait pas ſeulement dans quelques parties extérieures, mais auſſi dans les parties intérieures, ſavoir d'une maniere ſucceſſive, & de façon que la métamorphoſe des parties internes répond toujours à celle des parties externes. De ſorte que la Grenouille formée premierement d'un petit Poiſſon, redevient enfin Poiſſon, en quittant toutes ſes parties extérieures & intérieures de Grenouille, & reprenant des parties ſemblables à celles qu'elle avoit dans ſon ancien état de Poiſſon. N'eſt-ce pas là ce qu'indiquent ces Ouïes renaiſſantes, cette circonvolution ſinguliere des Inteſtins, & toutes ces autres parties qui ſe trouvent dans le petit Poiſſon, & qui diſparoiſſent dans la Grenouille parfaite?

Je ſai qu'il y a des perſonnes à qui les Figures que j'ai donné, & les argumens que j'ai employé jusqu'ici, n'ont pas encore paru ſuffiſans pour leur perſuader cette ſeconde métamorphoſe de Grenouille en Poiſſon; parce qu'il leur ſemble qu'il reſte toujours incertain ſi tous les exemples que nous avons apporté, ne ſont pas plutôt des exemples de Grenouilles qui naiſſent de Poiſſon, (fait connu depuis longtems à l'égard des Grenouilles de nos païs) que de Grenouilles qui ſe changent en Poiſſon. Mais je prie les perſonnes qui ont ce doute de jetter ſeulement les yeux ſur la Planche LXXVIII du Tome premier, dans laquelle nous avons repréſenté par pluſieurs Figures l'une & l'autre métamorphoſe. En prenant la peine de comparer la differente grandeur du premier petit Poiſſon d'où nait la Grenouille, avec l'autre Poiſſon né enſuite de la Grenouille, comme auſſi l'état de la Grenouille dans ſon origine quand elle nait du Poiſſon, & ſon ſecond état quand elle eſt prête à ſe transformer en Poiſſon, ils verront manifeſtement, que le premier Poiſſon d'où ſe développe la Grenouille eſt très-petit; que la Grenouille lorsqu'elle nait de ce Poiſſon eſt auſſi fort petite, quoiqu'il ne lui manque aucun de ſes membres longtems avant qu'elle ait acquis toute ſa groſſeur; tandis qu'au contraire, l'autre Grenouille eſt auſſi grande qu'elle peut jamais être, & que le Poiſſon qui ſe forme d'elle eſt non ſeulement plus gros que le premier petit Poiſſon, mais encore plus gros que la Grenouille même dont il a pris ſon origine. Je me trompe beaucoup ſi cette raiſon n'eſt aſſez puiſſante, ſinon pour convaincre les amateurs de la vérité, du moins pour les rendre plus diſpoſés à gouter mon ſentiment.

## PLANCHE CENT-ONZIEME.

Après avoir donné dans ces deux premiers Tomes de notre Ouvrage, des Figures & des Deſcriptions de Végétaux, d'Animaux, & d'autres Raretés de l'Hiſtoire Naturelle ſuivant le plan que nous nous étions propoſé, il nous a paru encore convenable avant que de paſſer plus loin, d'ajouter ici quelques exemples de maladies auxquelles les Hommes & les Bêtes ſe trouvent également ſujets. Il faut d'abord mettre au nombre de ces maux les Pierres qui



SCD LYON 1

mis autem has inter occurrunt Calculi, qui in Animantium, præcipuè Terreſtrium, Ventriculis, Hepate, Cyſti Fellea, Pulmonibus, haud raro generantur. Neque tamen vel ipſa etiam Marina Animalia ab hisce malis prorſus immunia ſunt; quin, æquè ac Homines, iis è medio tolluntur, niſi medelam adferat omnipotens Naturæ univerſæ Conſervator, utpote quo ſolo gaudent Medico, quæ aquas & maria incolunt.

Compertum eſt, Piſcium plurimos in capite, circa Cerebrum, lapides geſtare; quorum quidem varias admodum ſpecies poſſidemus, in præſenti pro parte recenſendas. In capite Balænæ bini reperiuntur lapides, oſſeæ quaſi naturæ, fragiles, aurium Balænæ nomine vulgò inſigniti; quum harum quodammodo formam referant: æquant autem ſinguli libræ unius, aut duarum quandoque pondus, & Latinis *Lapides Manati, Ceti, Cetacei, Balænæ*, adpellantur.

Suo itidem Hippopotamus, Animal marinum, gravidus eſt lapide, qui ab eodem, vel Manato, nomen habet. Ita & *Lapis Aſelli* datur; & *Aſelli minoris*, ſeu *Callariæ Lapis*; & *Ciprini* ſeu *Carpionis*; & *Percarum*; & in Cancris fluviatilibus *Oculi Cancrorum* dicti inveniuntur. Imò in Americâ Piſcis deprehenditur, magnitudine Callariæ noſtratis, à S. Petro nomen gerens, qui calculum fovet effigie capitis Humani inſignem, dictum, *Lapis Piſcis S. Petri Americanus*. Sed piget enumerandis immorari pluribus. In benè multis horum Lapidum virtus hæret medicata, temperandæ humorum Bilioſorum acrimoniæ, febribusque tam continuis, quam intermittentibus, reprimendis, apta, modo doſi debitâ exhibeantur. Interim iſtiusmodi Piſcium Lapides minimè pro morboſis habendi ſunt, ſed neceſſarium quendam uſum Cerebro, locisve, quibus inhærent, præſtant. Quanquam tamen & Animalia marina quandoque Calculos in ventriculo gerant, inſtar Bezoardicorum, lamellatos. Cujusmodi haud paucos poſſidemus, poſtea tam verbis, quam figuris, exponendos

## *De Lapidibus Bezoar Orientalibus.*

Nondum certò innotuit, quibusnam in Animalibus hi calculi reperiantur. Sunt, qui ſtatuunt, eos in ventriculo certæ Caprarum ſpeciei generari. Rajo, in *Synopſi Animalium quadrupedum*, pag. 80, id animal vocatur *Capra Bezoardica, Gazella, Capra ſylveſtris*, & *Rupicapra*. Geſnerus idem adpellat *Capram Membrinam*, & *Moſchelaphum*. Bellonio audit *Tragelaphus*. Kempherus verò in *Amœn. Exot*. Faſc. II, pag. 398, *Capri Montani, Capricervæ*, & *Paſis*, nomen ipſi dat, binas ejus exhibens ſpecies aeri inciſas, pag. 406, utriusque ſexûs, quarum prima cornuta eſt, altera cornubus caret: addit idem, quod Fœmellis nunquam cornua creſcant.

D. M. B. Valentinus, in *Hiſtoriâ Simplicium reformata*, ait Animal Bezoardicum eſſe partim Capræ, partim Cervo ſimile, hinc Capricervam vocari. Philippus Baldæus in *Hiſtoria Indiæ Orientalis*, pag. 160, de Lapidibus Bezoardicis talia refert: creſcere nimirum illos in certa Caprorum Perſicorum ſpecie, Perſis *Pazan* dicta, coloris ſubrubelli; neque ſolum in Perſiâ & Cananor hosce Capros reperiri, ſed & in *Inſula Vaccarum* dicta, propè *Jafnapatan*. P. Pomet in *Hiſtor. Gener. des Drog*. Tom. II, pag. 39. æri inciſum Animal exhibet, Gallicè *Yſard*, vel *Chamois*, dictum, Cervo ſimile, binis armatum corniculis, incurvis, in Helvetiâ non infrequens, Latinis *Rupicapra* vocatum. At ambobus hisce poſterioribus Authoribus vix certa fides eſt habenda, quia ſolis nituntur conjecturis.

Celebris

qui s'engendrent aſſez ſouvent & principalement dans les Ventricules, le Foye, la Véſicule du fiel, & les Poumons des Animaux terreſtres, ſans excepter même les Animaux aquatiques, qui en meurent pareillement comme les autres, ſi le puiſſant Auteur de la Nature ne les guérit.

On a vu par l'expérience, que pluſieurs Poiſſons ont de petites Pierres dans la tête près du Cerveau : nous poſſedons en notre particulier quantité de ſortes differentes de ces Pierres, ſur lesquelles nous allons entrer préſentement dans quelque détail. On trouve dans la tête de la Baleine deux Pierres presque oſſeuſes, & caſſantes, qu'on appelle communément Oreilles de Baleines, à cauſe qu'elles en ont un peu la figure. Chacune de ces Pierres eſt du poids d'une livre, & quelquefois de deux.

Le Cheval marin a auſſi dans le corps une Pierre qui porte ſon nom. Le Merlan en a une dans la tête près de la cervelle. Les Carpes & les Perches en ont auſſi; & les Ecreviſſes de riviere ſe déchargent de ces Pierres en quantité. Il y a même un Poiſſon en Amerique de la grandeur de notre Merlus, qu'on nomme S. Pierre, lequel a une Pierre dans le corps de la groſſeur de la tête. Mais j'aurois honte de m'arrêter davantage ſur des faits ſi connus. Il me ſuffira d'ajouter que pluſieurs de ces Pierres ont la vertu de temperer l'acrimonie des humeurs bilieuſes, & ſont propres à arrêter les fievres continues & intermittentes, pourvu qu'on en prenne une doſe convenable. Au reſte, il ne faut point regarder ces ſortes de Pierres de Poiſſons comme des maladies auxquelles ils ſont ſujets, mais comme étant d'un uſage néceſſaire à leur Cerveau & aux autres endroits de leur corps où elles ſe rencontrent. Cependant les Animaux Marins ont quelquefois dans leur eſtomac des Pierres faites par couches, à la façon des Pierres de Bézoard: nous en poſſedons diverſes, dont nous donnerons dans la ſuite des Figures & des Descriptions.

## *Des Pierres de Bézoard Oriental.*

On ne ſait point encore certainement dans quels Animaux ces Pierres-ci ſe trouvent. Il y a des perſonnes qui prétendent qu'elles ſe produiſent dans l'eſtomac d'une Espece particuliere de Chêvre. Ray dans ſon Abregé des Quadrupedes, pag. 80, nomme cet Animal *Capra Bezoardica, Gazella, Capra Sylveſtris, Rupicapra*, c'eſt-a-dire en François, la Chêvre qui porte le Bézoard, la Chêvre ſauvage, la Gazelle, le Chamois. Gesner l'appelle *Capra Mambrina*, la Chêvre des Indes, la Chêvre de Mambré. Bellons lui donne le nom de *Tragelaphus*, ce qui ſignifie Animal qui tient du Bouc & de la Chêvre. Kæmpfer dans ſes Amœnités Exotiques pag. 398 la nomme *Capra Montana, Capricerva*, Chêvre des Montagnes, Chêvre que tient de la Biche; il en repréſente à la page 406 deux Especes Mâle & Femelle, dont la premiere a des cornes, & l'autre n'en a point, ſur quoi il ajoute que les cornes ne viennent jamais aux Femelles.

Michel Bernard Valentin dit dans ſon Hiſtoire des Simples, que l'Animal qui porte le Bézoard eſt en partie ſemblable à la Chêvre, & en partie au Cerf. Phil. Balde dans ſon Hiſtoire des Indes Orientales, raporte pag. 160, que les Pierres de Bézoard naiſſent dans le corps d'une Espece de Bouc de Perſe, qu'ils apellent Pazan, lequel eſt d'une couleur rougeâtre; qu'on ne trouve pas ſeulement de ces ſortes de Boucs en Perſe, & à Cananor Ville d'Aſie ſur la côte de Malabar, mais dans l'Iſle des Vaches ſituée près de Jaſnapatan. Pomet dans ſon Hiſtoire Générale des Drogues, ſeconde partie, pag. 39, repréſente l'Animal nommé Yſard ou Chamois, qui eſt de la grandeur d'une Chêvre, qui eſt fort commun en Suiſſe, & a les cornes petites, noires, recourbées, très-aiguës. Mais nous ne devons pas beaucoup nous fier à ces deux derniers Auteurs, parce qu'ils ne ſe fondent que ſur des conjectures.

Le

SCD LYON 1

Celebris *Tavernier* in Itinerar. Part. II, p. 318, teſtatur, ſe ſex ejuſmodi Animalia in Perſiam detuliſſe, in quibus XVII Lapides Bezoardici inventi ſint. Rumphius in *Muſeo Amboin.* refert, Indos in riſum effundi audientes, quod Europei ſibi imaginentur, Lapides Bezoardicos in Ventriculis Caprarum ſylveſtrium generari; at contrà ipſos affirmare, quod in Simiis creſcant, neſcios interim, quânam in ſpecie Simiarum, an in Bavianis dictis, an verò in Cercopithecis: attamen id certum eſſe, quod ex *Succadana*, & *Tambas*, ſitis in Inſulâ *Borneo*, adferantur, ibique à Monticolis conquiſiti vendantur iis, qui littus accolunt: hos verò poſteriores aſſerere, quod in certâ Simiarum, vel Cercopithecorum, ſpecie hi Lapides naſcantur; addere interim Indos, quod vel ipſi illi monticolæ originem & loca natalia horumce Lapidum nondum probè explorata habeant.

Sciſcitatus ſum ſæpiſſimè ab illis, qui Lapides iſtos ex Indiis Orientalibus huc transferunt, quonam de animali, & quibus è locis hi proveniant: ſed nihil inde certi potui expiſcari, neque iis ipſis conſtabat quidpiam, niſi quod ſaltem ab aliis acceperant. Quin nec operæ pretium judicant, accuratè hanc rem inveſtigare; quum Lapides hi plerumque plurium per manus migrent, antequam ad nos perveniunt, nec niſi maximum lucrum cordi ſit poſſeſſoribus.

Michaël Mercatus, in *Metallothec. Vatic.* pag. 171 de Calculis Animalium agens, ait, Lapides Bezoardicos Orientales in Ventriculis Caprarum ſylveſtrium naſci, & à Perſis nomine *Pazar* & *Pazan*, Capræ ipſi quoque proprio, inſigniri. Subjungit deinde pag. 172 undecim ejuſmodi Lapides, nativâ formâ æri inciſos.

Nos pariter hiſce Lectori exhibemus varias icones Lapidum Bezoar Orientalium, genuinorum, qui quidem ſinguli formâ & colore diverſi, at viribus iidem ſunt, prout per experimenta didicimus. Novi eſſe, qui longiuſculos inter & ſphæricos, ſeu oblongo-rotundos, atque Reniformes, dari quid diſcriminis ſtatuunt. At imaginarium hoc eſt: neque enim ullâ ratione intrinſecùs differunt, quando confringuntur, aut in pulverem teruntur; modò fuerint genuini, nec adulterati, ſive demùm ex Simiis, aut Capris ſylveſtribus, aliiſve proveniant Animalibus. Non negavero interim, occurrere aliquando ſpurios quoſdam, aut, à Sinenſibus arte factos, ſicubi plures ſimul coimuntur. Et vel peritus etiam decipi ſic poteſt, niſi cautior ſingulos oculis, manibuſque, verſaverit, &, quorum de ſinceritate dubitat, cretæ adfricuerit: huic enim ſi colorem ſuum Lapis affrictu conciliat, bonus eſt; ſin minus, ſpurius.

Gaudent hi Lapides nominibus, pro varietate linguarum, variis. Luſitanis *Pedra* ſeu *Culiga de Buzio*; Sinenſibus *Gautsjo*; Maleitis *Culiga Kaka*; Perſi *Pazar*, *Pazan*, ſeu *Belzahar*; Arabibus *Albazar* & *Bezuaharth*; Luſitanis Indiæ incolis *Pedra Bugia*, ſeu *Lapides Simiarum*, juxta Kempferi teſtimonium, vocantur. Nonnulli, qui Bandam, aliaſque Indiæ Orientalis oras, inviſerunt, nobis perſuadere conantur, quoſdam horumce Lapidum in capitibus Simiarum generari: quod tamen demonſtrari vix poteſt. Credibile potius eſt, naſci eoſdem in ſtomacho; quum plerorumque in centro ſtraminum, lignorumve particulæ, nuclei, aut lapilli, & alia ſimilia, inveniantur, tanquam prima rudimenta, circum quæ acris, viſcoſa, materies, ſeſe lamellatim applicat, & deinceps cruſtæ inſtar, magis magiſque aucta, in lapidem dureſcit. Pro varietate victûs, quo utuntur Animalia, ipſæ quoque lamellæ variant, ſucceſſive ſibi mutuo adpoſitæ, ſenſimque grandeſcentes. Fractu hae facile ſeparantur, & per integrum ſæpe ſtratum ita à ſe mutuò ſecedunt, ut decorticatum relinquant lapidem, lævi iterum, & quaſi expolitâ, ſuperficie conſpicuum.

Lapides

Le célèbre Tavernier témoigne dans le ſecond Tome de ſes Voyages pag. 318, qu'on aporta en Perſe ſix de ces ſortes d'Animaux, dans lesquels on trouva XVII Pierres de Bézoard. D'un autre côté Rumphius dans ſon Cabinet d'Amboine, Ouvrage écrit en Hollandois, aſſure que les Indiens ſe mettent à rire quand ils entendent dire que les Européens croyent que les Pierres de Bézoard s'engendent dans les Ventricules des Chêvres ſauvages; & qu'eux au contraire donnent pour un fait certain que ces Pierres naiſſent dans les Singes, ſans néanmoins décider dans quelle Espece de Singe, & ſi c'eſt dans ceux qui ont une queuë, ou dans ceux qui n'en ont point; mais qu'il eſt conſtant qu'on apporte de ces Animaux de Succadana & de Tambas ſitués dans l'Iſle de Borneo, & que les Montagnards de ces endroits-là les vendent à ceux qui habitent le rivage; que ces derniers aſſurent que ces Pierres de Bézoard ſont produites dans une Espece de Singe, qui a une queuë; tandis pourtant que les Indiens prétendent que ces Montagnards même dont on vient de parler, n'ont point encore examiné ſuffiſamment l'origine & le lieu natal de ces Pierres.

Pour moi, je me ſuis ſouvent informé de ces perſonnes qui nous apportent ici ces Pierres des Indes Orientales, de quel Animal on les tiroit, & de quelle partie de leur corps: mais je n'ai jamais pu rien apprendre d'eux ſur quoi je puſſe compter; ils ne ſavoient rien que ce qu'ils avoient ouï dire à d'autres, & même ils ne jugent pas à propos de fouiller dans cette affaire. Ces Pierres paſſent dans pluſieurs mains avant que de nous parvenir, & ceux qui les ont ne cherchent qu'à en faire un grand profit.

Michel Mercati dans ſon Ouvrage intitulé *Metallotheca Vaticana*, dit à la page 171, où il traite des Pierres des Animaux, que les Pierres de Bézoard Oriental naiſſent dans l'eſtomac des Chêvres ſauvages, & que les Perſans appellent ces Chêvres de même que leurs Pierres, du nom de *Pazar* & *Pazan*. Il a fait enſuite graver à la pag. 172, onze de ces ſortes de Pierres en grandeur naturelle.

Nous allons pareillement donner ici diverſes repréſentations de véritables Pierres de Bézoard Oriental, qui, quoique differentes en couleur & en figure, ont pourtant toutes les mêmes proprietés, comme l'expérience nous en a convaincu. Nous n'ignorons pas qu'il y a des perſonnes qui mettent quelque difference à cet égard, entre les Pierres de Bézoard ſphériques, rondes-oblongues, & celles qui ont la forme d'un Rein. Mais c'eſt-là une diſtinction purement imaginaire. Il n'y a aucune difference intrinſeque entre les Pierres de Bézoard quand on les briſe, ou qu'on les pulveriſe, pourvu qu'elles ſoient véritables & point falſifiées; il n'importe pas qu'elles ayent été produites dans le corps des Singes, des Chêvres ſauvages, ou dans celui d'autres Animaux. Nous ne voulons point non plus nier qu'on ne rencontre quelquefois des Pierres de Bézoard fauſſes, artificielles, ainſi que les Chinois en ſavent faire; en quoi l'on peut être attrapé, ſurtout ſi on en achete pluſieurs enſemble. Un connoiſſeur même peut y être trompé, s'il n'a pas ſoin d'examiner de ſes yeux & de manier chacune des Pierres qu'on lui offre, en frottant avec de la craye celles qu'il ſoupçonne être falſifiées. Car lorsque par le frottement la Pierre de Bézoard donne ſa couleur à la craye, elle doit paſſer pour véritable; ſi elle ne le fait pas, on la doit reputer fauſſe.

La Pierre de Bézoard porte divers noms, ſelon la diverſité des langages des Peuples. Les Portugais l'apellent *Pedra* ou *Culiga de Buzio*; les Chinois *Gautsjo*; les Malais *Culiga Kaka*; les Arabes *Albazar*, & *Bezuaharth*; les Portugais qui habitent les Indes, *Pedra Bugra*, c'eſt-à-dire Pierres de Singes, au raport de Kæmpfer. Quelques Voyageurs qui ont été à Banda, & en d'autres côtes des Indes Orientales, veulent nous perſuader que quelques-unes de ces Pierres viennent dans la tête des Singes, ce qu'il eſt fort difficile de prouver. Il eſt bien plus vraiſemblable qu'elles naiſſent dans l'eſtomac de ces Animaux, parce qu'au milieu de la plupart des Pierres de Bézoard, on trouve des noyaux, de petites pailles, de petits morceaux de bois, & autres choſes ſemblables, qui paroiſſent avoir ſervi de principe, de baſe, autour de laquelle une matiere acre & visqueuſe s'eſt appliquée par couches, s'eſt accrue inſenſiblement de cette maniere, & s'eſt enfin durcie comme une pierre. Remarquez que ſuivant la diverſité de la nourriture que prennent ces Animaux, les couches ou lames qui compoſent les Pierres de Bézoard, & qui ſont appliquées les unes ſur les autres, varient ſemblablement. Quand on caſſe la Pierre de Bézoard, les diverſes lames dont elle eſt formée, ſe ſéparent aiſément, & ſouvent par des couches entieres, de telle façon qu'elles laiſſent le noyau de la pierre nud & remarquable par ſa ſurface luiſante & polie.



Les

SCD LYON 1

Lapides Bezoar, illis è locis Indiæ Orientalis venientes, quibuscum Britannis commercium intercedit, pro parte minuti ſunt, & rotundi, ſilicumque quandam ſpeciem in centro gerunt. Alii verò tenuiores, & oblongi, intus continent ſtraminula, nucleos Dactylorum, ſemina Peponum, & ejusmodi, quibus ſimplex ſaltem, aut geminum veri Lapidis ſtratum, ſatis tenue, circumpoſitum eſt: unde in his ultra dimidiam partem rejiculi datur. Et nobis quidem hi videntur veri eſſe Simiarum Lapides, utpote maturius ab hisce Animantibus per anum excreti, quam ut majorem in molem potuerint excreſcere. Dedimus & horum Lapidum icones, ſuis notatas numeris, quibus figura & color ſingulorum adſcriptus eſt. Optimates Indorum plurimi æſtimant ſpeciem maximam Lapidum Bezoar, quos ſuper Lapidem cum aquâ Roſarum lævigatos, à granis XX ad XXX exhibent contra venena quæcunque, Febres ardentes, & præcipuè ad Melancholiam, Convulſiones, Variolas, aliosque morbos graviores. Vide plura in Philippi Baldæi opere ſuprà citato. Nos progredimur ad

## *Lapides Bezoar Occidentales*, qui è Regno *Peruano*, aliisque *Americæ* locis, ad nos transferuntur.

Horumce ditior eſt proventus, & vel centenaria ſimul pondera nobis advehuntur: unde, quot Florenos æquat pretium Orientalium, tot Stuferis ſaltem Occidentales licemur. Eſt & eorum major doſis apud Medicos ob pretium vilius. Orientalium multò nobilior eſt & tenerior ſubſtantia, quam Occidentalium, utpote groſſâ & rudi è materie conflatorum. Videtur equidem nonnullis, parum inter utrasque has ſpecies intercedere discriminis: at experientiam hi prorſus ſibi habent contradicentem.

Conſtat, Lapides hosce, Occidentales nimirum, in ſtomachis Caprarum ſylveſtrium, per altos montes divagantium, generari, partim propriis incluſos involucris, partim liberos. Nec latet, ipſos pariter per ſtrata & lamellas accreſcere, uti omnes hujus farinæ Animalis Lapides, & vel Renales etiam atque Veſicæ calculi in Hominibus. Poſſunt autem Animantia iſthæc ſuos hosce, in ventriculo natos, calculos, ſicubi, cui adhæſerant, loco dimoti liberè fluctuant, valido preſſu tandem per anum excernere vel evolutos, vel ſuis adhuc folliculis inſidentes; prout exaratis in Tabulâ iconibus clarum fit. Quis verò neſcit, horumce quoque Lapidum varias haberi ſpecies, majores, minores, formâ & colore discrepantes, craſſioribus, vel tenuioribus lamellis, corticoſis, utplurimum albicantibus, obductas? Quin ſæpius obſervavi, eorum pariter in centro ſtramina, foliola, aut muſcoſi quid, hærere, quibus lapidoſa ſeſe cruſta circum adplicat: id quod Tabellæ icones, mox explicandæ, ſatis indicant.

## Explicatio Figurarum hujus Tabulæ.

### *Lapides Bezoardici Orientales.*

Num. 1. Lapis prægrandis, ſphæricus, uncias duas cum duabus drachmis pendens, admodum lævis, ex ſaturatè ſpadiceo eleganter variegatus, Achatæ æmulus circa locum, aſterisco * notatum.

2. Hujus non ubique æquabiliter ſphærica eſt ſuperficies, at polita tamen, & ſaturatè fuſca. Pondus ſescunciæ.

Num. 3.

Les Pierres de Bézoard qui nous viennent des endroits des Indes Orientales où les Anglois commercent, ſont en partie petites, rondes, & ont au centre une espece de petit caillou. D'autres de ces Pierres qui ſont plus minces & de figure longue, renferment de petites pailles, des noyaux de dattes, des pepins de melons, & autres pareilles choſes, autour desquelles il n'y a qu'une ſimple ou double couche de véritable Pierre de Bézoard, de ſorte que cette espece de Bézoard a une bonne moitié de rebut. Il nous ſemble aſſez apparent que ces dernieres Pierres ſont les vrayes Pierres de Singes, qu'ils ont rendu trop promtement par l'anus, & avant qu'elles euſſent aquis une groſſeur naturelle. Nous donnerons des repréſentations de ces Pierres, que nous diſtinguerons par des Numero, en indiquant en même tems leur couleur & leur figure. Les grands Seigneurs Indiens font beaucoup de cas de la plus grande espece des Pierres de Bézoard. Ils en broyent avec de l'eau de Roſe depuis XX jusqu'à XXX grains, & prennent ce remede contre toutes ſortes de poiſons, pour ſe guérir des fievres ardentes, & principalement contre la mélancholie, les convulſions, la petite-vérole, & autres grandes maladies. Voyez un plus long détail ſur ce ſujet dans le Livre de Balde cité ci-deſſus. Paſſons aux

### *Pierres de Bézoard Occidental, qu'on apporte du Perou & d'autres endroits de l'Amerique.*

Celles-ci ſont bien plus viles & bien plus communes que les Orientales, car on nous les apporte par centaines de livres à la fois, & leur prix en valeur eſt vingt fois moindre; auſſi les Medecins les prescrivent en doſes plus liberales, & les lames qui les compoſent ſont plus groſſieres, plus épaiſſes que celles du Bézoard Oriental. Quelques perſonnes eſtiment néanmoins qu'il y a fort peu de difference entre ces deux ſortes de Bézoard, mais ces gens-là parlent contre l'expérience.

On ſait que les Pierres de Bézoard Occidental ſe forment dans l'eſtomac des Chêvres ſauvages qui courent ſur les hautes montagnes, & que ces Pierres ſont en partie nues, & en partie couvertes de leurs enveloppes. On ſait encore que ces Pierres croiſſent par couches & par lames, comme toutes les autres Pierres qu'a cet Animal, & comme les Pierres des Reins & de la Veſſie dans l'Homme. Les Chêvres ſauvages qui ont dans leur eſtomac ces ſortes de Pierres, peuvent quand elles ne ſont pas adhérentes mais mobiles, les pouſſer hors du corps par le fondement, ſoit qu'elles ſoient nues, ou renfermées dans leurs follicules. Ce qui paroîtra clairement par les Figures de cette Planche. Perſonne n'ignore qu'il y a pluſieurs especes de Pierres de Bézoard Occidental, de grandes, de petites, differentes en couleur & en figures, couvertes de lames d'ordinaire blanchâtres, les unes plus épaiſſes, les autres plus minces. Nous avons auſſi ſouvent obſervé que ces Pierres ont au centre des brins de paille, de mouſſe, de petites feuilles, autour desquelles s'aplique une croûte calculeuſe; ce que les Figures gravées dans cette Planche expoſent à l'œil.

## Explication des Figures.

### *Pierres de Bézoard Orientales.*

N°. 1. Repréſente une très-grande Pierre, ovale, peſant deux drachmes & demi, liſſe, polie, d'un chatain-brun, imitant une Agate dans l'endroit marqué d'une étoile *.

2. La ſurface de cette Pierre-ci n'eſt pas partout également ſphérique, mais elle eſt liſſe, & pour la couleur d'un brun-obſcur. Elle peſe une demi-once.

N°. 3. Le

SCD LYON 1

Num. 3. Alius, cui figurâ elliptica, color, uti prioris, eſt.
4. Ejuſdem itidem coloris eſt, & lamellæ externæ partem quandam effractam monſtrat, ſub qua lævis alia lamella cernitur, aſteriſco notata.
5. Olivinus huic color eſt, & forma Renum.
6. Saturatioris hic eſt coloris, & detrito alicubi cortice externo interruptam oſtendit ſuperficiem, quæ tamen à Natura iterum lævigata, & nova quaſi materie æquari cœpta eſt, uti aſteriſci adpoſiti indicant.
7 & 8. Par eximiorum Lapidum, politiſſimorum, purpureo-rubentium, per mediam longitudinem ſinuatorum.
9. Renem hicce refert, coloris ex flavo olivini.
10. Trigona hujus eſt figura, color dilutè ſpadiceus, ſuperficies lævis.
11. Eſt oblongo-teres, lævis, ſpadiceus, pro Lapide Simiæ habitus.
12. Lapis longus, lævis, fuſcus, utroque extremo acuminatus, in medio craſſior, & peculiari veluti cortice auctior.
13. Et hicce oblongus, altero extremo obtuſus & rotundus, altero acuminatus, eſt, politâ cæterum ſuperficie, ſaturatè ſpadiceâ, inſignis.
14. Longiuſculus iſte, teres, lævis, obſcurè virideſcit. Quicunque horumce Lapidum oblongi ſunt, iis pro nucleo centrali ſtramen eſt.
15. Particula ligni carioſi, quæ cortice Bezoardicó tota fuerat obducta, prout relictum adhuc veſtigium, aſteriſco indicatum, docet.
16, 17, 18. Tres hi videntur veri eſſe Simiarum Lapides, qui illis è locis Indiæ Orientalis adferuntur, ad quos naves mercenariæ Anglorum commeant. Varia eſt illorum forma, & magnitudo non eadem ſemper, qualis hîc repræſentatur, ſed quandoque major, vel minor. In medio gerunt ſtramina, ſiliculos angulatos, variasve nucleorum & ſeminum ſpecies, &c.

## *Lapides Bezoardici Occidentales.*

Lit. A. Lapis intus villoſâ materie ſuffertus, uti ad aſteriſcum eſt videre.
B. Hic glaber eſt, & æquabiliter in omni ſuperficie coalitus, ex albo cinereus.
C. Et hic lævis eſt, trigonus, in medio patente utrinque foramine pervius.
D. Oblongus, fiſſilis, lævis, alterutrum latus, craſſius, ex ruſſo & fuſco variegatum, monſtrat.
E. Lapis, pro parte decorticatus, piſcium quaſi ovula petrefacta intus gerens.
F. Lapis elegans, compactus, ellipticus, ex ſpadiceo & flavo cinereo, marmoris in modum, pulchrè variegatus.
G. Piloſam hic materiem cortice calculoſo, cujus ſub aſteriſco particula adhuc quædam hæret, reconditam geſſit.

Lit. H.

N°. 3. Sa forme eſt elliptique; ſa couleur comme la premiere.
4. Cette quatrieme a la couleur de la précedente. Elle a une portion de ſa lame extérieure écornée: ſous cette lame paroît une ſeconde lame polie, marquée d'une étoile.
5. Sa couleur eſt olivâtre, & ſa figure ſemblable à celle d'un Rein.
6. Celle-ci eſt d'une couleur plus foncée; ſa lame extérieure montre ſa ſurface interrompue & briſée dans un endroit, ce que la Nature a tâché de réparer en la poliſſant, & tâchant de l'élever à niveau des autres, comme les étoiles l'indiquent.
7 & 8. Paire de deux jolies Pierres, très-polies, d'un pourpre rouge, fillonnées par le milieu de leur longueur.
9. Pierre de la figure d'un Rein, & de couleur olivâtre.
10. Celle-ci eſt d'une forme triangulaire. Elle a la couleur chatain-clair, & la ſurface liſſe.
11. En voici une ronde-oblongue, polie, couleur de marron. Elle paſſe pour une Pierre de Singe.
12. Montre une Pierre longue, liſſe, brune, pointue aux deux bouts, plus épaiſſe au milieu qui eſt revêtu d'une croûte particuliere.
13. Autre Pierre oblongue, obtuſe & ronde à un des bouts, pointue à l'autre extrêmité, du reſte polie, luiſante, & bai-brune.
14. Eſt une Pierre longuette, ronde, liſſe, d'un verd-obſcur.
15. Morceau de bois vermoulu, qui avoit été tout incruſté d'une croûte de Bézoard, comme le prouve l'endroit ici marqué d'une étoile.
16, 17, 18. Ces trois Pierres ſemblent être de vraies Pierres de Singes, qui ont été apportées de ces lieux des Indes Orientales où trafiquent les Anglois. La figure de ces Pierres varie, & leur grandeur n'eſt point toujours telle qu'on la repréſente par ces trois nombres, mais elle eſt tantôt plus grande, tantôt plus petite. Ces Pierres contiennent au milieu d'autres petites pierres angulaires, des brins de chaume, des noyaux, des pepins, & divers ſortes de graines.

### *Pierres de Bézoard Occidental.*

La Lettre A. préſente une Pierre garnie intérieurement de poils déſignés par une étoile.
B. Eſt une Pierre glabre, également unie ſur toute ſa ſurface, & cendrée-blanche.
C. Pierre liſſe, polie, triangulaire, percée d'un trou au milieu de part en part.
D. Cette Pierre-ci eſt oblongue, fendue vers le milieu, liſſe dans ſa ſurface, large dans ſes côtés, épaiſſe, variée de brun & de roux.
E. Montre une Pierre, écroutée en partie, renfermant au dedans comme de petits œufs de Poiſſon pétrifiés.
F. Dépeint une jolie Pierre, compacte, elliptique, marbrée de cendré-jaune & de chatain.
G. Offre à l'œil une Pierre qui renferme une concrétion de poils ſous ſa croûte calculeuſe; on a déſigné par une étoile un morceau de cette croûte.

La Lettr. H.



SCD LYON 1

Lit. H. Ejusmodi Lapis, nigricantibus villis cirratis, parvisque lapillis aſperam habens ſuperficiem, ut aſteriſci adpoſiti denotant.

I. Lapis oblongus, lævis, altero extremo, ob decuſſas lamellas hiante, profundam intus cavitatem monſtrans.

K. Lapis ſphæricus, altero hæmisphærio deſquamatus.

L. Capitis formam referens Lapis.

M. Folliculus, in quo Lapides hi creſcunt, nonnullis etiamnum lapillis gravidus.

N. Plures lapilli, de folliculo exempti, in unam maſſam inter ſe concreti.

O. Tres lapilli, membranoſis ſuis tunicis illigati.

P. Lapis muſcoſus, minutis globulis lapideis, nullo tamen cortice communi obvolutis, conſitus.

Q. Nucem hic Moſchatam refert, macere indutam, & veluti auro incruſtatam.

R. Lapis minutus, ſphæricus, altero latere marmoris inſtar verſicolor.

S, T, V, W. Minores hi Lapilli Bezoardici inter alios occurrunt integri quandoque, ſæpe detriti; tuncque ſub externo cortice auro quaſi obductus lapis videtur.

## TABULA CENTESIMA ET DUODECIMA.

### Num. 1. *Lapis Bezoar ex Hippopotamo, vel Equo marino.*

Eximius hic Lapis, extus perquam lævis, & ex dilutè cinereo albicans, cranium quaſi Hominis repræſentat, oblongo rotundus cæterùm, duriſſimus, veluti ſaxeus, & valdè ponderoſus. Integer ultrà quatuor libras pependit. At caſu in fruſta diſſiliit, quorum ampliſſimum hoc ſub numero exhibetur, dum fragmenta reliqua noſtro etiam in Muſeo curioſorum oculis exponenda aſſervamus. Interior ejus ſubſtantia è lamellis tota conſtat. Primum concretionis rudimentum minuto Piperis granulo, nigricanti, ſimile eſt, cui materies calcaria ſeu calculoſa, variè colorata, ſeſe circum adplicuit, prout non ſolum in Lapidibus Bezoardicis, tam Orientalis, quam Occidentalis Indiæ, ſed & in quibuscunque Calculis Animalibus fieri aſſolet. Quin & ſucceſſiva incrementa clarè heic licet dignoſcere ex circulis illis tam variâ latitudine, quam colore, discrepantibus, qui, uti gradatim majores ſibi mutuo circumſcribuntur, ita ſenſim auctam monſtrant molem Lapidis. Qua per fracturam patet, interna facies tota lamellata eſt, fiſſilis & reſplendens. Si quando lamina exterior, craſſiſſima, decutitur, ſubtus alia jugiter comparet, æquè lævis & polita, novum quaſi lapidem, integrum, exhibens, coloris dilutè ruffuli, inſtar Bezoar quorundam Orientalium.

In Muſeo Reverendi Domini *D'Orvilii*, dum viveret, Verbi Divini Miniſtri Harlemenſis, ejusmodi Lapidem videre memini ſex libras pendentem, qui Poſſeſſori ſuo mille florenis conſtiterat, Eo tamen defuncto ſexcentis ſaltem florenis iterum venditus. Quantum ad Lapidis noſtri vim medicatam; ſudores atque urinas ciere dicitur, inſignemque uſum habere in febribus acutis, ſi grana ejus XX ad XL pro doſi in pulvere, aut mixturâ, exhibentur.

Num. 2. Fragmentum eſt prioris Lapidis, quod circumferentiæ orbis interioris congruit, ejusdemque eſt coloris, itidem læve & reſplendens.

Num. 3.

La Lettre H. Semblable Pierre, dont la ſurface eſt inégale par une concrétion de petites Pierres, & de petite poils noirs friſés.

I. donne la repréſentation d'une Pierre oblongue, liſſe, entre-ouverte à un bout à cauſe de ſes lames qui ſe croiſent, & montrant par là une grande cavité au dedans.

K. Pierre ſphérique, écaillée ſur une moitié de ſon corps.

L. Pierre qui imite la figure d'une tête.

M. Le follicule dans lequel ces Pierres croiſſent. Ce follicule contient même encore quelques petites Pierres.

N. Pluſieurs petites Pierres ôtées du follicule, & jointes enſemble en un corps.

O. Trois de ces petites Pierres, attachées à leurs tuniques membraneuſes.

P. Pierre mouſſuë, compoſée d'autres petites Pierres rondes, qui ne ſont pourtant couvertes d'aucune croute ou enveloppe commune.

Q. Cette Pierre reſſemble à une Noix Muscade, couverte de ſon écorce ou de ſon macis, & comme incruſtée d'or.

R. Pierre ronde, petite, ayant un de ſes côtés jaſpé ou marbré de diverſes couleurs.

S, T, V, W. Ces quatres petites Pierres de Bézoard ſe trouvent quelquefois entieres parmi d'autres, mais le plus ſouvent écornées, & alors cette Pierre ſous ſon enveloppe extérieure paroît comme incruſtée d'or.

## PLANCHE CENT-DOUZIEME.

### N°. 1. *Pierre de Bézoard du Cheval Marin.*

Cette belle Pierre eſt extérieurement très-jolie, cendrée-blanche, ronde-oblongue, reſſemblant aſſez de figure au crane d'un Homme, dure preſque comme un caillou, & fort peſante. Etant entiere elle peſoit plus de quatre livres; mais elle s'eſt briſée par hazard en pluſieurs morceaux, dont le plus gros eſt celui que nous repréſentons ici, conſervant les autres dans notre Cabinet pour les faire voir aux Curieux. Sa ſubſtance intérieure eſt toute compoſée de petites lames poſées par couches. Le premier commencement de ſa formation n'a eu que la groſſeur & la forme d'un petit grain de Poivre noirâtre, autour duquel une croûte pierreuſe de diverſes couleurs s'eſt appliqué, non ſeulement de la même maniere que dans les Pierres de Bézoard des Indes Orientales & Occidentales, mais comme il arrive dans toute Pierre quelconque d'Animal. On peut même diſtinguer ici clairement ſon accroiſſement ſucceſſif par les cercles qu'on voit à l'œil, & qui différent tant en largeur qu'en couleur. Ces cercles étant par gradation les uns plus grands que les autres, découvrent comment la maſſe de la Pierre s'eſt inſenſiblement augmentée. Sa ſurface intérieure qui paroit dans l'endroit où elle a été rompue, eſt toute formée par lamines reluiſantes. Quand on ôte la lamine de deſſus qui eſt la plus épaiſſe, il s'offre une autre lamine couchée deſſous, auſſi liſſe & auſſi polie que la premiere, & qui préſente comme une nouvelle Pierre entiere, de couleur rouſſâtre pareille à celle de quelques Bézoards Orientaux.

Je me reſſouviens d'avoir vu dans le Cabinet de feu M. D'Orvile Paſteur à Harlem, une Pierre de l'Eſpece de la nôtre, mais du poids de ſix livres, qui lui avoit couté mille florins monnoye d'Hollande, & qu'on vendit ſix cens après ſa mort. On dit que ces ſortes de Pierres provoquent autant la ſueur que l'urine, & qu'elles ſont d'un merveilleux uſage dans les fievres aiguës, ſi l'on en prend par doſe depuis XX jusqu'à XL grains en poudre ou dans quelque mixture.

N°. 2. Morceau de la Pierre précedente, qui répondoit à la circonference du tour intérieur, étant de la même couleur, & pareillement liſſe & reluiſant.

N°. 3. Pier-

SCD LYON 1

## Num. 3. *Lapis Bezoar Cormandel, è Vaccâ marinâ.*

Lapides Cormandel in Ventriculis Vaccarum marinarum generantur, ſuntque admodum ponderoſi, ſaxeæque duritiei. Illi, qui huc adtulerê Lapides hosce, & longâ annorum ſerie in Indiis Orientalibus habitarunt, aut oras iſtas navibus frequenter ſalutarunt, teſtantur, eos in portu *Coromandel* vocari *Bezoar de Vacc*, ſeu Bezoar Vaccarum marinarum, quæ in Nilo & Gange, fluminibus, degentes, ſubinde ex aquis in terram ſe conferunt, priſtinas ad aquas rediture, poſtquam ſe gramine paverint: id, quod & Lutris, aliisque uſitatum eſt animantibus, quæ utroque in medio ſuum ſibi victum conquirunt. Inde autem contingit ſæpius, Vaccas hasce, per littora paſcentes, capi, Hominibusque in acceptum ferculum cedere. Perhibetur enim, eas mole atque pondere ſuperiores eſſe Bobus ſeptingenta vel octingenta pondo, & carne gaudere admodum pingui atque delicatâ; lapides autem valdè duros in ipſarum ſtomachis creſcere, qui earundem ſunt virium medicatarum, ac ſub Num. 1 exhibiti: atqui ſunt & his per omnia ſimiles, niſi quod mole paulò minore, diverſisque gaudeant figuris.

Michaël Mercatus in *Metallotheca Vaticanâ*, p. 174, ingentem deſcribit Lapidem Bezoardicum, Peruvianum, quinquaginta & ſex unciarum, qui, æri inciſus, Renem grandioris animalis refert, &, ex dilutè flavo cinereus, altero extremo craſſas monſtrat lamellas, ſive cortices detritos, ut priori noſtro, ſub Num. 1 delineato, ſatis accedat. Mercati iſte Lapis à Patribus Jeſuitis, ob inuſitatam magnitudinem, Pontifici maximo, Gregorio XIII, dono datus, rariſſimi inſtar Cimelii, cum curâ aſſervatur. Ejusdem verò virtutes, atque concreſcendi modus, unà cum experimentis eò ſpectantibus, ibidem ſimul exponuntur.

Num. 4 & 5 Ejusdem farinæ Lapides ſunt de *Coromandel*, ſive *Pedros de Vacca*, itidem vaſti, at aliter figurati. Lapis Num. 4 ſupra decorticatus eſt; Num. 5 verò Cor animalis refert ſectione latiſſimâ, videturque, in ventriculo, ab aliis ejusmodi calculis vicinis compreſſus eſſe: unde probabile eſt, plures ſimul in eodem ſtomacho lapides generari poſſe.

Num. 6 & 7 Similes ſiſtuntur Lapides, quorum bini, Num. 6 notati, oblongo-rotundi ſunt, valdè duri, ponderoſi, obſcurè cinerei coloris, craſſis itidem è lamellis conflati, ut lit. A, B, C, D indicant. Num. 7 planoellipticæ magis figuræ eſt, extus albicante cruſtâ, calcariâ quaſi, ſatis craſſâ, lit. A, obductus, ſub hâc verò cinereo-flavam, ſplendidam monſtrans ſuperficiem, lit. B; cæterùm ſaxeum pondus, duritiemque, pariter habens. Poſſemus plures adhuc ſimilium Lapidum ſpecies producere, noſtro in Muſeo contentas; ſed exquiſitis magis, quam multis ſtudemus ſpeciminibus.

Quantum ad Equos, Vaccasque, in aquis degentes; vix dubitandum eſt, utrum vera inter binas hasce ſpecies detur differentia. Equus marinus, ſeu Hippopotamus, Belgis *Walrus* vocatus, admodum longis, incurvisque gaudet dentibus, ex ore multum prominulis, qui aliquando, unà cum aliis mercibus, noſtræ Indiarum Orientalium Societati transmittuntur, ex Africâ delati, unam, duas, tres, quatuorve libras ſinguli pendentes, pro variâ Animalium ætate. Quousque ex ore & maxillarum alveolis extant hi dentes, ſaxeæ ſunt duritiei, & albo veluti vitro obducti: unde Eborarii artifices eximia inde toreumata conficiunt. Quin & iisdem Medici utuntur, haud aliter, ac dentibus Elephantinis & Aprinis.

D. Va-

### N°. 3. *Pierre de Bézoard Coromandel, d'une Vache Marine.*

Les Pierres Coromandel ſe produiſent dans l'eſtomac des Vaches Marines. Elles ſont fort peſantes & fort dures. Ceux qui en apportent ici, & qui ont longtems ſéjourné dans les Indes Orientales, ou qui y ont ſouvent navigué, diſent que les habitans de Coromandel les apellent *Bézoar de Vacc*, c'eſt-à-dire Bézoard de Vaches, car ces Pierres ſe forment dans le corps de ces Vaches qui ſe tiennent dans les fleuves du Nil & du Gange, d'où elles ſe rendent de tems en tems ſur terre pour paître, & retournent enſuite dans l'eau. Ce qui eſt ordinaire aux Loutres & à d'autres Bêtes, lesquelles vivent dans l'un & dans l'autre élement tour à tour. De là il arrive qu'on prend ſouvent de ces Vaches lorsqu'elles viennent paître ſur le rivage, parce qu'elles fourniſſent une bonne nourriture aux habitans. On raconte qu'elles ſont plus groſſes que des Bœufs, & peſent ſept à huit cens livres; que leur chair eſt extrêmement graſſe & délicate; enfin que les Pierres qui naiſſent dans leur eſtomac ſont très-dures. Ces Pierres ont les mêmes vertus medicinales que celles qu'on a repréſenté au N°. 1; effectivement elles leur reſſemblent en tout, excepté qu'elles ſont un peu moins groſſes, & de figures diverſifiées.

Michel Mercati à la page 174 de ſa *Metallotheca Vaticana*, décrit une prodigieuſe Pierre de Bézoard du Perou de couleur cendrée-jaune, peſant cinquante ſix onces, reſſemblant de forme au Rein d'un grand Animal, & compoſée à un des bouts de lamines épaiſſes & écornées, de ſorte qu'elle ne reſſemble pas mal à la Pierre ici repréſentée ſous le N°. 1. La Pierre dont parle Mercati fut donnée par les Jeſuites au Pape Gregoire XIII, à cauſe de ſa grandeur extraordinaire, & on la conſerve avec ſoin dans le Palais du Vatican comme une piece de Curioſité très-rare. L'Auteur expoſe en même tems dans ſon Ouvrage, les vertus de cette Pierre, ſa formation, & les expériences qui y ont rapport.

N°. 4 & 5. dénotent deux autres grandes Pierres *Coromandel*, dites auſſi *Pedras de Vacca*, figurées differemment de la précedente. La Pierre du N°. 4 eſt dépouillée par deſſus de ſa lamine externe. La Pierre du N°. 5 a quelque reſſemblance dans ſa partie la plus large au Cœur d'un Animal, & ſemble avoir été comprimée dans l'eſtomac par d'autres Pierres voiſines; car il eſt probable que pluſieurs Pierres peuvent en même tems ſe former dans cette partie du corps.

N°. 6 & 7. repréſentent des Pierres du même genre. Les deux que marque le N°. 6, ſont rondes-oblongues, très-dures, peſantes, cendrées-brunes, formées d'épaiſſes lamines, ainſi que le font voir les Lettres A. B. C. D. La Pierre du Nombre 7, eſt d'une figure plus ovale, aplatie, couverte au dehors d'une croute blanchâtre, aſſez épaiſſe, comme le montre la Lettre A. Sous cette croute, eſt une ſeconde lamine, cendrée-jaune & reluiſante par deſſus. Voyez Lettre B. Cette Pierre au reſte a la dureté & la peſanteur de la roche. Nous pourrions dépeindre encore pluſieurs de ces ſortes de Pierres que nous conſervons dans notre Cabinet; mais il ſuffit d'avoir offert à nos Lecteurs les principales, nous attachant bien plus à la qualité qu'à la quantité des choſes qui peuvent entrer dans cet Ouvrage.

Pour ce qui eſt des Chevaux & des Vaches qui vivent dans l'eau, il faut à peine mettre en doute s'il y a entre ces deux Eſpeces d'Animaux une veritable difference. Le Cheval Marin que les Hollandois nomment *Walrus*, a les dents très-longues, crochues, & ſortant fort avant de la bouche. Notre Compagnie des Indes Orientales qui reçoit ces dents d'Afrique, en apporte quelquefois ici avec ſes autres Marchandiſes. Chaque dent peſe une, deux, trois, & quatre livres, ſuivant l'âge du Cheval. Tant que ces dents pouſſent hors de leurs alveoles & des mâchoires, elles ſont d'une dureté de caillou, & couvertes d'un bel émail. Auſſi les ouvriers en ivoire en font de magnifiques Vaſes. Les Medecins s'en ſervent aux mêmes uſages que des dents d'Elephant & de Sanglier.



Valentin

SCD LYON 1

D. Valentinus in *Muſeo Muſeorum* binas exhibet icones mirabilium horumce Animalium, quæ plurimos in ore, tam ſupra, quam infra, dentes prægrandes gerunt, & ab Ipſo cum Animante *Behemoth*, de quo Deus in libro Jobi, Cap. XL, vs. 10, loquitur, comparantur. At dubium hactenus eſt, qualisnam Beſtia loco citato denotetur: ſiquidem Authores hâc in re nondum conſentiant. De Vaccâ marinâ idem D. Valentinus p. 134 quædam memorat, ipſam vocans Bovem marinum: at parum certæ fidei hæc ſunt. Equi marini quatuor inſtructi curtis pedibus, & Leoninis quaſi unguibus, repræſentantur; Vaccis autem marinis pedes & ungulæ Vaccarum adfinguntur. *Johnſtonus Tab. XLIX, p. 86*, ſimiles exhibet icones.

Num. 8, 9, 10 Lapides ſunt ex *Coromandel*, oblongo rotundi, læves, petroſi, procul dubio ex Beſtiis marinis, fortè Vaccis marinis junioribus, deprompti. Lapis Num. 10 ex compoſito diffractus eſt, ut pateat, quânam ratione orbes lapidoſi, ſatis craſſi, ſibi mutuo ſucceſſivè adplicati ſint.

Num. 11. Alia eſt ſpecies *Lapidis Bubalini Orientalis*, ſeu *Pygargi*, qui Indis quoque Lapis Coromandel, aut Bubali vocatur. Ex Indiis Orientalibus adferuntur hi Lapides variæ magnitudinis. Noſter hic Num. 11 delineatus ex maximis eſt. Pro ratione molis admodum leves ſunt, & reſinæ inſtar friabiles, facillimè in pulverem comminuendi. Igni admoti, Reſinæ in modum, liqueſcunt, ſuavem Balſami odorem fundentes. Extus nubeculis quaſi & marmoreis variegationibus diſtinguuntur. Sunt, qui factitios eſſe hos Lapides opinantur: at falluntur. Creſcere enim illos naturaliter in ſtomacho & inteſtinis Bubalorum, à fide digniſſimis accepimus Hominibus, qui pondo eorum plurima ipſi huc detulerunt, quam firmiſſimè aſſeverantes, Lapides hos genuinas eſſe & nativas concretiones, in prædictis Animalibus factas; quum Beſtiæ hæ in Indiis Orientalibus admodum frequentes ſint, & loco Boum aut Equorum, ad Agriculturam à Ruricolis adhibeantur. Quin & ipſe ego hiſce in regionibus horum Animantium nonnulla vidi, boves inter atque vaccas paſcentia. Vagantur ea per ſylvas oræ Coromandel, &c. foliisque arborum gummoſo reſinoſis veſcuntur, quæ forte in ipſorum ſtomacho difficulter ſolubilia tandem coagulum formant ſenſim augeſcens, dum novæ jugiter lamellæ, foliaceæ, tenuiores vel craſſiores, æquabiliter ſe circumponunt, in calculi duritiem ſucceſſivè compingendæ. De Bubalis & Pygargis Aldrovandus prolixè egit. Vid. *Aldrovandum De Quadrupedibus Biſulcis*, Lib. I, Cap. V, VI & XV.

Lapides hi cæterum dilutè virides ſunt, partim magis ad fuſcum vergentes, partim dilutè flaveſcentes, fiſſiles atque friabiles, colorem ſuum facile communicantes; inque centro exhibent ſtraminum, foliorum, aut pilorum particulas, inter ſe convolutas, quibus reſinoſa materies per orbes ſeſe applicat; donec nati ſic calculi vel per anum excernantur, vel mole aut numero graves animal interficiant, ab Hominibus inde eximendi.

Num. 12 Ejusdem ſpeciei Lapis eſt, externam ſuperficiem undique illæſam monſtrans.

Num. 13 Similis ſiſtitur calculus, qui pro parte deſquamatus ſtruem lamellarum ad interiora usque oſtendit ſub Lit. A, B, C, D.

Num. 14 Eſt Lapis ejusmodi per medium diffractus, ut interiora pateant. Lit. A externum corticem deſignat. B Orbes introrſum ſenſim decreſcentes. C Meditullium.

Num. 15 Fragmentum exhibet partem ferè dimidiam ejusmodi Lapidis complectens, in cujus meditullio minor alius lapillus, lævis, lit. C reſtitit. Patet hîc ſub lit. A & B, lamellas ſenſim majores, eadem, ut in Bezoar Orientali, ratione ſeſe circumpoſuiſſe.

Num. 16 & 17 Minores ſunt ejusdem ſpeciei Lapides.

Calculi

Valentin dans ſon Livre intitulé *Muſeum Muſeorum* donne deux Figures de ces ſinguliers Animaux, lesquelles montrent qu'ils ont pluſieurs dents très-grandes à chaque mâchoire, d'où l'Auteur compare cet Animal au Behemoth dont il eſt parlé au Livre de Job Chap. XL, vs. 10. Mais on ignore encore quel Animal eſt le Behemoth de l'Ecriture, les Interpretes ne s'accordant point ſur ce ſujet. Le même Valentin rapporte quelques autres particularités aſſez douteuſes touchant la Vache Marine qu'il nomme Bœuf Marin. On repréſente les Chevaux Marins ayant quatre pieds, courts, munis de cornes approchantes de celles du Lion, & les Vaches Marines avec des pieds & des cornes de pied telles que les Vaches ordinaires. Voyez Johnſton pag. 86. Planche XLIX.

N°. 8. 9. 10. Pierres de Coromandel, rondes-oblongues, polies, dures, tirées ſans doute de Bêtes Marines, & peut-être de jeunes Vaches Marines. La Pierre que dépeint le N°. 10. a été tirée d'une autre, pour faire voir comment les lamines circulaires pierreuſes s'apliquent par couches ſucceſſivement les unes aux autres.

N°. 11. Autre Eſpece de Pierre de Bœuf ou de Pygargue Oriental, nommé auſſi par les Indiens *Pierre de Coromandel*. Ces Pierres qu'on apporte des Indes Orientales, ſont de differente grandeur. Celle-ci eſt des plus grandes. A proportion de leur groſſeur elles ſont fort legeres, friables comme la réſine ſeche, & faciles à être pulvériſées. Si on les approche du feu, elles ſe liquefient comme la réſine, & répandent une odeur balſamique. Elles ſont extérieurement tachées & marbrées. Ceux qui les croyent factices, ſe trompent. Nous avons appris par des perſonnes très-dignes de foi qui ont apporté ici des centaines de livres de telles Pierres, qu'elles naiſſent naturellement dans l'eſtomac & les inteſtins d'une eſpece de Bœufs fort communs aux Indes Orientales, & qui ſont employés par les Payſans pour le labourage à la place de Chevaux. J'ai vu moi-même dans ces Pays quelques-unes de ces Bêtes paître dans les prés avec nos Bœufs & nos Vaches ordinaires. Ils courent les forêts de la Côte de Coromandel, & vivent de feuilles d'Arbres pleines d'un ſuc réſineux. Ces feuilles ayant peut-être de la peine à ſe diſſoudre dans l'eſtomac de ces Animaux, font une coagulation qui s'augmente inſenſiblement, à quoi s'appliquant enſuite continuellement de nouvelles couches de feuilles plus ou moins épaiſſes, il ſe forme une maſſe qui prend avec le tems la dureté de la pierre. Aldrovandi a traité fort au long de ces Quadrupedes, nommés en Latin *Bubali Pygargi*. Voyez le Volume d'Aldrovandi *De Quadrupedibus Biſulcis* Liv. I. Chap. V. VI & XV.

Au reſte les Pierres dont je parle ſont d'un verd-clair, tirant en partie ſur le brun, en partie ſur le jaune-pâle, d'ailleurs friables, & communiquant aiſément leur couleur. Elles ont au milieu des brins de paille, des floccons de poil, des feuilles jointes enſemble en un peloton, incruſté d'une matiere réſineuſe qui s'y applique par couches tout autour. Ces Pierres étant ainſi formées, ſortent par le fondement de l'Animal, ou ſoit par leur groſſeur, ſoit par leur nombre, tuent l'Animal même, du corps duquel les Hommes les tirent enſuite.

N°. 12. Pierre de la même eſpece, dont la ſurface extérieure n'eſt endommagée en aucun endroit.

N°. 13. Pierre de la même ſorte qui étant en partie écaillée, fait voir jusques au cœur, par les Lettres A. B. C. D. l'aſſemblage des lamines qui la compoſent.

N°. 14. Autre ſemblable Pierre, mais rompue par le milieu, pour mieux démontrer ſa conformation intérieure. La Lettre A déſigne ſa croute externe. La Lettre B, les lamines orbiculaires qui diminuent inſenſiblement en grandeur à meſure qu'elles s'aprochent du Cœur de la Pierre marqué par la lettre C.

N°. 15. repréſente un morceau qui fait presque la moitié d'une pareille Pierre. Ce morceau renferme au cœur une autre petite Pierre polie, qu'indique la Lettre C. Il paroit par les Lettres A. B. que les lamines ſe forment en rond tout autour de cette Pierre, ainſi que dans celles de Bézoard Oriental, en augmentant en grandeur ſucceſſivement par gradation inſenſible.

N°. 16 & 17. Sont encore d'autres Pierres entieres de la même eſpece, mais plus petites que les précedentes.

Toutes

SCD LYON 1

Calculi hi ad uſus Medicos apprime conferunt, in Febribus ardentibus præprimis, & temperandâ humorum acrimonia Bilioſâ. Vi gaudent ſudoriferâ, efficaciori etiam, quam Lapides Bezoar Occidentales. Doſis eſt plerumque ad Drachma ij bis terve de die, ſine vel cum aliis Bezoardicis. Tincturam quoque Lapidum Bezoar de Cormandella paravimus, ſummopere Cardiacam. Data hæc ad gutt. XXX vel XXXVI lenem pellit ſudorem, lentasque febriculas, quas internas vocant, continuatus ejus uſus infringit.

## TABULA CENTESIMA DECIMA TERTIA.

### *Lapides Porcini, ſive Hiſtricini, Malaccenſes,* Italis *Pedra del Porco de Malacca,* Belgis *Steen van een Egel- Penne-* ſeu *Stekelvarken,* vocati.

Pretioſiſſimi hi Lapides ex Regno Malaccæ & Pan adferuntur, haud quidem in omni reperiundi Hyſtrice, ſed in nonnullis tantum, quibus nimia alimenti copia hanc in cyſti felleâ concretionem, admodum moleſtam, producit. In Tomi primi Tab. L & LI nativam harum Hyſtricum formam, ipſosque calculos Felleos, binis ſpeciminibus exhibuimus, adjunctâ deſcriptione neceſſaria. Eorundem hiſtoriam quoque tradunt *Ferd. Lopes, in Lib. I Hiſtor. Indicæ*; tum *Jacob. Bontius*; *Anſelm. Boëtius de Boot, Cap. CLXXXII, pag.* 355, *de Gemmis & Lapid.* & alii. *Rumphius* horumce Lapidum vires Medicatas, uſu comprobatas, è quodam manuſcripto excerptas, recenſet ſequenti modo:

1. Lapis hic Calculum Veſicæ Urinariæ diſſolvit.
2. Fluxibus ſanguineis, per multa admodum experimenta, mederi viſus eſt.
3. Colicam ſpecificè curat.
4. Flatus diſſipat & excutit.
5. Choleram ſanat.
6. Vi gaudet Alexipharmacâ, quam Lapis Bezoar, majore.
7. In Pleuritide, morbisque deſperatiſſimis, auxilio eſt.
8. Omnis generis Febribus præſtantem offert medelam.
9. Ventriculi dolores, ſuffocationes Hyſtericas, & Hypochondriacas, reprimit.
10. Cor ob pathema Animi palpitans in ordinem redigit.
11. Anti-Epilepticus & Anti-Paralyticus eſt.
12. Convulſiones tam Infantum, quam Adultorum, cohibet.
13. Lumbricos Infantum necat & expellit.
14. Ulceribus internis & morboſæ Bilis adfectionibus remedio eſt.

Infundatur Lapis aquâ frigidâ, quæ, poſtquam imprægnata eſt, unà cum tantillo raſuræ Lapidis, ſi morbus ſævior fuerit, potetur.

Tranſeo ad

### *Lapidem Porcinum, ſpurium, piloſum, Ceilonicum, qui & Pila, & Globus Ceilonicus, ſylveſtris, vocatur.*

Adfinis eſt hic Lapis priori, reperiundus in Apris quibusdam ſylveſtribus, quorum in Ventriculis concreſcit

Toutes ces Pierres ſont fort utiles en Medecine, principalement dans les fievres ardentes, & pour tempérer l'acrimonie des humeurs bilieuſes. Elles ſont un remede ſudorifique plus puiſſant que les Pierres de Bézoard Occidental. Leur Doſe eſt d'ordinaire jusqu'à deux Scrupules, qu'on prend deux ou trois fois par jour, ſimplement, ou avec d'autres Bézoards. Nous préparons auſſi une Teinture de Bézoard de Coromandel qui eſt extrêmement Cardiaque. Trente à trente-ſix gouttes de cette Teinture provoquent une legere ſueur; & ſon uſage continué chaſſe ces petites fievres lentes qu'on nomme internes.

## PLANCHE CENT-TREIZIEME.

### *Pierre de Porc, ou de Porc-épic, de Malacca,* connue des Italiens ſous le nom de *Pedra del Porco de Malacca,* & des Hollandois ſous celui de *Steen van een Egel- Penne-* ou *Stekel-Varken.*

On nous apporte ces Pierres précieuſes du Royaume de Chalacca & de celui de Pan. Elles ne ſe trouvent que dans quelques Porc-épics, & doivent leur origine à la trop grande quantité de nourriture que prennent ces Animaux, auxquels elles font beaucoup de mal. La véſicule du fiel eſt l'endroit où elles ſe forment. Nous avons déja repréſenté au naturel & ces Pierres, & l'espece de Porc qui les produit, dans le premier Tome de cet Ouvrage, Planche L & LI, en y joignant une deſcription convenable. On peut encore conſulter à ce ſujet *Ferdinand Lopes, Lib. II. Hiſtor. Indicæ*; *Jaques Bontius*; *Anſelme Boëtius de Boot, Cap. CLXXXII. pag.* 355, *de Gemmis & Lapid.*, & divers autres Auteurs qui nous en ont donné l'hiſtoire. L'experience démontre que ces Pierres ont des Vertus médicinales: voici du moins en quels termes en parle *Rumphius*, ſuivant un Manuſcrit qui lui étoit tombé entre les mains.

1. Cette Pierre diſſout le Calcul de la Veſſie.
2. Elle guérit auſſi les pertes de ſang, ce qui eſt confirmé par un grand nombre d'expériences.
3. C'eſt un remede ſpécifique contre la Colique.
4. Elle diſſipe les Vents & les fait ſortir.
5. Elle guérit le *Colera-morbus.*
6. C'eſt un Antidote dont les Vertus ſont beaucoup plus efficaces que celles du Bézoard.
7. On s'en ſert avec ſuccès dans la Pleuréſie, & dans les maladies les plus dangereuſes.
8. C'eſt un excellent remede contre toute ſorte de Fievres.
9. Elle calme les douleurs d'Eſtomac, & les ſuffocations cauſées par la Paſſion hyſterique & la maladie hypochondriaque.
10. Elle arrête les Palpitations de cœur, cauſées par quelque émotion.
11. Elle eſt bonne contre l'Epilepſie & la Paralyſie.
12. Elle arrête les Convulſions dans les Enfans & les Adultes.
13. Elle tue les Vers auxquels les Enfans ſont ſujets, & les emporte hors du corps.
14. C'eſt un bon remede contre les Ulceres internes, & lorsque la Bile eſt corrompue.

Il faut faire infuſer cette Pierre dans de l'eau froide, & lorsque cette eau en eſt impregnée on en forme une Potion, dans laquelle on mêle un peu de râclure de la Pierre, en cas que la maladie ſoit fort violente. Mais paſſons à l'examen d'une autre ſorte de Pierre.

### De la *Pierre de Porc, bâtarde, faite de poils, de l'Iſle de Ceilon,* que l'on nomme encore *Balle* ou *Boule ſauvage de Ceilon.*

Cette Pierre, qui a beaucoup de rapport avec la précédente, ſe trouve dans le ventricule de quelques Sangliers, & ſe forme peut-



SCD LYON 1

concreſcit eâdem forte ratione, ac in Capris montanis, Vitulis, & Vaccis contingit. Dum enim hæc animalia ſemet lambendo proprios pilos deradunt, ex hisce deglutitis rotunda naſcitur pila, quæ frequenti tandem volutatione in cavo Ventriculi denſatur, comprimitur, & inſtar pilorum, è quibus Pilei conflantur, coacta, veluti per ſtrata in unam maſſam conglobatur, ſenſim ope percoquentis quaſi caloris naturalis dureſcentem: hæc dein poſt annos aliquot cruſtâ obducta excernitur, aut eximitur, & ſiccata in pulverem teri vel friari poteſt. Ejus ſapor eſt amaricans, Ligni Colubrini ferè æmulus. Atqui radicibus atque foliis hujusce Plantæ crebro veſcuntur Apri: unde in eorum Ventriculo amarus producitur Chylus, qui in globum piloſum ſeſe penetrans hanc ei amaritiem conciliat; dum reliquum Chyli fluidius & pinguiuſculum, ex ingeſtis alimentis in Stomacho paratum, ad Inteſtina delabitur per ſuas dein vias ulterius promovendum. Poſtquam amaræ hæ pilæ, ſuis imprægnatæ viribus, cruſtam nactæ ſunt, ipſarum ſuperficiei nonnulla adnaſcuntur eâdem de piloſa materie tubercula, dilutè griſei coloris, ſaporis amaricantis ejusdem, ac interna ſubſtantia. Varii autem ſunt in variis horum Lapidum ſpeciebus colores, variæ virtutes. Nigricantes aut atrofuſci, denſi, eximiè amari, utplurimum præſtantiſſimi putantur. Uſus eorum eſt in Febribus ardentibus, Bilioſis & Lienoſis morbis, Paralyſi, Convulſionibus, &c. Doſis à V ad XX grana, pro variâ ægri ætate. Uncia ejusmodi Lapidis conſtat centum Florenis, plus, minus, prout melioris aut vilioris eſt notæ, aut majore minoreve copia adfertur. Quatuor ſpeciei optimæ exempla heic æri incidenda curavimus, numeris 1. 2. 3. 4. notata: magnitudo tamen eorum ſæpe variat.

Num. 1. Eſt Lapis inſtar pilæ luſoriæ globoſus, cruſta atrofuſca obductus, glaber, intus compactus, minus piloſus, ſaporem Ligni Colubrini commanſi amaricantem exhibens.

Num. 2. Sectus per medium Lapis monſtrat concretionem per orbes ſibi mutuò circumpoſitos fieri, ſtructurâ veluti Ceparum, aut Lapidis Bezoar, æmulâ. Superficies ejus externa tuberculis magnis, griſeis, exaſperata eſt.

Num. 3. Integer hic ſubgriſea oſtendit extus tubercula, ipſe interim ſaturatè ſpadiceus.

Num. 4. Ferri colorem refert formamque quadrangularem, ſuprà ex nigro variegatus; cæterum lævis, durus, ſplendens, amarus, tenui cruſta cinctus.

Num. 5. 6. 7. 8. Lapides ſunt, quos pariter *Pedro del Porco de Malacca*, aut *Pilas Porcinas Piloſas*, ſeu *Globos*, aut *Maſſang de Vacca* nominant; ſiquidem & piloſi ſint intus. D. Engelbertus Kæmpherus in *Amœnit. Exot. faſc. II, pag.* 392, de hisce *Maſſang de Vacca*, prout à Luſitanis adpellantur, egit, referens, quod Apri ſylveſtres, quorum in Ventriculis hæ concreſcunt pilæ, in remotiſſimis ſaltem Indiæ Orientalis locis dentur. Interim larga nobis earum copia ſuppetit. Cruſta iis eſt dura & craſſa, extus lævis & lucida, intus pilis aſpera, prout è facto foramine ad lit. A. B. C. patet. Saporis ſunt admodum amari, valdè leves, magnitudinis Mali Arantii, aut Limonii, figuræ nonnunquam Ellipticæ, oblongæ. Quem Num. *6* repræſentat, longiuſculus eſt, cruſtâ pilisque apprimè teneris conſtans, & in ſe ponderoſior, quam tres reliqui. Forte quatuor hi Lapides poſteriores non diu ſatis in Ventriculo commorati & præparati ſunt; ſiquidem piloſa eorum ſubſtantia adeo non ſubacta ſit, ac in prioribus quatuor, in quibus pili penitus quaſi concocti unam coierunt in maſſam denſam, duram, Rhabarbari ferè ſimilem, cultro ſciſſilem. M. Mercatus, in *Metalloth.* pag. 173, tria deſcribit Animalia, quæ globos piloſos in Stomacho generant: horum primum Cervus eſt, Camelo adſimilis, *Vicogna* dictus; alterum ſylveſtre *Guanaccos* vocatur;

être de la même maniere que celles que l'on tire des Chevres de montagne, des Veaux & des Vaches. En effet, lorsque ces Animaux ſe lechent ils emportent leurs propres poils, & après les avoir avalés il s'en forme une boule de figure ronde, qui eſt enſuite ſerrée & comprimée dans la cavité du ventricule où elle roule ſans ceſſe. Tous ces poils s'uniſſent les uns aux autres, de la même maniere que ceux dont on fait les chapeaux; & il nait de cette union une maſſe ronde, compoſée de diverſes couches, & qui ſe durcit enfin inſenſiblement à l'aide de la chaleur naturelle. Cette boule que l'on tire du corps de ces Animaux, & qui ſort auſſi quelquefois par le fondement, eſt toujours couverte d'une croute lorsqu'elle a ſéjourné pendant quelques années dans l'endroit où elle s'eſt formée, & on peut la réduire en poudre après avoir été ſéchée. Elle eſt un peu amere, & a presque le même goût que la Serpentaire. Or il eſt certain que les Sangliers ſe nourriſſent ſouvent des racines & des feuilles de cette plante, ce qui produit par conſéquent dans leur ventricule un Chyle amer; tandis que la partie graſſe & la plus liquide de ce Chyle qui vient des alimens, tombe dans les inteſtins, d'où elle eſt enſuite portée dans les conduits par lesquels elle doit paſſer. Lorsque ces boules ameres ſe trouvent couvertes de la croute qui les enveloppe, après avoir été impregnées des ſucs d'où elles tirent toutes leurs vertus, il s'éleve ſur leur ſuperficie quelques tubercules, formés de la même matiere qui compoſe toute la maſſe de ces corps étrangers. La ſubſtance interne de ces tubercules ne differe en rien, de celle de la boule même, on leur trouve la même amertume, & leur couleur eſt d'un gris clair. Comme toutes ces boules ne ſont pas de la même espece, on y remarque de la difference tant dans leurs couleurs, que dans la vertu qu'elles ont. Les plus compactes, les plus ameres, & celles qui ſont noirâtres ou d'un brun tirant ſur le noir, paſſent d'ordinaire pour être les meilleures de toutes. On s'en ſert dans les Fievres chaudes, dans la Paralyſie, les Convulſions, dans les maladies de la Rate, & dans celles qui ſont cauſées par la bile. La Doſe eſt depuis V grains jusqu'à XX, ſelon l'âge du malade. L'Once d'une de ces boules coute cent florins, quelquefois plus & quelquefois moins, ſuivant qu'elles ſont plus ou moins bonnes, ou qu'elles ſont plus ou moins rares. Nous en avons fait graver ici quatre de la meilleure espece, indiquées aux Nombres 1, 2, 3, 4. Quant à leur groſſeur, on y remarque ſouvent de la difference.

N°. 1. eſt ronde comme une bale à jouer, couverte d'une croute d'un brun tirant ſur le noir, unie, compacte en dedans, peu garnie de poils, & auſſi amere que la Serpentaire.

N°. 2. fait voir que ces Boules ſont compoſées de diverſes couches ſituées les unes ſur les autres en maniere de cercle, & que leur ſtructure reſſemble à celle des Oignons ou du Bézoard. Sa ſuperficie externe eſt hériſſée de gros tubercules de couleur griſe.

N°. 3. eſt d'un bai foncé, mais ſes tubercules ſont griſâtres.

N°. 4. eſt quarrée & de couleur de fer, la partie ſuperieure eſt bigarrée de noir; quant au reſte, elle eſt liſſe, dure, luiſante, amere, & revêtue d'une croute mince.

Celles qui ſont repréſentées aux Nomb. 5.*6*.7.8. ſont des Pierres, connues ſous les noms de *Pedro del Porco de Malacca*, de *Boules ou de Bales de Porc velues*, & de *Maſſang de Vacca*, parce qu'elles ſont pleines de poils en dedans. Engelbert Kæmpfer dans ſes *Amœnit. Exot. Faſc. II. pag.* 392, traite de ces Pierres ou *Maſſang de Vacca*, comme les appellent les Portugais. Il dit que les Sangliers, dans le ventricule desquels ces boules ſe forment, ne ſe trouvent que dans les endroits les plus reculés des Indes Orientales. Mais quoi qu'il en ſoit à cet égard, nous ne laiſſons pas d'avoir un grand nombre de ces Boules, dont la croute eſt dure & épaiſſe, liſſe & luiſante en dehors, & hériſſée de poils en dedans, comme il paroît par le trou que nous y avons fait & qui eſt marqué aux Lett. A.B C. Elles ſont fort ameres & fort legeres, de la groſſeur d'une Orange ou d'un Citron, & quelquefois de figure elliptique ou oblongue. Celle qui eſt repreſentée au N°. *6* eſt oblongue, couverte d'une croute, faite de poils fort mous, & beaucoup plus peſante que les trois autres. Il ſe peut que ces quatre dernieres Pierres n'ayant pas ſejourné aſſez long-tems dans le Ventricule, n'ont pu s'y former entierement; & ce qui donne lieu à cette conjecture, c'eſt qu'elles ſont d'une ſubſtance moins compacte que les quatre premieres, dont les poils forment une maſſe épaiſſe, dure, presque ſemblable à la Rhubarbe, & qui ſe fend aiſément à l'aide d'un couteau. M. Mercatus dans ſa *Metalloth.* pag. 173, nous donne la description de trois Animaux, dans le ventricule desquels s'engendrent ces ſortes de Boules. Le premier eſt une espece de Cerf qui reſſemble au Chameau, & qui eſt connu

SCD LYON 1

vocatur; tertium *Targus* audit. An verò horum omnium Pilæ ſaporis ſint amari, haud commemorat Author. Rumphius in *Muſ. Amboin.* Tab. LVII binos ejusmodi Lapides æri inciſos exhibet, quorum alter, nigrofuſca obductus cruſta, variis in locis deſquamatus, ſubtus hærentem oſtendit piloſam materiem, arctè tamen compactam; alterum ſpecimen cruſta caret, minusque denſatis conſtans pilis, *Pilam marinam* quaſi æmulatur; quamvis diverſæ tamen ſit naturæ. *Pilæ* enim *marinæ* nequaquam è pilis conſtant, ſed ex tenerrimis Arundinum, Muſci, Algæque, marinorum detrimentis in ejusmodi globos formantur ſubplanos, majores, minores, qui diu per mare jactati mirum in modum denſantur, accedente interim marino quodam glutine unionem firmante, molemque augente. Nec rarò hæ Pilæ in littora ejiciuntur, ſæpe tamen repentino aquarum refluxu denuò in altum abreptæ. Magna earum copia in Helvetia, Italia, tractu Tirolenſi, & alibi colligitur: uſtas ibi in pollinem terunt, quem ingerunt, aut & Emplaſtris extus adplicandis immiſcent, quibus deforme ſtrumis eſt collum.

Ad veram convertimur *Lapidis Porcini, Ceilonici, ſylveſtris*, ſpeciem, ſeu *Pedra del Porco de Larentuque* à Rumphio vocatam, ſub Num. 9. 10. 11. propoſitam. Læves hi ſunt Lapides, duri, optimæ notæ, omnisque in iis pilus veluti ſubactus & attritus eſt. Quem Numerus 9. ſiſtit, dimidiam partem lævis eſt, coloris ex ruffo cinerei: Num. 10. ex ſaturatè ſpadiceo variegatus eſt: Num. 11. cinereo-griſeus. Sapor omnibus amaricans, viresque ſunt præſtantiſſimæ, quas ſupra jam recenſuimus ex Rumphio transſcriptas. Num. 12. *Tophus* eſt *Juvencæ*, intus quoque piloſus, vix amareſcens, cruſtâ obductus rugoſâ, obſcurè ſpadiceâ. Alii etiam ex Arnocka & Eyſekebo adferuntur globi piloſi, ſive Tophi, qui in Ventriculis Onagrorum reperiuntur, ſaturatè cinerei, pilæ inſtar luſoriæ denſè compacti, è materie admodum molli, ſubtilioris Muſci æmula, nati, ovum Anſerinum mole æquantes, aliquando minores, nequaquam amari, ſed tenaces, & ferè uti Aluta, difficulter ſciſſiles. Eorum quidem nonnullus in Indiis Occidentalibus uſus eſt Medicus; licet & ſapore & odore penitus omni careant. Quatuor tamen eorum ſpecimina noſtro in Muſeo adſervamus.

## Lit. A. *Lapis Bezoardicus è Cervo.*

Naſcitur hæc Lapidum ſpecies in Ventriculis Cervorum, qui in Combello aliisque Indiæ Orientalis locis capiuntur, ſylvas & deſerta incolentes. Idem quandoque Animal quinque, ſex, & plures ejusmodi Lapides ſuo in Stomacho gerit, duros, craſſâ inveſtitos cruſtâ, ſaxeos, ovi Columbini magnitudine, ex cinereo albicantes, extus læves. Quodſi lamella exterior inde deglubitur alicubi, alia ſubtus comparet itidem alba lævisque, & ſic porro ad intimam usque. Bezoar hicce perquam eſt illis ſimilis, qui ex *Argoin*, vel inſulis ab ora Guineenſi remotioribus, quà torrens *Sierra Lionia* in mare delabitur, adferuntur. Uſus ejus idem eſt, ac Lapidis Bezoar Occidentalis vulgaris.

## Lit. B. *Lapis Caimanus, ſive Crocodilinus.*

Hic & alii plures Crocodilorum Lapides, unà cum variis aliorum Animantium Calculis, ex Amboinâ Indiæ Orientalis, & Zeylon, nobis transmiſſi ſunt. Quem hac in figura exhibemus, obſcurè cinereus ex

connu ſous le nom de *Vicogna*; le ſecond eſt le *Guanaccos* ſauvage; & le troiſieme porte le nom de *Targus*. Du reſte cet Auteur ne nous dit rien de l'amertume de ces Boules. On trouve dans Rumphius, *Muſ. Amboin. Tab.* LVIII, la figure de deux de ces Pierres, dont l'une eſt couverte d'une croute d'un brun tirant ſur le noir, mais que l'on a ôtée en divers endroits; & ſous cette croute on voit une ſubſtance adherante qui eſt toute de poil & fort compacte. La ſeconde de ces pierres n'a point de croute, & les poils dont elle eſt compoſée, ſont moins ſerrés que ceux de la précédente: on la prendroit presque pour la *Boule marine*, quoiqu'elle ſoit d'une nature toute differente. En effet ces *Bales de Mer* ne ſont pas faites de poils, mais de pluſieurs petits brins de Roſeau, de Mouſſe & d'Algue de Mer, fort pliables & fort ſouples. Elles ſont un peu plattes, de groſſeur differente; & après avoir été jettées çà & là dans la Mer, elles deviennent extrêmement dures, ſur-tout à l'aide d'une espece de glu qui les rend encore plus compactes, & augmente leur groſſeur. Il n'eſt pas rare de trouver ces Boules ſur le rivage où la Mer les a jettées, mais il arrive auſſi ſouvent que le reflux des eaux les emporte & les rejette de nouveau en pleine Mer. On en trouve beaucoup en Suiſſe, en Italie, dans le Tirol & ailleurs; & dans tous ces endroits on les fait rôtir pour les réduire en poudre, que l'on prend interieurement, & que l'on mêle auſſi avec les Emplâtres dont on ſe ſert contre les Ecrouelles.

Examinons à préſent la véritable *Pierre de Porc ſauvage de Ceilan*, à laquelle Rumphius donne le nom de *Pedra del Porco de Larentaque*, & qui eſt repreſentée aux N°. 9, 10 & 11. Toutes ces Pierres ſont polies, dures, de la meilleure ſorte, & tous les poils dont elles ſont formées paroiſſent bien battus & foulés. La moitié de celle que l'on voit au N°. 9, eſt polie, & d'un roux-cendré. Celle du N°. 10 eſt bigarrée de bai foncé, & celle du N°. 11 eſt d'un gris cendré. Elles ſont toutes ameres & ont beaucoup de vertu, comme nous l'avons remarqué ci-deſſus après Rumphius. Celle du N°. 12 eſt une Boule tirée d'une jeune Vache: elle eſt auſſi pleine de poils en dedans, peu amere, couverte d'une croute ridée & d'un bai obſcur. Il nous vient encore d'Arnocka & d'Eyſekebo d'autres Boules faites de poils, que l'on trouve dans le ventricule des Anes ſauvages. Ces dernieres ſont d'un cendré foncé, auſſi dures & auſſi compactes qu'un Eteuf: elles doivent leur origine à une matiere fort mollaſſe, & qui reſſemble à de la mouſſe fort fine. Leur groſſeur eſt comme celle d'un œuf d'Oye, mais il y en a quelquefois de plus petites. On ne leur trouve point d'amertume, & elles ne ſont guere moins coriaces que du cuir, en ſorte qu'on a de la peine à les couper. Elles ne laiſſent pas d'être de quelque uſage en Medecine dans les Indes Occidentales, quoiqu'elles n'ayent ni goût ni odeur. Nous en gardons quatre dans notre Cabinet.

### Lett. A. *Pierre de Bézoard de Cerf.*

Cette espece de Pierre ſe forme dans le ventricule de certains Cerfs qui ſe tiennent dans les Bois & dans les lieux deſerts, tant de Combel que dans divers autres endroits des Indes Orientales, où on les prend. On trouve quelquefois dans le ventricule d'un ſeul de ces Animaux cinq ou ſix de ces Pierres, & même un plus grand nombre. Elles ſont dures, revêtues d'une croute épaiſſe, de la nature des cailloux, & de la groſſeur d'un œuf de Pigeon. En dehors elles paroiſſent polies, & d'un blanc cendré. Lorsqu'on en ôte la premiere couche, en quelque endroit que ce ſoit, on en voit une autre au-deſſous qui eſt auſſi blanche & unie, ce que l'on rencontre toujours de même jusqu'à celle qui forme le cœur de la Pierre. Ce Bézoard reſſemble fort à ceux qui nous viennent d'Argoin ou des Iles les plus éloignées des Côtes de Guinée, aux endroits où le torrent de Sierra Liona ſe décharge dans la Mer. Son uſage eſt le même que celui du Bézoard Occidental commun.

### Lett. B. *Pierre de Caiman, ou de Crocodile.*

Nous avons reçu d'Amboine qui eſt dans les Indes Orientales, & de Zeylon, cette Pierre de Crocodile & un grand nombre de cette espece, avec diverſes autres de differens Animaux. Celle que nous repréſentons ici eſt marbrée, & d'un cendré obſcur tirant



SCD LYON 1

ex albo, marmoris in modum, variegatur, plurimis quidem conſitus granulis, duris, prominulis, Lapidi ipſi concoloribus, exiguorum Piperis granorum ſimilibus, magnitudine ovum Anatinum æquans, at paulo longior. Nec alio, quam in aliis Animantibus, videntur modo concreſcere hi Lapides, id eſt, caſu fortuito: ſunt enim valdè fragiles, Calcis ferè æmuli, cruſtasque gerunt ex lamellis ſibi mutuo adpoſitis eadem ratione conflatas, ac in prioribus Cervorum Calculis indicavi; quos tamen craſſitie ſuperant & friabilitate, dum franguntur, facillima. Dicuntur probatiſſimis pollere viribus ad compeſcendas Febres quartanas, aliasque quasvis intermittentes, à XX ad XXX granâ exhibiti. Vid. *A. Boëtius de Boot de Lapid. & Gemm. pag.* 353, *Cap. CLXXVIII*; tum *Joh. Buſtamantinus de Animantibus Lib. VI, Cap. VI*, ubi prolixa Crocodili ejusque partium hiſtoria traditur.

Lit. C. Altera ſpecies Lapidis Crocodilini, qui forma quidem & magnitudine priori quam proximè adfinis, at dilutioris eſt ex cinereo flaveſcentis coloris, pulchriusque variegatus. Cæterum & granulis exaſperatur inæqualibus, magnis, parvis, & ejusdem forte, ac præcedens, particeps eſt virtutis Medicatæ. Plura horum Lapidum adſervo ſpecimina majora & minora. Sunt, qui, veram hujusce concrementi naturam ignorantes, ſtatuerunt, Crocodili Cor tandem per moram temporis ſicceſcens lapideam acquirere duritiem; quod quidem perperam ita ſcribit *Samuel Bochartus* in *Hierozoico pag.* 783; tum *M. B. Valentinus* in *Muſeo Muſeorum*, *pag.* 472. &c.

## Lit. D. *Lapis Guanos, ſive Iguanæ.*

Ovi columbini eſt magnitudine, colore cinereo-flavo, pigmento ſaturatiore ſpadiceo obumbrato. Indis Beguani Lapides vocantur, & pluris etiam, quam Lapides Bezoar, æſtimantur, tanquam proficui in omni Febrium genere.

## Lit. E. *Lapis Lacertæ marinæ,* Saurus *dictæ.*

Hæc Lacertarum ſpecies, alias *Sauvegarde* adpellata, vel cuſtos oræ marinæ, ſuum quærit pabulum in tellure & aquis, per parvos fluvios æque ac ad littora maris, minutis ſeſe Piſciculis ſuſtentans. Amant Indi hoc Animal, ejusque carnem haud minus, ac Iguanarum, in deliciis habent, coctam cum Oryzâ, aut ad veru aſſatam, inſtar Gallinarum. Et ſane Europæi, diu in alterutra Indiâ commorati, carnem hanc admodum ſapidam, & haud difficulter digeſtilem eſſe adteſtantur. Inter ſpecimina, quæ formâ ſiccâ adſervo, Lacerta ejusmodi datur, cujus quàm elegantiſſimè picta eſt ſuperficies, dum cauda bicubitalem multum ſuperat longitudinem. Verum in Tomo primo hujus Operis de eâ jam egimus. Calculi horumce Animalium Crocodilinis equidem quoad formam externam ſatis ſimiles ſunt, itidem tuberoſi, granulis aſperi, dilutè cinerei, ex nigro maculati, ovo Columbino non majores. Idem eorum in Medicinâ uſus eſt, ac priorum Iguanæ Lapidum.

## Lit. F. *Lapis Bezoar Lacertæ Ceilonicæ.*

Ex inſulâ Zeylon hunc accepimus Calculum, quem in Ventriculo grandioris illius Lacertæ, Caudiverberæ dictæ, generatum perhibent. Colore is priori ferè accedit, at lævem habet, nec granulatam ſuperficiem, tantillum variegatam, utrique ejus extremo veluti ſquamulæ adcreverê. Unde ſuſpicamur eum cum pluribus aliis forte cohæſiſſe.

Lit. G.

tirant ſur le blanc. Elle eſt de la groſſeur d'un œuf de Canard, mais un peu plus longue. On voit ſur ſa ſuperficie un grand nombre de petites éminences dures, de la même couleur que la pierre & de la groſſeur des plus petits grains de Poivre. Il eſt à croire que ces Pierres de Crocodile ſe forment par une espece de hazard, comme celles des autres animaux. Elles ſe rompent fort aiſément, & reſſemblent aſſez à de la chaux. Elles ſont faites de diverſes croutes ſituées par couches les unes ſur les autres, & de la même maniere que nous l'avons remarqué en parlant de celles des Cerfs: toute la difference qu'il y a entre les unes & les autres conſiſte en ce que celles des Crocodiles ſont plus groſſes que les autres, & qu'elles ſe briſent & s'émient plus aiſément. On prétend qu'elles ont la vertu d'arrêter la fievre quarte & toute ſorte de fievres intermittentes. La doſe eſt depuis XX grains jusqu'à XXX. Voyez A. Boetius de Boot, *de Lapide & Gemm.* pag. 353, Cap. CLXXVIII, & Jean Buſtamantin, *de Animantibus*, Lib. VI, Cap. VI, où l'on trouve une description fort étendue du Crocodile, & de toutes ſes parties.

On voit à la Lett. C. une autre espece de Pierre de Crocodile, qui reſſemble fort à la précédente par ſa forme & ſa groſſeur, mais elle eſt plus belle par la varieté de ſes couleurs, & paroît d'un jaune clair tirant ſur le cendré. Elle eſt auſſi hériſſée de petits grains qui different en groſſeur, & peut-être même qu'elle n'a pas moins de vertu que la précedente. Je conſerve pluſieurs de ces Pierres, des groſſes & des petites. Ceux qui ignorent la maniere dont ces corps étrangers ſe forment, prétendent que le cœur du Crocodile ſe durcit avec le tems, & qu'enfin il ſe pétrifie. C'eſt le ſentiment de Samuel Bochart dans ſon Livre intitulé *Hierozoicon* pag. 783, & de M. B. Valentin dans ſon *Muſeum Muſeorum*, pag. 472, &c.

### Lett. D. *Pierre de Guanos ou d'Iguana.*

Cette Pierre eſt de la groſſeur d'un Oeuf de Pigeon, d'un jaune cendré, & marquetée de taches d'un bai foncé. Elle eſt connue des Indiens ſous le nom de *Beguan*, & on en fait plus de cas que du Bézoard même, parce qu'on prétend qu'elle eſt bonne contre toute ſorte de fievres.

### Lett. E. *Pierre d'un Lézard de Mer nommé* Saurus.

Cette espece de Lézard, que l'on nomme encore *Sauvegarde* ou Gardien du rivage de la Mer, cherche ſa nourriture ſur la terre & dans l'eau, dans les petites rivieres & ſur les bords de la Mer, où il ſe nourrit de petits poiſſons. Les Indiens ne ſont pas moins de cas de la chair de cet Animal que de celle de l'Iguana: ils l'aiment ſur-tout beaucoup lorsqu'elle eſt cuite avec de l'orge, ou rotie à la broche comme on fait les poules. Les Européens même qui ont ſéjourné longtems dans les Indes, trouvent que cette chair eſt fort agréable au goût & facile à digerer. Parmi les Lézards que j'ai fait ſecher & que je conſerve, il s'en trouve un dont les couleurs ſont magnifiques, & ſa queue a beaucoup plus de deux coudées de longueur. Mais nous en avons déja parlé dans le premier Tome de cet Ouvrage. Les Pierres de ces Animaux reſſemblent aſſez à celles des Crocodiles, quant à la forme exterieure: elles ſont hériſſées de petits grains, de couleur cendrée-claire, marquetées de noir, & de la groſſeur d'un œuf de Pigeon. Leur uſage en Medecine eſt le même que celui des Pierres d'Iguana.

### Lett. F. *Pierre de Bézoard d'un Lézard de Ceilon.*

On prétend que cette Pierre, qui nous a été apportée de l'Ile de Ceilon, s'engendre dans le ventricule d'une espece de grand Lézard, que l'on nomme Fouette-queuë. Sa couleur n'eſt pas fort differente de celle du premier; mais ſa peau n'eſt point hériſſée de grains, au contraire elle eſt liſſe & un peu bigarrée. On remarque comme de petites écailles qui tiennent à ſes deux extremités, ce qui nous fait ſoupçonner qu'il a peut-être été attaché à pluſieurs autres.

SCD LYON 1

Lett. G.

## Lit. G. *Lapis Armodilli Americani.*

Racemum veluti uvarum immaturarum, inter ſe concretarum, refert Lapis hic, è pluribus conflatus calculis, magnitudinis inaequalis, dilutè cinereis, admodum duris, intus ſplendentibus, inſtar *Lapidis Judaici*, aut Bezoar Occidentalis. Accepimus hoc concrementum nomine genuini Lapidis, qui è ventriculo Armodilli, in orâ, quæ vocatur *Baye de Campeche*, depromptus eſt. Animal iſthoc, *Tatou* quoque adpellatum, in Tomo priore hujus Operis, per aliquot ejus ſpecies, deſcriptum & iconibus expreſſum eſt. Hujus, è quo Lapis hic extractus eſt, pellem integram cum capite, cauda, & pedibus, ſiccatam poſſideo, quæ tantæ eſt amplitudinis, ut abacum, vulgo Theæ potui deſtinatum, tegere queat. Vivum Animal ultra 50 libras pependit, lardum præbens cibumque oppido ſapidum, delicatiſſimâ pro ferinâ habitum. Dorſum ejus ſcuto veluti Teſtudineo tegitur, quod ſub ventre coit, at ſupra dorſum ad decuſſim fiſſum eſt, ut adeo pars antica corporis in omnem partem dimoveri queat. Caput gerit minutum, roſtro Suillo, ad terram fodiendam comparato, donatum. Dum progreditur Animal, roſtrum hoc ſuum protendit. Alias autem meticuloſum, capite pedibusque reductis, uti Teſtudines, in globum ſeſe convolvit, immotumque jacet. Antici pedes duos ſinguli ungues monſtrant, majorem & minorem, quorum ope terram eruit Tatou, &, Cuniculorum inſtar, antra format ſubterranea. Et hæc tamen Animantium ſpecies Lapicidinam in ſe fovet æquè ac Humanum genus. Neque dubitavero, quin hic ipſe calculus quibusdam Hominum morbis iterum remedio ſit. At cui datum eſt, experiri omnia? Crediderim ſaltem, calculos Brutorum ſimili è materie acri, tenaci, glutinoſa, pro vario tamen ſingulorum ingenio variâ, naſci, ac Calculos Humanos.

## Lit. H. *Lapis Teſtudinis marinæ, Gallis* Pierre de la Tortuë de Mer *dictus.*

Hujus generis Lapidum varia ſpecimina ex utrisque Indiis mihi transmiſſa poſſideo. Rariſſimi ſunt, & hinc vel Lapide Bezoar Orientali, optimo, pretioſiores. Indi potens ſibi remedium inde promittunt ad expellendas leniter Variolas, & maligniora harum ſymptomata compeſcenda. Doſis grana X ad XX. Regni Tunchini incolæ hinc à Variolis nomen dedere huic Lapidi; forte &, quia tuberculis, puſtulas varioloſas, perfectè ſuppuratas, referentibus veluti conſitus eſt, coloris cæterum ex dilute flavo cinerei.

Lit. I. Parvi Lapidis Teſtudinei hæc eſt pars dimidia, ex inſula D. Thomæ mihi adlata. Referunt & ibi locorum magni æſtimari hunc calculum, tanquam utiliſſimum in febribus ardentibus, malignis. Compoſitus eſt ex lamellis ſibi mutuo adplicatis, uti Lapides Bezoar Occidentales. Hujusce dimidiati meditullium quaſi cavernoſum eſt.

Lit. K. Hæc quarta pars eſt alterius Lapidis Teſtudinei, ſemper ex flavo cinerei, & admodum friabilis. Vid. *J. C. Sommerhoff Lexicon, pag.* 198.

## Lit. L. *Lapis Monocerotis, vel unicornis marini.*

Ex ſtomacho Piſcis *Narwal* dicti, ſeu Unicornis, hunc calculum deprompſerunt Nautæ, qui Cetorum piſcatui, in Freto Davidis vocato, operam dantes, pluribus ſimul Monocerotibus potiti, hos inter omnes tamen

### Lett. G. *Pierre d'un Armodille d'Amerique.*

On prendroit cette Pierre pour une Grappe de raiſin, dont les grains ne ſont pas mûrs, & qui tiennent les uns aux autres. Elle eſt compoſée de pluſieurs autres pierres, de grandeur differente, d'un cendré-clair, fort dures, & brillantes en dedans, comme la Pierre de Judée ou comme le Bézoard Occidental. Cette espece de Concretion nous a été donnée ſous le nom d'une Pierre naturelle, tirée du ventricule d'un Armodille qui ſe trouve dans la Baye de Campêche. Cet Animal porte encore le nom de *Tatou*, & nous en avons déja donné la description & de quelques autres de cette espece, avec les figures, dans le premier Tome de cet Ouvrage. La peau de celui dans lequel cette Pierre a été trouvée, eſt ſi ample qu'elle peut couvrir une de ces Tables ſur lesquelles on ſert ordinairement le Thé. Je conſerve cette peau deſſechée en ſon entier, avec la tête, la queue & les pieds. Lorsque cet Animal étoit en vie, il peſoit au delà de 50 livres. Son lard eſt fort agréable au goût, & paſſe pour un mets très délicat. Son dos eſt couvert d'une écaille qui reſſemble à celle de la Tortue, & qui ſe joint ſous le ventre; mais elle eſt fendue ſur le dos en maniere de Sautoir, en ſorte que la partie anterieure du corps peut ſe mouvoir & ſe tourner de tous côtés. Il a une petite tête & un muſeau, qui reſſemble au groin d'un cochon, & dont il ſe ſert pour fouïr la terre. Lorsqu'il marche il jette ſon muſeau en avant; mais comme il eſt fort peureux, il ſe ramaſſe ſouvent en peloton après avoir retiré ſa tête & ſes pieds, à la maniere des Tortues, & ſe tient immobile. Ses pieds de devant ſont armés chacun de deux ongles, un gros & un petit, dont il ſe ſert pour creuſer la terre & ſe former enſuite une taniere, comme font les Lapins. Telle eſt la nature de l'animal, dans le corps duquel on trouve les Pierres dont nous venons de parler, & où elles ſe forment de même que dans le corps humain. Je ne doute point que de pareilles Pierres ne ſoient auſſi très-bonnes dans certaines maladies. Mais où eſt l'homme qui puiſſe faire l'experience de toute ſorte de remedes? Je croi du moins que les Pierres des Animaux, de même que celles des Hommes, doivent toutes également leur origine à une matiere âcre, tenace, visqueuſe, & qui ne differe que par rapport au different temperament de chaque Individu.



### Lett. H. *Pierre de la Tortue de Mer.*

J'ai pluſieurs de ces Pierres qui m'ont été envoyées des Indes Orientales & Occidentales. Elles ſont fort rares, ce qui eſt cauſe qu'on en fait beaucoup plus de cas que du meilleur Bézoard d'Orient. Les Indiens les regardent comme un puiſſant remede pour faire ſortir doucement la petite Vérole, & capable de calmer les plus fâcheux ſymptomes de cette maladie. La doſe eſt depuis X grains jusqu'à XX. Les habitans du Royaume de Tunkin ont donné à ces Pierres un nom qui tire ſon origine de la petite Verole, peut-être parce qu'elles ſont hériſſées de petites éminences qui reſſemblent aux puſtules de cette maladie, telles qu'elles ſont dans le tems de la ſuppuration. Du reſte elles ſont de couleur cendrée, tirant ſur le jaune-clair.

Lett. I. Je repréſente ici la moitié d'une de ces Pierres de Tortue, que j'ai reçue de l'Ile de S. Thomas. On dit que les Habitans de cette Ile font grand cas de cette pierre, & qu'ils s'en ſervent comme d'un excellent remede, dans les fievres chaudes & malignes. Elle eſt compoſée, de même que le Bézoard d'Occident, de pluſieurs lames couchées les unes ſur les autres. Le milieu de cette demie pierre eſt comme rempli de petits trous.

Lett. K. On ne voit ici que la quatrieme partie d'une de ces Pierres de Tortue, qui s'émie aiſément & dont la couleur eſt d'un jaune cendré. Voyez J. C. Sommerhoff, dans ſon *Lexicon* pag. 198.

### Lett. L. *Pierre de Monoceros, ou de Licorne de Mer.*

Cette Pierre a été tirée du ventricule d'un Poiſſon, nommé *Narwal* ou *Licorne*, par des Mariniers qui étant à la pêche de la Baleine au Détroit de Davis, y prirent en même tems pluſieurs Licornes, parmi lesquelles il s'en trouva une qui avoit une de ces pierres



SCD LYON 1

tamen unius ſaltem in Ventriculo ejusmodi Lapidem repererunt, poſtquam axungiam inde reſciderant. Id bona mihi fide aſſertum eſt à ſex ſociis navalibus, qui ipſius Monocerotis caput, in quo defixum adhuc cornu hærebat, mihi venum offerebant, una cum variis præterea unicornubus, majoribus, minoribus, è baſi ſuâ erutis; quorum de pretio etiam invicem convenimus. Ab illo tempore ſæpius alios, ad hoc fretum qui iter adornabant, ſolicitavi, vellent plures ejusmodi Lapidum mihi comparare: at fruſtra fui hactenus. Adeo enim indomitas dicunt eſſe has Beſtias, ut mox ac commotionem quandam aut ſonitum in aquis percipiunt, verſus fundum maris ruant velociſſime. Quin corium ipſarum telo difficulter eſt penetrabile. Interim capiuntur tamen quandoque. Vix dubitandum eſt, quin Lapis hic æquè, ac alii Bezoar, eximiâ polleat virtute & demulcendi, & morboſas ſanguinis exæſtuationes compeſcendi in malignis & contagioſis adfectionibus. Ejus color eſt cinereo griſeus, & ſuperficies plurimis aſpera verrucis magnis, parvis, inſtar Lapidis Crocodilini, ſed durioribus, & grandioribus ferè ex granulis conflatis. Cæterum & fabrica ejus, uti aliorum Bezoar, lamellata eſt. Unicornu foſſile, quod plerumque *Cornu Monocerotis* veri, aut *Lapis Ceratites*, vocatur, magno in pretio habetur. Id ſub terrâ lapideam acquirit duritiem; at calori ſolis expoſitum denuo veluti reſolvitur, & vi petrificante ſic eductâ ſpongioſum evadit, inque ſquamulas finditur, facili negotio friabile. In Germania multum eruitur, plurimisque dives virtutibus laudatur, prout videre eſt apud *A. B. de Boot in Hiſt. Gemmarum & Lapidum Lib. II*, *pag.* 427 *&* 428, tum & apud alios complures. Quodſi igitur aridiſſimo huic, per aquæ primò, dein & aëris terræque, injurias emunctiſſimo, oſſi tanta ineſt efficacia, quantam in eo multi plenis deprædicant buccis; quidni concludamus, Calculum hunc noſtrum, è Ventriculo depromptum, cujus de Eſſentia nihil periit, haud minoris, imò vel majoris etiam uſus fore ad curandas graviores ægritudines, in quibus *Bezoardica* conveniunt. Olim tuber oſſeum capitis *Unicornii marini* tantâ vi pollebat, ut Medici, quarumcunque etiam regionum, omnibus ferè in febribus morbisque, *Unicornu verum*, tanquam Panaceam, ſuis inſererent formulis. Sanè per totum Germanorum imperium adeò divulgatum id fuit, ut pulviſculum ejus (*das Einhorn Pülverlein* vocatum) ſibi quisque è Pharmacopoliis compararet, optati eventus ſpe minime fruſtratus. Neque pretium abſterrebat emtores, licet Pulveris hujus doſis aliquot conſtaret ſolidis argenteis. Quin ſufficiebat, modo Pharmacopœus fruſtulum Unicornu, digitum ſaltem longum, Medicis rei Pharmaceuticæ curam gerentibus poſſet oſtendere in documentum, officinam ſuam vero Unicornu pollere: dum interim id intactum manebat in muſeo, nec unquam diminuebatur, eique *Raſura Eboris* ſubſtituebatur. Quadraginta verò aut quinquaginta abhinc annis, ex quo tot Unicornua è Freto Davidis & aliunde adlata & divulgata ſunt, in contemtum illa devenerê, ſimulque cum æſtimatione vires perdiderunt. Tam prona eſt rerum, quas docta finxit imaginatio, ruina! Profecto vel peritus etiam Practicus ab inexpertis Medicis junioribus rideretur hodie, ſi medicamentum iſtud aliquando præſcriberet: ſcilicet haud didicerunt uſum ejus in ſcholis. Nec ideò tamen contemnendum eſt, imò plus in receſſu videtur habere, quam quis opinaretur. Tuto ſanè uſurpari poteſt, eximiumque præbet remedium ad Nervos confortandos, ſpasmosque & motus convulſivos tam infantum, quam adultorum, reprimendos.

## Lit. M. *Lapis felleus Tigridis maximæ, Africanæ.*

Miſit hunc nobis è Promontorio Bonæ Spei Vir Phyſicarum ſcientiarum amantiſſimus, *D. J. C. Righter*,

pierres dans le ventricule, d'où elle fut tirée après qu'on en eut enlevé toute la graiſſe. C'eſt du moins ce que j'ai appris de ſix Matelots qui me préſenterent la tête de ce poiſſon, à laquelle la corne étoit encore adhérente: ils me préſenterent en même tems pluſieurs autres cornes de cette eſpece, grandes & petites, mais toutes ſéparées de la tête par leur baſe, & que je leur achetai. Depuis ce tems-là j'ai prié pluſieurs de ceux qui devoient aller au même Détroit, de me faire avoir de ces ſortes de pierres, mais jusqu'à préſent je n'ai pu en recevoir aucune. On dit que ces Monſtres ſont ſi farouches, que dès qu'ils s'apperçoivent du moindre mouvement dans l'eau, ou qu'ils entendent le moindre bruit, ils ſe précipitent d'abord au fond de la Mer. Ils ont d'ailleurs la peau ſi dure, qu'il eſt difficile de la percer à coups de harpon. On ne laiſſe pas néanmoins d'en prendre quelquefois. Il n'y a presque aucun lieu de douter que ces pierres, de même que tous les autres Bézoards, n'ayent beaucoup de vertu, ſoit pour adoucir la maſſe du ſang, ſoit pour en temperer la trop grande ardeur, dans toutes les maladies contagieuſes. Leur couleur eſt d'un gris-cendré. Leur ſuperficie eſt toute hériſſée de groſſes & de petites Verrues, ſemblables à celles du Crocodile; mais elles ſont plus dures, & compoſées de plus gros grains. Du reſte elles ſont faites de pluſieurs couches, de même que tous les autres Bézoards. On fait grand cas de la Corne foſſile qui eſt communément connue ſous le nom de Corne de vrai Monoceros, ou de Pierre Ceratite. Cette Corne qui ſe pétrifie ſous la terre, ſe diſſout pour ainſi dire lorsqu'on l'expoſe à la chaleur du ſoleil, & après avoir perdu toute ſa dureté elle devient ſpongieuſe. En effet, elle ſe partage en pluſieurs petites lames, en ſorte qu'il eſt très facile de la réduire en poudre. On en trouve quantité en Allemagne, & on lui attribue beaucoup de vertu, comme il paroît par ce qu'en dit A. B. de Boot, *Hiſt. Gemmarum & Lapidum*, *Lib.* 2. *pag.* 427, 428, & pluſieurs autres Auteurs. Or ſi un os auſſi ſec, qui a été d'abord expoſé à toutes les injures de l'eau, & enſuite à celles de l'air & de la terre, a toutes les vertus que bien des gens lui donnent, ne ſommes nous pas en droit de conclurre, que les pierres dont il eſt ici queſtion, ont pour le moins autant d'efficace dans toutes les violentes maladies, où il eſt beſoin de ſe ſervir du Bézoard, d'autant plus que ces pierres n'ont rien perdu de leur force après avoir été tirées du ventricule, dans lequel elles ont été formées? Autrefois la Corne de Licorne étoit regardée comme un remede ſi efficace, que les Medecins de nos païs s'en ſervoient comme d'une Panacée dans la plupart des fievres & autres maladies. Elle étoit même ſi fort en vogue dans toute l'Allemagne, qu'il n'y avoit aucun Apoticaire qui n'en fît proviſion, & qui n'en eût toujours un grand débit. On la réduiſoit en poudre, que l'on nommoit, *das Einhorn-Pülverlein*. Le prix de cette poudre n'étoit pas capable de rebuter les acheteurs, quoi qu'on leur fît toujours payer quelques écus pour une ſeule doſe. Il n'y avoit même aucun Apoticaire qui ne fût obligé d'en avoir dans ſa boutique; & lorsque les Medecins prépoſés à l'examen des Drogues, ſe rendoient chez eux pour cet effet, il ſuffiſoit de leur montrer un petit morceau de cette Corne, ne fût-il que de la longueur du doigt. Cependant on ne touchoit jamais à ce morceau, il reſtoit toujours en ſon entier dans la boutique, & on ſubſtituoit à ſa place de la raclure d'Yvoire. Mais depuis environ quarante ou cinquante ans que l'on a apporté du Détroit de Davis & d'ailleurs, un ſi grand nombre de ces Cornes, qui ſe trouvent à préſent répandues par-tout, on n'en fait plus aucun cas, & elles ont perdu toute leur vertu en même tems que leur valeur. Tel eſt le ſort ordinaire de tout ce qui n'eſt fondé que ſur l'imagination. Si un habile Praticien s'aviſoit aujourd'hui de prescrire un pareil médicament, il ne manqueroit pas de ſe faire moquer de tous les jeunes Medecins, ſans expérience, qui n'ont pas appris dans les Ecoles l'uſage qu'on en doit faire. Il ne faut pas néanmoins le mépriſer, ayant beaucoup plus de vertu qu'on ne s'imagine. En effet on peut toujours l'employer en toute ſûreté, c'eſt un puiſſant remede pour fortifier les nerfs, & pour arrêter les ſpasmes & les mouvemens convulſifs auxquels les Enfans & les Adultes ſont ſujets.

## Lett. M. *Pierre de Fiel, d'un très-grand Tigre d'Afrique.*

J'ai reçu cette Pierre du Cap de Bonne-Esperance, de Monſieur D. J. C. Righter grand amateur de l'Hiſtoire Naturelle,

SCD LYON 1

*Righter*, qui uti multos per annos commercium literarium mecum habuit, ita haud pauca mihi largitus eſt rariora rerum naturalium ſpecimina, hoc in Opere paſſim obvia. Is idem Vir mihi adſeveravit, calculum hunc in Felle cujusdam ex maximis Tigribus concreviſſe; interim haud commemoravit, utrum ex Leopardo aut Panthera, quæ ferè Tigridum maxima eſt ſpecies, depromtus ſit: ſiquidem ad unum genus referantur hæc Animantia; quamvis nonnullum inter ea, quale ferè Lepores inter & Cuniculos, detur diſcrimen. Colore certè & maculis à ſe mutuo diſcrepant. At quid hæc ad Lapidem noſtrum? Eſt hic ſaturatè ſpadiceus, plurimis inæqualis tuberculis, veluti verrucis majoribus, quæ alias rurſum minuſculas ex ſe promunt, duritie præditus verè lapidea, ſapore amaro. Fertur Maniacis atque inſanientibus præſtantiſſimi virtute *Temperantis* mirè conducere, datus aliquoties ad XXX vel XL grana: id quod absque periculo fieri ſanè poteſt. Quum verò calculus hic è Felle naſcatur Beſtiarum ferociſſimarum, nonne jure ſuſpicamur, ſingularem ei vim ineſſe ad indomitos Hominum furores compeſcendos? Non nego, uſu hactenus comprobatum haud eſſe iſtud medicamentum, hinc ab Europæis parvi æſtimari; ſiquidem ab experientia id non commendetur, aliisque prius aliarum mundi partium incolis explorandum debeat relinqui. At Lapidi Hyſtricino Malaccenſi nonne eximias ineſſe vires uſu quotidiano hodie deprehendimus? Atqui & hujus primò periculum erat faciendum. Hac profectò ratione plurima hactenus manſerê incognita, & inuſitata, ſemperque manebunt; & ſimplicia, multis in morbis plus, quam compoſitionum farragines, præſtitura, ipſam ob ſimplicitatem ſuam contemnuntur. Simplicitati nimirum minimus ubique honos eſt.

## Lit. N. *Lapis felleus Elephantis Ceilonici.*

Calculus hic, è Felle Elephantis, in inſula Zeylon, protractus, inuſitatæ eſt formæ, coloris undique ſaturate ſpadicei, éque plurimis quaſi parvis lapillis videtur conſtare, unam in *maſſam* compreſſis, arcteque coalitis. Admiratione certè digniſſimum eſt, quam conſtanter Natura ſingulares rei cuilibet dotes impertiverit. Fera Animantia variis itidem obnoxia ſunt ægritudinibus, æquè ac Homines, quorum nonnulli ex Bile calculos generant, immunes interim à concrementis lapideis in Ventriculo. Lapis, quo de nunc loquimur, amaricat, ſaxeæ eſt duritiei, coloris ſaturatè ſpadicei. An verò & medicatus eſt? Ego quidem haud dubitaverim, quin major multò ipſi inſit, quam vulgò creditur, virtus ſpecifica, quam tamen harum rerum curioſis indagandam relinquimus. Elephas inter maxima & robuſtiſſima eminet quadrupedia, & quoddam veluti rationis participium habens facilem cum Homine colit ſocietatem, tam Ebore dentium ſuorum, quam tergo bajulo, plurimos Homini uſus præſtans. Quibusdam in regionibus, præcipuè Aſiaticis, ad belligerandum, hoſtesque reprimendos, adhibetur: gaudet enim longa admodum *proboſcide*, qua apprehendere quæcunque poteſt, & loco manûs utitur. Cæterum diutiſſime vitam protrahit hoc Animal ad 150 & plures quandoque annos. Tabulâ ultimâ Tomi primi iconem dedimus atque deſcriptionem fœtûs Elephantini nondum excluſi.

TABULA

avec qui j'entretiens depuis pluſieurs années commerce de Lettres, & qui m'a fait préſent de pluſieurs pieces rares, dont il eſt parlé en divers endroits de cet Ouvrage. Ce même Naturaliſte m'a aſſuré que cette pierre avoit pris naiſſance dans le fiel d'un des plus grands Tigres qu'il y ait, mais il ne me dit pas ſi elle a été tirée d'un Léopard, ou d'une Panthère, qui eſt une des plus grandes especes de Tigre. On rapporte en effet ces Animaux au même genre, quoiqu'il y ait entre eux à peu près autant de difference qu'il y en a entre les Lievres & les Lapins. On peut les diſtinguer les uns des autres à la couleur, & à leurs taches. Mais quel rapport tout cela a-t-il avec notre pierre? Cette pierre eſt d'un bai foncé, hériſſée d'un grand nombre de tubercules, ſemblables à de groſſes verrues, & ſur lesquels il s'en trouve d'autres beaucoup plus petits. Elle eſt d'un gout amer, & auſſi dure qu'une pierre véritable. On prétend que ſa principale vertu conſiſte à adoucir & à temperer les humeurs, & qu'elle convient particulierement aux Maniaques & aux Fous, auxquels on en fait prendre pendant quelque tems depuis XXX grains jusqu'à XL, ſans que l'on doive craindre que ce remede produiſe jamais aucun mauvais effet. Comme cette pierre ſe forme de la bile des Animaux les plus féroces, n'y a-t-il pas lieu de croire, qu'elle a une vertu toute particuliere pour reprimer certains excès de fureur & d'emportement auxquels les hommes ſont quelquefois ſujets? Je ſai que les Européens ne font pas grand cas de ce remede, parce que ſa vertu n'eſt pas encore reconnue par l'uſage; & je reconnois d'ailleurs que comme on doit s'en rapporter à l'expérience, nous devons attendre que les habitans des autres parties du Monde en faſſent auparavant l'eſſai. Mais quoi qu'il en ſoit à cet égard, ne remarquons-nous pas à préſent, que la Pierre du Porcépi de Malacca produit tous les jours des effets merveilleux? Or il a fallu premierement en venir à l'expérience, avant que de connoitre les vertus de cette pierre. C'eſt en négligeant de faire l'eſſai des remedes, que pluſieurs d'entre eux nous ſont jusqu'à préſent inconnus, & que l'on n'aura jamais lieu ni de les connoitre, ni de s'en ſervir. On ne fait aucun cas d'un grand nombre de remedes, par cette ſeule raiſon qu'ils ſont trop ſimples, quoiqu'ils produiſent ſouvent de meilleurs effets que les mélanges les plus compoſés. Les choſes les plus ſimples ſont toujours les moins eſtimées.

## Lett. N. *Pierre de Fiel d'un Eléphant de Ceilon.*

Cette Pierre, qui a été tirée du fiel d'un Eléphant dans l'Ile de Ceilon, eſt d'une forme extraordinaire. Sa couleur eſt par-tout d'un bai foncé. On diroit qu'elle eſt compoſée de pluſieurs autres petites pierres, ſi étroitement unies les unes aux autres qu'elles paroiſſent ne former qu'un ſeul corps. Cette régularité avec laquelle la Nature a diſtribué à chaque corps certaines qualités qui lui ſont propres, eſt une choſe tout-à-fait digne d'admiration. Tout le monde ſait que les Animaux auſſi bien que les Hommes ſont ſujets à diverſes maladies; mais ce qu'il y a de ſingulier, c'eſt qu'il s'en trouve chez qui la pierre ſe forme de la bile, tandis que le ventricule eſt entierement exemt de cette concrétion. La pierre dont il eſt ici queſtion eſt un peu amere, & auſſi dure qu'un caillou: ſa couleur eſt d'un bai foncé. Mais, dira-t-on, cette pierre a-t-elle quelque vertu? Quant à moi je n'en doute nullement, je crois même que c'eſt un ſpécifique beaucoup plus puiſſant qu'on ne penſe communément: mais j'abandonne cette recherche à ceux qui ſont curieux de pareilles découvertes. L'Eléphant, le plus grand & le plus fort de tous les quadrupedes, eſt doué d'une ſorte de Raiſon qui le porte à lier aſſez facilement ſociété avec l'Homme, auquel il rend de grands ſervices, tant par les peſans fardeaux qu'il porte, que par l'Yvoire qu'on en tire. On s'en ſert dans certains païs, & ſur-tout en Aſie, dans les combats, lorsqu'il eſt beſoin d'arrêter les efforts de l'ennemi. Il a une fort longue Trompe, qui lui ſert de main, & avec laquelle il prend tout ce qu'il veut. Du reſte il vit très long-tems, & parvient même quelquefois jusqu'à l'âge de 150 ans. Nous avons donné dans la derniere Planche du prémier Tome de cet Ouvrage la figure & la deſcription d'un Fœtus d'Eléphant, tiré du ventre de ſa Mere.



SCD LYON 1

# TABULA CENTESIMA DECIMA ET QUARTA.

## Num. 1. *Pila Vitulina, alba; Tophus, ſeu Ovum ex Vitulo noſtrate.*

Pilis conſtat penitus albicantibus, qui lambitu ab ipſo Vitulo deraſi, deglutiti, ſenſim in pilam concreverê, motûs & rotationis continuæ vi ſphæricâ formâ donatam. Lanionibus ovum Vitulinum adpellatur. Chylo, utpote ſucco ſpiſſiore, tenace, atque pingui, pila hæc nutritur veluti & conglutinatur, minimè digeſtilis in ventriculo; ſiquidem tenaciores ſint pili, exque his nata pila major, quam quæ in inteſtina queat devolvi. Unde eundem in Ventriculum perpetuo revolvitur, ibique, tanquam in mola fullonia, aut uti pileones è varii generis pilis ſuos cogunt pileos, preſſu in globum denſatur. Mactati vituli ſuis in Ventriculis ejusmodi non rarò pilas monſtrant, quarum mihi plurimas ſæpius Lanionum famuli pro mercedula adtulerunt recentiſſimè extractas. Colore gaudent eodem, quo pili vituli. E pluribus, quas exhibere poſſem, quatuor ſaltem loco ſpeciminis hîc repræſento, colore inter ſe diverſas: unde conjectu facile eſt, quousque colorum varietas in illis ſeſe extendat. Textura omnibus eſt eadem. Recenter è ventriculo depromptæ admodum ponderoſæ ſunt, ſuccoque Chyloſo pleniſſimæ, cujus ſi tantillum Lacti dulci inſtillatur, mox naſcitur coagulum. Uſui vix ulli inſerviunt, præterquam demonſtrando modo, quo pili in corpus durum inter ſe compingi queunt. Ut verò per ſe manifeſtum eſt, illas hisce animantibus incommodo eſſe; ita tamen mortem inde produci, nullo hactenus exemplo Lanionum ulli conſtitit. In Vaccis etiam ætate provectioribus, rarius quidem his in oris, at aliquando tamen ejusmodi inveniuntur pilæ, quæ, cruſtâ obductæ, piloſam intus materiem maxima ex parte commolitam gerunt. De his plura in decurſu.

Num. 2. Eſt Pila è Vitulo dilute ruſſis pilis veſtito protracta.

Num. 3. Eſt Vituli dilutè ſpadicei.

Num. 4. Ex pilis conſtat cæruleo-griſeis, ex albo mixtis. Sunt & ex nigro albicantes; ſiquidem, ut ſupra dictum, varios vitulorum colores referant. Meminit & Plinius generationis harum *Pilarum*, & *Wierus*, *Schenkius in Lithogeneſia*, aliique.

## Num. 5. *Pila Vaccæ noſtratis.*

Ex cinereo griſea pileum refert abaphum ex albo griſeum. Denſiſſimè tamen concreta, è pilis minutis curtisque coacta, cruſtæ expers, &, panni inſtar, tactu mollis eſt. Reſecui fruſtulum de ejus parte ſuperiore, ut interna pateret ſtructura, quæ paulò longiores equidem oſtendit pilos, at denſè interim compactos, & veluti glutine perfuſos.

## Num. 6. *Pila Equina, Americana.*

Ex Equi Ventriculo hæc exſecta eſt in Inſulâ Trinitatis dicta Americæ meridionalis. Nativam ejus magnitudinem icon accuratè exprimit. *Hippolithi* etiam & *Bezoar Equini* nomine ab aliis inſignitur hæc Pilarum

# PLANCHE CENT-QUATORZIEME.

## N°. 1. *Boule de Veau, blanche, Tuf ou Oeuf d'un Veau de ce Païs.*

Cette Boule eſt faite de poils entierement blanchâtres, que le Veau même détache de ſon corps en ſe lechant, & qu'il avale enſuite. Ces poils prennent inſenſiblement une figure ronde par le mouvement qui leur eſt communiqué dans l'eſtomac, où ils roulent ſans ceſſe. Les Bouchers lui donnent le nom d'Oeuf de Veau. Cette boule ſe nourrit en quelque ſorte, & ſe durcit à l'aide du Chyle, qui eſt un ſuc fort épais, gluant & gras. Elle ne ſe digere jamais dans le ventricule, parce que les poils dont elle eſt formée tiennent trop fortement les uns aux autres; & d'ailleurs elle eſt trop groſſe pour qu'elle puiſſe être pouſſée dans les inteſtins. Il faut donc de néceſſité qu'elle roule continuellement dans l'eſtomac, où étant comprimée elle s'arrondit & ſe durcit, de la même maniere que ſi elle étoit travaillée par un Foulon ou par un Chapelier, qui ſe ſert de diverſes ſortes de poils pour faire des chapeaux. On trouve aſſez ſouvent de pareilles boules dans le ventricule des Veaux, & j'en ai reçu pluſieurs des Valets de Boucher, qui les avoient tirées tout récemment. Elles ſont de la même couleur que les poils des Veaux, dans lesquels elles ſe forment. Parmi un grand nombre que je pourrois faire voir, je me contenterai d'en repréſenter ici quatre qui ſont toutes differentes en couleur; & par-là on pourra ſe repréſenter la grande variété de couleurs, qu'on leur remarque. Toutes ces Boules ſont faites de la même maniere. Nouvellement tirées du ventricule, elles ſont fort peſantes, & remplies d'un ſuc chyleux qui fait cailler le Lait: quelques gouttes ſuffiſent pour cela. Elles ne ſont d'aucun uſage: nous apprenons ſeulement par-là de quelle maniere ces poils peuvent s'unir les uns aux autres, & former enſuite un corps ſolide. Quoiqu'il n'y ait aucun lieu de douter qu'elles ne ſoient nuiſibles aux Animaux dans le corps desquels elles naiſſent, on ne peut néanmoins prouver jusqu'à préſent, par aucun exemple, qu'elles ayent jamais cauſé la mort. Il y a auſſi quelquefois de vielles Vaches, quoique rarement dans ce païs, dans lesquelles on trouve de ces ſortes de Boules, qui ſont couvertes d'une croute, & dont la ſubſtance interne eſt presque toute compoſée de poils. Nous en parlerons plus amplement dans la ſuite.

Le N°. 2. repréſente une Boule tirée d'un Veau dont les poils étoient d'un roux clair.

Celle du N°. 3. vient d'un Veau qui étoit d'un bai clair.

Celle du N°. 4. eſt faite de poils d'un gris-bleu, mêlé de blanc. Il y en a d'autres qui ſont d'un blanc tirant ſur le noir: enfin elles ſont toujours, comme nous l'avons dit ci-deſſus, de la couleur des Veaux dans le corps desquels elles ont été formées. Pline, Wierus, Schenkius dans ſa Lithogeneſie, & d'autres encore font mention de la génération de ces boules.

## N°. 5. *Boule d'une Vache de ce Païs.*

Cette Boule eſt d'un gris-cendré, & reſſemble à un Chapeau gris-blanc, qui n'a pas été teint. Elle eſt fort compacte, compoſée de poils minces & courts, ſans croute, & auſſi douce au toucher que du drap. J'ai enlevé un petit morceau de la partie ſupérieure, afin que l'on pût découvrir comment elle eſt faite en dedans, où les poils paroiſſent un peu plus longs, quoiqu'ils ſoient fort ſerrés & comme enduits d'une espece de glu.

## N°. 6. *Boule d'un Cheval d'Amerique.*

Celle-ci a été tirée du ventricule d'un Cheval, dans l'Ile de la Trinité de l'Amérique Meridionale. La figure que l'on voit ici repréſente exactement ſa groſſeur naturelle. Il y en a qui donnent à ces ſortes de Boules le nom d'Hippolithe, & de Bézoard de Cheval. Lorsqu'elles ont ſéjourné pendent pluſieurs années dans

SCD LYON 1

Pilarum ſpecies, quæ, poſtquam multos per annos in ventriculo accreverê, durâ tandem denſâque cruſtâ obducuntur, extus admodum glabra & ſplendente, inſtar ſpadicei Bezoar Orientalis, intus verò piloſâ, at firmiſſimè coactâ. Externa hujusce ſuperficies nonnullibi parumper rugoſa eſt, & marmoris quaſi in modum variegata; cæterum vero exactam globi figuram refert, nec injucundum oculis præbet ſpectaculum. Rarum præprimis eſt hocce ſpecimen, quia XIII uncias pendet, ejusque interna materies ſapore gaudet tenerrimo amaricante, Lapidis quaſi Porcini Ceilanenſis.

Aliud quid eſt, quod *Hippomanes* vocatur. Id enim fruſtulum quoddam carnis eſt, Lieni Agnino adſimile, ſaturatè Hepatici coloris, recens excluſis Equulis in ore, ſupra linguam, hærens, quod exſiccatum dureſcit, atque intus veluti gelatinæ æmulum, in pulverem tamen teri facile poteſt. Hujus pulviſculi XXX ad XL grana Quartanariis, horâ unâ ante paroxismum, ad tertiam usque vicem iteratò data, certiſſimè Febrim tollunt, ſi de pullo maſculino eſt Hippomanes: id, quod plus vice ſimplici propria me docuere experimenta.

## Num. 7. *Pila, vel Pedra del Vacca, Americana.*

E portu Gaditano ad me pervenit hæc Pila, a Veterano rerum Naturalium Cultore ex America delata, magni æſtimata, diuque ab Ipſo conſervata; donec poſt obitum Ejus noſtras in manus, unà cum aliis rarioribus, tranſiverit. Extus, lapidis inſtar, duram monſtrat cruſtam, craſſam, ex ſpadiceo lucidam, orbicularibus in omni ambitu foveolis, æquabiliter, diſtinctam. Ut interiora paterent, particulam ejus a latere reſecui, ſicque deprehendi materiem intus admodum denſam, ex pilis curtioribus natam, aſſeris inſtar arctiſſimè coactam, ſaporis itidem, uti prior, tenerrimi amaricantis, Lapidis quaſi Porcini Ceilanenſis, optimi. Nec dubitem, quin hujus æmulâ vi medicata polleat hæc Pila. Pondere excedit uncias novem.

## Num. 8. *Lapis Bezoar ex Mulo Americano, aut Hinno.*

E muſeo ſupra memorati Naturæ Curioſi pariter hic prodiit Lapis, cum priore fere conveniens tam ratione materiei piloſæ internæ, compactioris, quam duræ cruſtæ. Subtus coloris eſt ſpadicei, ſupra ex griſeo cinerei: ubique autem rugis exaſperatur. Videtur quaſi color ejus per æris injuriam expalluiſſe, & à ſitu aliquid albi contraxiſſe. Sapore caret amaro, at ingratum ſpirat, ſudantium veluti Equorum, nidorem. Reſciſſa à latere particula oſtendit medullam interiorem ſpadiceam eſſe, & glutine quaſi denſè admodum coactam. De virtutibus ejus medicatis compertum habeo nihil.

## Num. 9. *Pila piloſa, Aprites, in ventriculo Apri a Venatoribus reperta.*

Ut rari quidpiam ex Inſula Ceilanenſi nobis tranſmiſſa eſt hæc Pila oblonga, prout icon docet, longisque hiſpida, & multum prominulis, pilis, ex helvo griſeis, rigidis, inſtar ſetarum porcinarum. Per medium diſſecta breviores exhibet intus pilos, duris ſuffertos granulis arenoſis, quæ microſcopio conſpecta ex tereti acuminatæ omnia ſunt figuræ, & cryſtallini ſplendoris, odoris minus grati, ſaporis ex ſalſo amari. Videtur

dans le ventricule, on les trouve couvertes d'une croute dure, épaiſſe, fort liſſe & brillante en dehors, comme le Bézoard Oriental de couleur baie; mais le dedans eſt rempli de poils & fort compacte. La ſuperficie externe eſt un peu ridée en quelques endroits, & bigarrée en maniere de marbre. Du reſte elles ſont parfaitement rondes, & fort agréables à la vue. Celle dont nous donnons ici la figure eſt une piece rare, tant à cauſe de ſa peſanteur qui eſt de XIII onces, que parce que ſa ſubſtance interne a une petite amertume, à peu près comme la Pierre de Porc de Ceilon. Ce qu'on appelle Hippomane eſt toute autre choſe. C'eſt un certain petit morceau de chair, de couleur de foye foncée, & qui reſſemble à la rate d'un Agneau. On le trouve ſur la langue des Poulains qui ne ſont que de naitre. Il ſe durcit à meſure qu'il ſéche, & le dedans eſt comme de la gelée, ce qui n'empêche pas qu'on ne puiſſe facilement le réduire en poudre. Cette poudre donnée depuis XXX grains jusqu'à LX emporte ſurement la fievre quarte, pourvu qu'on reïtere trois fois cette doſe une heure avant l'accès; mais il faut dans ce cas que l'Hippomane ait été tiré d'un Poulain mâle: c'eſt ce que j'ai appris par pluſieurs expériences.

### N°. 7. *Boule, ou Pedra del Vacca, d'Amerique.*

Cette Boule m'a été envoyée du Détroit de Gibraltar, & a appartenu à une perſonne, qui s'étoit appliqué pendant longtems à l'Hiſtoire naturelle, & qui l'avoit reçue d'Amerique. Il en faiſoit grand cas, & la conſerva jusqu'à ſa mort, après laquelle elle tomba entre mes mains avec d'autres raretés. Elle eſt couverte d'une croute épaiſſe, auſſi dure que la pierre, & d'un bai luiſant. On remarque ſur toute ſa ſuperficie un grand nombre de foſſettes diſtribuées à diſtances égales. Pour mieux découvrir le dedans de cette Boule, j'ai enlevé une petite portion d'un de ſes côtés, & par-là j'ai vu que ſa ſubſtance interne eſt compoſée d'une matiere fort épaiſſe, formée de poils fort courts, & auſſi compacte qu'une planche. Elle a encore de même que la précédente une petite amertume, comme la meilleure Pierre de Porc de Ceilon. Je ne doute pas même qu'elle n'ait auſſi autant de vertu. Elle peſe au-delà de neuf onces.

### N°. 8. *Pierre de Bézoard d'un Mulet d'Amerique.*

Cette Pierre s'eſt trouvée parmi les raretés du Naturaliſte dont je viens de parler. Elle a beaucoup de rapport avec la précédente, tant à cauſe de la croute dure qui l'enveloppe, que parce qu'elle eſt formée d'une matiere fort compacte & pleine de poils. Elle eſt en dedans de couleur baie, en dehors d'un gris cendré & toute couverte de rides. On diroit que les injures de l'air l'ont rendue pâle, & que le changement de lieu lui a communiqué un peu de blancheur. Elle n'eſt pas amere, mais elle a une odeur deſagréable, à peu près comme les chevaux qui ſont en ſueur. Il paroît par l'un des côtés de cette Boule, dont on a enlevé une portion, que ſa ſubſtance interne eſt de couleur baie, compacte & comme liée à l'aide d'une eſpece de glu. Je ne lui connois aucune vertu médicinale.

### N°. 9. *Boule de Sanglier, formée de poils & trouvée par un Chaſſeur dans le ventricule d'un Sanglier.*

Cette Boule nous a été envoyée de l'Ile de Ceilon, comme quelque choſe de fort rare. Elle eſt de figure oblongue, telle qu'elle eſt repréſentée par la figure, & hériſſée de longs poils qui ſe jettent fort en dehors. Ces poils ſont d'un gris tirant ſur l'incarnat, & auſſi rudes que la ſoye de Cochon. Lorsqu'on la coupe par le milieu, on y remarque des poils fort courts, durs, & entremêlés de petits grains de ſable, qui étant vus à l'aide d'un microſcope paroiſſent de figure ronde & pointue. Ils ſont auſſi bril-



SCD LYON 1

Videtur ſanè juſto maturius è ventriculo protracta eſſe, ut pili nondum ſatis adtenuari, inque duriorem maſſam compingi potuerint: unde & virtutes medicatas hactenus haud tantas habet, quantas per moram longiorem contraxiſſet. In *Rumphii Muſeo Amboin. Tab. LVII, pag.* 295, pila ejusmodi piloſa Apri quoque exhibetur, noſtræ perquam ſimilis, ex indigeno, uti Autor refert, Apro deprompta. Id num verum ſit, haud determinavero, qui nunquam audii, inter millenos, qui noſtris in oris, quotannis, mactantur, Porcos ullum aliquando extitiſſe, cujus in ventriculo Pila ejusmodi ſit inventa.

## Num. 10. *Pila piloſa Caſtoris Siberici.*

Animal iſtud, Lutra noſtrate paulò grandius, amphibium, in aquis pariter degit, inhians piſcibus, ac in tellurem prodit, gramine veſcens. Caput ejus, & auriculæ, qualia Lutræ ferè ſunt. Quadrupes autem eſt, vaſtisque gaudet dentibus, curtisque pedibus, qui longos in ungues abeunt. Cauda ei lata eſt, qualis Piſcium, ſquamata, cujus remigio natat atque in aquis ſeſe promovet Animal. Pellis, tenerrimis veſtita pilis, plurimi æſtimata frigidis in regionibus, loco ſubtegminis veſtimentorum uſurpatur. Quin Pelles hæ, harumque pili, noſtras in regiones copioſè devehuntur, frequentique negotio exercent Mercatores. Ut verò ad piloſam redeamus Pilam, hujus in ventriculo Animalis naſcentem, quarum plurimas è Moſcoviâ obtinuimus, videbamur operæ facturi eſſe pretium, ſi earum unicam, nativa, qua eſt, magnitudine, formaque, inſtar pomi mediocris, globoſa, depictam hic ſiſteremus. Sunt hæ pilæ admodum hiſpidæ, extantibus villis, nigricantibus, uti pili pellium ſabellinarum, ſive Muſtelæ Scythicæ, omnemque contegentibus externam ſuperficiem, obſitæ, leves cæterum, at duræ tamen intus, & materie calcaria repletæ.

Caſtori quatuor ſunt Teſticuli, quorum bini, carnei, alium ſinguli juxta ſe gerunt Teſticulum adipoſum, tunicis craſſis firmiter devinctum, è quo pinguedo ſive axungia, in uſus mox commemorandos, depromitur. Carnei quidem eximiis pollent viribus Medicatis, ſi quando prius a craſſioribus repurgati membranis, propria ſua in tunica tenuiore ſiccati, habentur. Hi tum ab incolis Siberiæ vocantur *ſeparati*, Batavis verò *Caſtoreum optimum, Sibericum, axungiæ expers*; ſiquidem & aliud detur, cui folliculi adipoſi, ſimul exſiccati, etiamnum adhærent, ne dimidio quidem prioris valens. Vocatur id *Caſtoreum Polonicum*, & plerumque Penem gerit oſſeum, quo prior ſpecies caret, utpote reſecto. Altera ſpecies Polonica ſæpiſſimè adulteratis miſta eſt Teſticulis, è quibus Moſcovitæ optimum exſcindunt Caſtoreum, hujusque in locum veſicas alias, carne, cruore, terra, arenis, & ejusmodi ſordibus repletas, folliculis adipoſis, adhuc recentibus, adnectere, & tenuibus membranis artificioſè adeò omnia inter ſe colligare & obducere norunt, ut vel peritiori quoque fucum faciant, niſi cautum ſectu inſtituerit examen. Tertia Caſtorei ſpecies è Canada & Virginia adfertur, omnium quidem viliſſima, Teſticulos habens longos, graciles, carne emunctos, folliculosque adipoſos vix quidpiam axungiæ continentes: unde & vi medicata multum cedit prioribus binis, nec niſi Equis aliisque Brutis adhibetur. Norvegia pariter ac Suecia Caſtoreum profert, ratione pretii Moſcovitico proximum. Haud pauci dantur inter veteres Authores, uti *Dioſcorides*, *Rondeletius*, *Marcellus*, *Vergilius*, *Plinius*, *Geſnerus*, *Aldrovandus*, &c. qui crediderê, Caſtoris Teſticulos haud majores eſſe Galli majoris domeſtici Teſtibus, hinc Renes eſſe Caſtoris, qui vulgò pro Teſticulis

brillans que le cryſtal, d'une odeur deſagréable & d'un goût ſalé mêlé d'amertume. Il eſt à croire que cette Boule a été tirée beaucoup trop tôt du ventricule dans lequel elle avoit pris naiſſance, de maniere que les poils n'ont pu être aſſez battus, pour former enſuite une maſſe dure & compacte: ce qui eſt cauſe qu'elle n'a pas tant de vertus qu'elle en auroit eu en ſéjournant plus longtems dans le ventricule. Rumphius nous donne dans ſon *Muſeum Amboin. Tab. LVII, pag.* 295. la figure d'une pareille Boule de Sanglier, laquelle reſſemble entierement à la nôtre. Elle avoit été trouvée, au rapport de l'Auteur, dans le corps d'un Sanglier du païs. Je ne déciderai point ce qui en eſt à cet égard, mais je n'ai jamais entendu dire que dans ce païs, où l'on tue tous les ans des milliers de Cochons, on ait trouvé de pareilles boules dans le ventricule d'aucun d'eux.

## N°. 10. *Boule velue d'un Caſtor de Siberie.*

Cet animal eſt une eſpece d'Amphibie un peu plus gros que les Loutres de ce païs. Lorsqu'il eſt dans l'eau il vit de poiſſons, & lorsqu'il eſt ſur la terre l'herbe lui ſert de nourriture. Sa tête & ſes oreilles ſont presque comme celles de la Loutre. Il a quatre pattes, courtes, & armées de longs ongles. Sa queuë eſt large comme celle des Poiſſons, couverte d'écailles, & il s'en ſert comme d'une rame pour nager. Sa peau couverte de poils fort minces eſt très eſtimée des Habitans des Païs froids, qui la portent ſous leurs autres habits. Il nous vient même ici beaucoup de ce poil & un grand nombre de ces peaux, dont nos Marchands font grand commerce. Mais pour en revenir aux Boules velues qui ſe forment dans le ventricule de cet Animal, nous avons cru qu'il étoit à propos d'en choiſir une d'entre celles que nous avons reçues de Moscovie, & de la repréſenter ici telle qu'elle eſt dans ſon état naturel. Elle eſt de figure ronde, & de la groſſeur d'une pomme médiocre. Toutes ces Boules ſont fort hériſſées de poils élevés, noirâtres, ſemblables à ceux des peaux de Marte Zibeline, ou de Belette de Scythie; & couvrent toute la ſuperficie externe des Boules, qui ſont d'ailleurs legeres, quoique remplies en dedans d'une matiere dure qui reſſemble à de la chaux.

Le Caſtor a quatre Teſticules, dont il y en a deux qui ſont charnus, & près de chacun desquels on en trouve un autre fortement attaché par d'épaiſſes membranes, & d'où l'on tire une certaine graiſſe qui ſert aux uſages dont nous allons parler. Les Teſticules charnus ont beaucoup de vertus lorsqu'on les fait ſécher dans leur propre tunique qui eſt la plus mince, après en avoir ſéparé les membranes les plus épaiſſes. On donne en Siberie à ces derniers le nom de *Séparés*, & en Hollande on les appelle *Le meilleur Caſtor qui n'a point de graiſſe*, ou *Caſtor de Siberie*; parce qu'il y a une autre ſorte de Caſtor, de la moitié moins bon que le précédent, & auquel tiennent encore les follicules adipeux avec lesquels on l'a fait ſecher. Celui-ci s'appelle *Caſtor de Pologne*, qui a ordinairement une Verge oſſeuſe laquelle ne ſe trouve point au premier, auquel on la coupe. Il y en a encore une autre eſpece qui vient de Pologne avec de faux Teſticules, & dont les Moscovites tirent le meilleur Caſtor, pour mettre en ſa place d'autres veſſies, qu'ils rempliſſent de chair, de ſang, de terre, de ſable & autres ordures de cette nature. Ils ſavent ſi bien attacher ces fauſſes veſſies aux follicules adipeux, lorsqu'ils ſont encore récens, & couvrent le tout ſi adroitement avec de certaines membranes fort minces, que le plus habile y eſt trompé, à moins qu'il n'examine la choſe de fort près, en coupant ces parties. La troiſieme eſpece de Caſtor le moins eſtimé, eſt celui de Canada & de Virginie. Ses Teſticules ſont longs, maigres, ſans chair, & les Follicules adipeux ne contiennent presque point de graiſſe, ce qui eſt cauſe qu'il a beaucoup moins de vertu que les deux premieres eſpeces, & qu'on ne s'en ſert que pour les chevaux & autres animaux. Il y a encore en Norwege & en Suede une autre ſorte de Caſtor, qui eſt du même prix que celui de Moscovie. *Dioſcoride*, *Rondelet*, *Marcellus*, *Virgile*, *Pline*, *Geſner*, *Aldrovandi*, & pluſieurs autres Auteurs anciens ont cru que les Teſticules du Caſtor n'étoient que de la groſſeur de ceux d'un gros Coq domeſtique, & que ce que l'on prend communément pour les Teſti-

SCD LYON 1

Teſticulis habentur; prout cum *Geſnero Valentinus* in *Muſeo Muſeorum*, *pag.* 474, teſtatur. Facile tamen hanc refutat opinionem, qui prius dictorum memor novit Penem oſſeum binos inter Teſticulos carneos hærere, ſuis etiamnum integumentis membranaceis & tendinoſis veſtitum. Plurima dantur Animantia, quibus oſſeus eſt Penis, uti ſunt Vulpes, Lutræ, Lupi, Taxi, &c. Quin & Piſces inter repeeriuntur Pene oſſeo inſtructi, Phocæ, Thynni, Canes marini, &c. Quantum ad uſum Caſtorei Medicatum, is inſignis eſt in ſexus ſequioris illis affectionibus, quæ mala Hyſterica, ſanguiniſve vitia graviora, pro cauſa agnoſcunt. Quin & ſexui maſculino eximium præbet remedium ad Paralyſes, Apoplexias, Epilepſias, malum Hypochondriacum, &c. Sibericum, utpote optimum, itidem hiſce uſibus præſtantiſſimum eſt. Doſis ejus haud adeò exactè limitata eſt, quin abſque periculo tantillum plus minuſve exhiberi queat. Cæterum a tot jam ſeculis inter medicos celebre hoc medicamentum abundè ab aliis deſcriptum eſt, ut ſupervacaneum foret, de eo plura dicere.

## Num. 11. *Ægagropilæ, ſeu Pilæ Caprarum ſylveſtrium, ex Germania, Helvetia præſertim & ducatu Tirolenſi.*

Vocantur Animalia hæc alias etiam *Rupicapræ*, & in Africa pariter inveniuntur. Italis *Camoſſa* audiunt, Germanis *Gemſen.* In capite bina gerunt cornicula, nigra, uncorum inſtar recurvata, quibus ad rupes ſemet ſuſpendunt. Ventriculus eorum ſæpe pila ejusmodi gravidus eſt, imo non rarò duabus, tribus, quatuor, & pluribus, ſimul. Si quando plures, minutiores, uno in ſtomacho deliteſcunt, hæ plerumque rotundæ aut applanatæ comparent, nec pilis admodum compactis conflatæ. Scilicet naſcuntur illæ, dum hæ beſtiolæ vel ſemet ipſas, vel ſe mutuo, lambendo pilos de cute deterunt, deglutiuntque, prout ſupra de Vitulis indicavimus. Quibusdam unica duntaxat in ventriculo pila hæret, quæ, diu inibi morata, cruſtâ obducitur, materiemque intus piloſam, ſimili modo, ac in Lapide Porcino Ceilanenſi, preſſu tandem firmiter coactam & inauratam acquirit. Nonnullæ globulos luſorios majuſculos, aliæ majores, aliæ itidem pilas luſorias majores minoreſve æquant. Plurimæ piloſum intus concrementum gerunt denſius, licet extus cruſtam offerant duram & glabram. Eſt inter eas reperire, quæ ſaporis ſunt amari; hæque præ aliis eliguntur, uſibus medicatis, ut Lapis Porcinus Ceilanenſis, idoneæ. Per Germanias paſſim magni æſtimantur, Bezoar Germanici, aut Ægagropilarum nomine inſignes, eosdemque in uſus, ac Lapides Bezoar, ægris præſcribuntur, his quippe haud minus efficaces habitæ. Experientia docuit, ipſas virtute ſingulari Capiti mederi, ſpaſmis, convulſionibus; lenemque ciendo ſudorem conferre in quibuscunque febribus acutis, alvi fluxibus, dyſenteriis, &c. prout *Valentinus* in *Muſeo Muſeorum, Part. II, pag.* 427, aliique, multus cum encomiis prædicant; videatur & *Vocabularium Technicum, pag.* 623 & 624. Quam hic repræſentamus, Pila, extus albicans, intus è pilis tenerrimis, griſeis, albi inſtar Pilei, denſè coactis, per ſtrata ſibi mutuo adplicatis, conflata eſt. In medio foramen conſpicitur, e quo minor alius globulus extractus eſt: unde modus, quo hæc concretio fit, innoteſcit. Cæterum cum *Tophis* ex Ornoka multum convenit, ſaporisque eſt amari, & ſuavis odoris.

Num. 12.

Teſticules n'eſt autre choſe que les Reins de cet animal: tel eſt le ſentiment de Gesner & de *Valentin* dans ſon *Muſeum Muſeorum*, *pag.* 474. Mais pour faire voir que cette opinion eſt mal fondée, il ſuffit de ſe rappeller ce que nous avons dit, ſavoir, que la Verge oſſeuſe du Caſtor eſt attachée entre deux Teſticules charnus, & qu'elle eſt encore revêtue de ſes tégumens membraneux & tendineux. Il y a pluſieurs autres animaux qui ont la Verge oſſeuſe, comme les Renards, les Loutres, les Loups, les Daims, &c. Il ſe trouve même des Poiſſons qui ont auſſi cette partie oſſeuſe, tels ſont les Veaux marins, les Thons, les Chiens marins, &c. Quant à l'uſage que l'on fait du Caſtor en Médecine, il eſt très eſtimé dans toutes les maladies des femmes, qui ſont cauſées par la Paſſion hyſterique, ou qui viennent de quelque vice conſiderable du ſang. C'eſt même un très bon remede pour les Hommes dans la Paralyſie, l'Apoplexie, l'Epilepſie, la maladie hypochondriaque, &c. La doſe de ce remede n'eſt jamais ſi limitée, qu'on ne puiſſe en donner un peu plus ou un peu moins ſans en craindre les mauvais effets. Du reſte d'autres ont déja donné avant moi une ample deſcription de ce médicament ſi fameux parmi les Medecins, depuis tant de ſiecles, de ſorte qu'il eſt inutile d'en parler ici davantage.

## N°. 11. *Ægagropiles, ou Boules de Chevres Sauvages d'Allemagne, & ſur-tout de Suiſſe & du Tirol.*

Ces Animaux, que l'on nomme *Chevres Sauvages*, ſe trouvent auſſi en Afrique. Les Italiens leur donnent le nom de *Camoſſa*, & les Allemands celui de *Gemſen.* Ils portent ſur la tête deux cornes noires, courbées en maniere d'hameçon, pour ſe ſuſpendre aux rochers. On trouve ſouvent une boule dans leur ventricule, & il y en a même quelquefois jusqu'à deux, trois, quatre & davantage. Lorsqu'il y en a pluſieurs dans un ſeul ventricule, elles ſont plus petites, & ordinairement rondes ou applaties, & peu compactes. Ces ſortes de boules ſe forment du poil de ces animaux qui ſe l'arrachent les uns aux autres, ou à eux-mêmes, en ſe lechant, & l'avalent enſuite, comme nous l'avons dit en parlant des Veaux. Il y a de ces animaux qui n'ont qu'une ſeule Boule, qui ſe couvre d'une croute après avoir ſéjourné longtems dans le ventricule. Les poils du dedans de cette boule étant continuellement comprimés ſe durciſſent inſenſiblement, comme il arrive à la Pierre de Porc de Ceilon. Quelques-unes de ces Boules ſont de la groſſeur de celles dont on ſe ſert pour jouer, & il y en a même de plus groſſes; il s'en trouve qui ſont comme des bales, & d'autres qui paroiſſent plus petites. Pluſieurs ont le dedans rempli d'une grande quantité de poil fort ſerré, quoiqu'on ne remarque en dehors qu'une croute dure & liſſe. Il y en a qui ſont ameres, & on les préfere aux autres, parce qu'on s'en ſert en Médecine comme de la Pierre de Porc. On en fait grand cas en divers endroits de l'Allemagne, où elles ſont connues ſous le nom de *Bézoard d'Allemagne* ou d'*Ægagropiles.* Elles paſſent même pour avoir autant de vertus que les Pierres de Bézoard, & on les ordonne aux malades dans les mêmes cas où ces pierres peuvent être employées. L'expérience fait voir qu'elles ont une vertu toute particuliere pour guérir les maux de tête, les ſpasmes, les convulſions; & qu'elles procurent une legere ſueur dans certaines fievres aiguës, dans le flux de ventre, la Dyſenterie, &c. comme l'aſſurent *Valentin* dans ſon *Muſeum Muſeorum*, *Part. II*, *pag.* 427, & d'autres Auteurs qui en parlent avec éloge. On peut encore conſulter à ce ſujet le *Vocabularium Technicum*, *pag.* 623 & 624. Celle dont nous donnons ici la figure eſt blanchâtre en dehors, & compoſée en dedans de poils fort minces de couleur griſe, ſitués par couches les uns ſur les autres & auſſi ſerrés que le ſont ceux d'un Chapeau. On voit au milieu un trou, duquel on a tiré une autre petite boule, & par là on peut connoitre la maniere dont ſe fait cette concrétion. Du reſte elle a beaucoup de rapport avec les Boules d'Ornoka. Elle eſt amere, & d'une odeur agréable.



SCD LYON 1

## Num. 12. *Ægagropila altera, Germanica.*

Extus hæc ſaturate ſpadiceam monſtrat cruſtam, duram, reſplendentem. Reſciſſâ ejus particulâ vidimus internam materiem è pilis denſè coactis conſtare, ſaporisque eſſe amari: quæ optimarum ſunt notæ.

## Num. 13. *Ægagropila tertia.*

Pars hujus dimidia duram, lævem, gerit cruſtam ſpadiceam; dum altera pars pilos oſtendit breves, arctè compactos. Sapor æquè ac prioris eſt amaricans.

## Num. 14. *Species quarta Ægagropilæ.*

Sphærica hæc eſt, admodum compacta, inſtar optimi Lapidis Porcini Ceilanenſis, gratè amaro prædita ſapore, cortice molliore, fuſco, ceparum in modum ex lamellis conflato, veſtita, intus dura, non piloſa; ſiquidem pili coctu attenuati in maſſam ſolidam confluxerint.

## Num. 15. *Species quinta Ægagropilæ.*

Oblongo-rotunda tenuem monſtrat, veluti membranaceam, extus cruſtam, cujus particula quædam, a latere decuſſa, intus contentam materiem piloſam oculis exponit pariter amaricantem.

## Num. 16. *Ægagropilæ ſpecies ſexta.*

Hæc pilis undique hiſpida, nec ſapore gaudet amaro, nec cortice vel tunica obducta eſt.

Num. 17. Ratione villoſæ materiei priorem hæc æmulatur, licet tenui tamen cruſtula, tanquam membranula, ſit veſtita, ſub qua hærens pilorum concrementum, reſecto alicubi fruſtulo, conſpicitur.

## Num. 18. *Lapis Viperinus, vel Pedra del Cobra, Orientalis.*

Maxima hæc eſt hujusce modi Lapidum ſpecies, oblongo-rotunda, ſupra & ſubtus omnino nigricans, niſi quod binis diſtinguatur maculis, albis, oblongis. Mirandum ſane eſt, quousque hominum ſeſe fraudulenta exerceat dexteritas, tam peregrinis, quàm noſtris in regionibus, ut paradoxa lucri ergo producantur. Oſſa uſtulata, variam ad magnitudinem & figuram, rotundam, oblongam, vel ellipticam, ſciſſa, raſa, aut limata, (prout nimirum per fragilitatem oſſis calcinati licuit) tum lævigata, pro Lapidibus Serpentum, uti titulus docet, venditantur, artificio quidem primum forte à Luſitanis excogitato. Ferunt equidem, eos in capite Serpentum generari: at nemo ſanè eſt, qui lapideum quid, ne dicam os uſtulatum, unquam ibi offendiſſe bona fide adſerere auſit; cum nuſpiam locus detur in capite, ejusmodi corpori

### N°. 12. *Seconde Ægagropile d'Allemagne.*

La croute de celle-ci eſt dure & luiſante, & paroit en dehors d'un bai foncé. Ayant enlevé une portion de cette croute, j'ai trouvé qu'elle étoit amere & compoſée de poils fort ſerrés, ce qui eſt toujours la marque d'une Boule de la meilleure ſorte.

### N°. 13. *Troiſieme Ægagropile.*

La moitié de la croute de cette Boule eſt dure, liſſe & de couleur baie: l'autre moitié eſt couverte de poils courts & fort ſerrés. Elle eſt auſſi un peu amere, comme la précédente.

### N°. 14. *Quatrieme espece d'Ægagropile.*

Celle-ci eſt ronde, fort compacte, comme la meilleure Pierre de Porc de Ceilon, & d'un gout amer qui eſt agréable. Elle eſt couverte d'une croute fort molle, brune, & compoſée de pluſieurs couches, de même que les Oignons. Le dedans eſt dur & on n'y remarque point de poils, parce qu'ayant été bien battus ils ont formé enſuite une maſſe ſolide.

### N°. 15. *Cinquieme espece d'Ægagropile.*

Cette Boule eſt un Ovale rond, & ſa croute paroît en dehors comme une mince membrane. On peut voir ſur l'un des côtés d'où l'on a enlevé une portion de cette boule, que le dedans eſt rempli de poils, & d'un gout amer, comme celles dont nous venons de parler.

### N°. 16. *Sixieme espece d'Ægagropile.*

Cette Boule eſt couverte de poils de tous côtés; mais elle n'eſt pas amere, ni revêtue d'aucune croute ou enveloppe.

N°. 17. Celle-ci eſt faite de poils, de même que la premiere. La croute dont elle eſt revêtue eſt comme une mince membrane, ſous laquelle on apperçoit un amas de poils, lorsqu'on enleve une portion de ſon enveloppe.

### N°. 18. *Pierre de Vipere, ou Pedra del Cobra, d'Orient.*

Cette Pierre eſt la plus groſſe de toutes celles de cette espece. Elle eſt ovale, & de couleur noirâtre à la partie ſuperieure, à l'exception de deux taches blanches & oblongues qu'on lui remarque. C'eſt une choſe étonnante de voir jusqu'où s'étend l'artifice des hommes, tant dans les païs étrangers que dans le nôtre, par les paradoxes inouïs qu'ils avancent dans la vue de gagner de l'argent. Ces gens donnent le nom de Pierres de Serpens à certains Os de differente grandeur, qu'ils font bruler & qu'ils coupent enſuite ou qu'ils liment, ſelon que ces os calcinés ſont plus ou moins durs; & après leur avoir donné une figure tantôt ronde, tantôt oblongue ou elliptique, ils les vendent pour des pierres de Serpens. Les Portugais ſont peut-être les premiers qui ont uſé de cet artifice. Ils font acroire que ces pierres s'engendrent dans la tête des Serpens; mais il n'y a perſonne de bonne foi qui oſât aſſurer d'avoir jamais trouvé une pierre, pour ne pas dire un os calciné, dans cette partie, puisqu'on n'y remarque aucune place dans laquelle un pareil corps puiſſe ſe trouver naturellement. Ceux qui veulent s'aſſurer de ce qui en eſt à cet égard, peuvent

SCD LYON 1

corpori à natura deſtinatus. Cuicunque hæc curæ ſunt, facili is ſemet experimento convincet; modo os Femoris bubulum, alteriusve Animalis, igne urat tamdiu, donec id hinc inde albicet, omnisque ejus pinguitudo ferè concremata ſit: videbit enim id, denuo frigefactum, partim ex albo & nigro variegatum eſſe, partim ſubgriſeum, alibi ex bruno cæruleſcens; prout videlicet calcinatio diutius vel brevius inſtituta eſt. Particula ejusmodi oſſis, linguâ madefacta, mox labio adplicata, huic veluti per ſuctum adeò firmiter ſeſe adfigit, ut rurſùm detracta epidermidem ſimul ſecum abripiat. Haud pauci fuerè inter Eruditos, qui pro genuinis habuerunt lapides hosce factitios, minus contemplati, quânam è materie illi conflati ſint; quamvis facillime detegatur, ſi quis cellularum habuerit rationem, quæ in altero latere, planiore, conſpiciuntur. Quin & egomet ſæpius artefactos iſtiusmodi lapides, tanquam verè Serpentinos, emi pretio trium, ad duodecim usque, florenorum ſingulos, prout majores erant & vividiore inſtructi ſplendore; eosque dein hoc ſub titulo iterum vendidi; donec eorum materiem propior mihi indicaverit inſpectio, fucumque tandem detexerit. Videatur *Franc. Redi*, *Nobilis Aretini*, *Opuſculorum Tom. II*, *p.* 4. ubi decem icones ſimilium Lapidum exhibentur, unà cum teſtimoniis variorum veterum ſcriptorum, qui admirandas hisce fucis virtutes adſcribunt. Sic plurima profecto magno habentur in pretio, quæ nullius interim momenti ſunt, nec niſi per Hominum phantaſiam atque credulitatem in uſum venerê: dum, quæ à nonnullis laudantur, absque ulteriore examine alii, tanquam revera talia, amplectuntur avide.

*Rumphius* in *Muſeo Amboin. pag.* 303 & 304, mira de iis narrat, partim tamen dubia, partim fictitia; hinc vix digna animadverſione. Quæ ita dicto Serpentum Lapidi adſcribitur, ipſis quoque ineſt virtus calcinatis oſſibus. V. g. Si aperto ulceri, tumori, aut vulneri, pro maligno habito, morſu venenatæ beſtiæ, aliâve ſimili de cauſâ, nato, fragmentum oſſis exuſti ſic imponitur, ut humidi quidpiam proximè attingat, mox ſiticuloſi per ignem oſſis uſtulati pori tam fortiter trahunt humorem, ut demum penitus eo infarciantur; unde deleta quaſi ſiti adhæſio oſſis ſponte diſſolvitur deinceps. Dicunt tum venenum ſic, acremve humorem, exſuctum eſſe, quem ut ex oſſe denuo educant, id dulci immittunt Lacti; quo fit, ut è poris partis ſupernæ oſſis, ab humore non attactis, bullulæ exſurgant locum cedentes ſubintranti Lacti, donec & hæc pars ſaturata ſit. Lac verò inde mutari atque coagulum pati, uti de Serpentinis Lapidibus perhibetur, haud mirum eſt; ſiquidem acer humor, in os vel lapidem adtractus, id facile queat efficere. Interim Lactis ope haud poteſt omnis denuo acris humiditas ex lapide, vel oſſe educi; ſed aquâ fervidâ id elui, rurſumque ad ignem areſieri debet, priſtinam ſic vim adtractilem demum recuperaturum: prout me propria docuit experientia. Græcis *Ophites* dicitur hic Lapis; Latinis *Lapis Anguium & Serpentum*; Gallis *Pierre des Serpens*; Luſitanis *Pedra del Cobra*; Indis *Meſtica Ophitis*. Ophites interim lapis eſt foſſilis, in Saxonia, præſertim vero Miſnia, reperiundus, tum & in aliis regionibus, ad elegantiores Marmoris ſpecies pertinens, e quo varia parantur utenſilia, vaſcula, pocula, pyxides, tum quæ ad infuſi herbæ Theæ, & Coffe, apparatum pertinent, inſtrumenta, item mortaria ſuis cum piſtillis, tegulæ ad colicam, &c. *Ophites* autem hic lapis quoque *Serpentinus*, *Alabaſtrites*, & *Porphyrius* vocatur. Vid. *Boëtius de Boot de Lapid. & Gemm. pag.* 501. Alabaſtri & Marmoris veri, duriſſimique, variæ dantur ſpecies, quarum permultæ dudum à *Kirchero* in *Mundo Subterraneo*, tum à *Georg. Anton. Volkmanno* in *Sileſia ſubterranea*, & ab aliis, deſcriptæ ſunt. Noſtri hic inſtituti non eſt, hisce immorari; quum Animantium in regno verſemur.

Num. 19.

peuvent recourir à l'experience ſuivante qui eſt facile à faire. Il n'y à qu'à prendre pour cet effet, l'os de la cuiſſe d'un Bœuf, & la faire bruler jusqu'à ce qu'il devienne blanc en pluſieurs endroits, & que presque toute ſa graiſſe ſe ſoit diſſipée. Lorsque cet os ſe ſera refroidi il paroitra tout bigarré de blanc & de noir en divers endroits, & ſera ailleurs d'une couleur griſâtre ou d'un bleu tirant ſur le brun, ſelon que l'action du feu aura été plus ou moins forte. Si l'on applique enſuite cet os contre les levres, après en avoir humecté une portion avec la langue, il s'y attache ſi fortement, comme en ſuçant, qu'on ne peut l'en ſéparer ſans emporter en même tems l'épiderme. Il y a bien des Savans qui ont pris ces fauſſes Pierres pour de véritables, faute d'avoir aſſez examiné la matiere dont elles ſont formées, quoique la choſe ſoit facile à découvrir en jettant les yeux ſur les cellules qui paroiſſent ſur le côté le plus plat de l'os. Il eſt même arrivé que j'ai acheté de ces ſortes de Pierres deſſechées, que l'on m'a vendu pour de véritables pierres de Serpent, dont j'ai payé pour chacune depuis trois jusqu'à douze florins, ſuivant qu'elles étoient plus ou moins groſſes & plus ou moins luiſantes. J'ai revendu enſuite ces mêmes pierres, auſſi ſous le nom de pierres de Serpent, jusqu'à ce que les ayant examiné de plus près j'ai enfin découvert la fourberie. On peut conſulter *Franc. Redi*, *Nobilis Aretini*, *Opuſculorum Tom. II*, *pag.* 4. où ce Naturaliſte repréſente dix de ces pierres, & expoſe en même tems le ſentiment de divers Auteurs anciens qui leur ont attribué des vertus admirables. C'eſt ainſi que l'on fait grand cas de bien des choſes qui ne ſont d'aucune utilité, & que la ſeule fantaiſie & la crédulité des hommes ont miſes en vogue: tandis que d'autres adoptent avec avidité & ſans aucun examen tout ce qu'ils entendent louer par certaines gens.

*Rumphius* dans ſon *Muſeum Amboin. pag.* 303 & 304, dit des choſes admirables de ces pierres; mais tout ce qu'il en rapporte eſt ou douteux ou inventé, & ne mérite pas par conſequent d'être refuté. Toutes les vertus qu'on attribue aux pierres de Serpent ſe trouvent auſſi dans les os calcinés. Lors par exemple que l'on introduit un morceau de quelque os calciné dans un ulcere ouvert, dans une tumeur ou dans une playe, qui paſſe pour être infectée de venin, ſoit par la morſure de quelque bête venimeuſe ou par quelque autre cauſe de cette nature, les pores de cet os alteré s'imbibent tellement des humeurs qu'ils rencontrent, qu'ils s'en rempliſſent entierement, après quoi cet os ayant comme étanché ſa ſoif ſe détache & ſe ſépare de lui-même. C'eſt ainſi que l'on prétend pouvoir tirer le venin ou les humeurs acres du corps. Mais pour faire enſuite ſortir cette humeur acre de l'os dans lequel elle a penetré, ils le mettent dans du Lait, ce qui fait élever des pores de la partie ſuperieure de l'os, qui n'ont point été penetrés par le venin, de petites bouteilles qui donnent entrée au Lait, jusqu'à ce que cette partie ſoit entierement imbibée. Or il n'eſt pas étonnant que le Lait ſe change & ſe caille dans cette occaſion, effet que l'on attribue aux pierres de Serpent, puisque l'humeur acre qui a penetré dans l'os ou dans la pierre peut aiſément être la cauſe de ce changement. Cependant comme le Lait ſeul n'a pas la force de faire ſortir de la pierre, ou de l'os, tout le venin qui y eſt renfermé, on eſt obligé de le laver avec de l'eau chaude & de le faire de nouveau ſecher au feu, ce qui lui rend de nouveau la vertu attractive qu'il avoit, comme je l'ai appris par les experiences que j'en ai faites moi-même. Cette pierre que nous appellons *Pierre de Serpens*, eſt connue des Grecs ſous le nom d'*Ophites*; des Latins ſous celui de *Lapis Anguium & Serpentum*; des Portugais ſous celui de *Pedra del Cobra*, & des Indiens ſous celui de *Meſtica Ophitis*. Du reſte l'Ophite eſt une Pierre foſſile, que l'on trouve en Saxe & ſur-tout en Miſnie, & encore dans d'autres Païs. Elle appartient à la claſſe des plus beaux marbres. On en fait divers Uſtenciles, des vaſes, des pots, des boëtes & tous les inſtrumens dont on ſe ſert pour le Thé & le Caffé. On en fait encore des Mortiers avec leurs Pilons, & de ces pierres qu'on fait chauffer & dont on ſe ſert contre la Colique, &c. L'Ophite dont il eſt ici queſtion ſe nomme encore *Pierre de Serpent*, *Albâtre*, & *Porphyre*. Voyez *Boëtius de Boot de Lapid. & Gemm. pag.* 501. Il y a diverſes eſpeces d'Albâtre & de Marbre véritable & fort dur, dont on a déja donné depuis longtems la deſcription. On peut conſulter à ce ſujet *Kircher*, dans ſon *Mundus ſubterraneus*, & *George Ant. Volkman* dans ſa *Sileſia ſubterranea*, & d'autres encore. Notre deſſein n'eſt pas de nous arrêter beaucoup ſur cet article, puisqu'il eſt ici queſtion de traiter des Animaux.



SCD LYON 1

## Num. 19. *Ophites Ceilonenſis, nigricans.*

Neque hic lapis aliud quid eſt, quam os exuſtum, corrotundatum, & eminentius convexum redditum, tum optimè lævigatum, ut nuſpiam poroſi quid aut ſpongioſi reliquum ſit: unde nec labiis madefactis adplicatus adhæret, ſed ilico decidit.

## Num. 20. *Lapis Viperinus; ſeu Pedra della Cobra de Mombaſſa, vel Mombaza, ex ora Africæ Zanguebar dicta.*

Pro vero calculo, in Ventriculo grandioris Serpentis, ab incolis Mombaſſenſibus *Karakaſi* adpellatæ, nato, nobis traditus eſt. Valdopere quidem is æſtimatur, magnoque hinc in pretio eſt. *Franciſcus Redi Opuſc. Tom. II, pag.* 82, iconem ejusmodi Lapidis Serpentis de Mombaza, unà cum deſcriptione, exhibet. Multum tamen ille ſuperat hujusce noſtri magnitudinem. Scilicet dantur majores minoresque: forma eorum eſt rotundo-convexa; ſuperficies albicantibus obſita tuberculis, ſplendentibus, lævibus, de cætero ex ſpadiceo perfundatur. Eadem ex ora Societas Indiæ Orientalis Ebur, Ambarum griſeum, & aurum promit.

## Num. 21. *Ophites compoſitus Braminorum.*

Braminis *Meſtica Ular* vocatur, juxta Baldæum. Componitur autem ab iis ex partibus vitalibus Serpentis, *Cobra de Cabelo* dictæ, capite ſcilicet, Corde, Jecore, & Sanguine, cum ſatis magna quantitate Terræ Sigillatæ, inter ſe tritis minutiſſime, tum recentis ope ſtercoris Vaccini in maſſam coactis, ex qua globuli atque placentulæ rotundæ, magnitudinis variæ, exuſtis oſſibus, ante deſcriptis, non abſimiles, formantur. Ponunt equidem ſingulare artificium hac in compoſitione Bramini, nec prece nec pretio adduci queunt, eam ut revelent. Interim *Rumphius* in *Muſeo Amboinenſ. pag.* 304 arcanum aperuit.

## Num. 22. *Lapis Serpentis, ſeu Ophites Sinenſis.*

*Rumphius pag.* 406 mentionem facit Ophitæ, a Maleitis *Ular Petola*, à Sinenſibus *Backlyong*, à Macaſſarenſibus *Tomma Laboe* dicti, qui tamen ipſe exuſtum ſaltem os eſt, parte ſuperna ſatûratè griſeus, albicantibus lineis, transverſalibus, notatus, ſubtus nigricans.

## Num. 23. *Ophites Javanicus.*

Circa Javam Serpens reperitur, *Ular Maas* dicta à Javanis, à Sinenſibus vero *Kim Soa*, quod auream Serpentem notat. Hujus in capite generatus fertur Lapis, quem hic repræſentamus, figura oblonga, colore paſſim griſeo conſpicuus. At concremato ex oſſe potius paratus is eſt. Nec ſane dantur genuini.

Num. 24.

### N°. 19. *Ophite noirâtre de Ceilon.*

Cette Pierre n'eſt autre choſe qu'un os brulé arrondi, & rendu fort convexe, que l'on a enſuite bien poli, afin qu'il ne parût pas qu'il eſt ou poreux ou ſpongieux: ce qui eſt cauſe que lors qu'on le porte aux levres il ne s'y attache pas, quoiqu'elles ſoient mouillées, mais il tombe d'abord.

### N°. 20. *Pierre de Vipere, ou Pedra della Cobra, de Mombaſſa ou Momboza, de la Côte d'Afrique nommée Zanguebar.*

Cette Pierre que les Habitans de Mombaza appellent *Karakaſi*, nous a été donnée pour une pierre tirée du Ventricule d'un gros Serpent. Elle eſt fort eſtimée, ce qui fait qu'elle eſt fort chere. François Redi, *Opuſc. Tom. II, pag.* 82. nous donne la figure & la deſcription d'une pareille Pierre de Serpent de Mombaza; mais elle eſt beaucoup plus groſſe que la nôtre. Il y en a de groſſes & de petites. Elles ſont rondes & convexes. Leur ſuperficie eſt couverte de petites éminences blanchâtres, luiſantes & liſſes, & le fond eſt de couleur baie. La Compagnie des Indes Orientales tire de la même Côte de l'Yvoire, de l'Ambre gris & de l'Or.

### N°. 21. *Ophite compoſé, des Bramines.*

Baldæus nous apprend que les Bramines lui donnent le nom de *Meſtica Ular*. Ils le font des parties vitales d'un Serpent nommé *Cobra de Cabelo*. Ces parties ſont la Tête, le Cœur, le Foye & le Sang, que l'on pile enſemble fort menu, & dont on fait une maſſe en y mêlant de la fiente de Vache toute récente. On fait enſuite de cette maſſe de petites Boules & des Tablettes rondes de differente grandeur, qui reſſemblent aſſez aux os calcinés dont nous avons donné la deſcription. Les Bramines font cette compoſition avec beaucoup d'art, & il eſt impoſſible de leur faire découvrir le ſecret ſoit par prieres ou par argent. Cependant *Rumphius* nous apprend ce qui en eſt dans ſon *Muſ. Amboinenſ.* pag. 304.

### N°. 22. *Pierre de Serpent, ou Ophite de la Chine.*

Rumphius pag. 406. fait mention d'une ſorte d'Ophite que les Malais appellent *Ular Petola*, les Chinois *Backlyong*, & les habitans de Macaſſar *Tomma Laboe*. Cette pierre n'eſt autre choſe qu'un os brulé, dont la partie inferieure eſt noirâtre, & la ſuperieure d'un gris foncé & coupée par des rayes blanchâtres & transverſales.

### N°. 23. *Ophite de Java.*

On trouve à Java une eſpece de Serpent, auquel les habitans donnent le nom de *Ular Maas*, & les Chinois celui de *Kim Soa*, c'eſt-à-dire Serpent d'or. On dit qu'il s'engendre dans ſa tête une Pierre que nous repréſentons ici, qui eſt de figure oblongue, & de couleur griſe en divers endroits. Mais il y a plus d'apparence que c'eſt une préparation de quelque os calciné. Ce qu'il y a de certain, c'eſt que ces pierres ne ſont pas véritables.

N°. 24. *Pierre*

SCD LYON 1

## Num. 24. *Lapis Dracontias, ex inſula Celebes.*

In inſula Celebes Macaſſar, quæ pertinet ad Archipelagum Moluccenſium inſularum, inſignis reperitur Serpens, è cujus capite depromptum dicunt eſſe hunc lapidem, a Dracone ſic vocatum, pellucidum, noctuque radios luminoſos evibrantem; qui tamen nonniſi ſilex nobis videtur, albicans, translucidus, rudiore ſuperficie, nondum polita, obductus. Unde Indorum patet credulitas, vel maxime inveterata, figmentorum genetrix uberrima. Videatur *Rumphius*, qui ſuum pariter huc confert ſuffragium.

## Num. 25. *Ophites ex Jamba.*

Jamba urbs eſt ſimul atque Regnum Indiæ, in peninſula cis Gangem ſitum, magni Mogolis Aſiatici ad imperium pertinens. Permagna ibi in ſaltibus invenitur Serpens, *Oelar Petola* dicta, è qua depromptum eſſe hunc lapidem referunt, qui ſub nomine *Ophites Jamba* eum mihi miſerunt adjuncta ſimul ipſius hiſtoria. Probè tamen examinatus non niſi calcinatum os prodit, in formam ellipticam ſectum, ſupra ex albo cinereum, utroque extremo, inſtar Onychis, nigricans, ſubtus ſaturatè brunum; qua parte oſſea materies liquido ſe manifeſtat, quamvis exacta lævigatione obſcurata ſit.

## Num. 26. *Ophites de Iſte Liong.*

Inſula quædam Regni Cambojæ, in ſinu Siamenſi, in Aſiâ, ſita, *Pulo Condore* dicta, maximam profert Serpentum ſpeciem, Sinenſibus *Iſte Liong*, aut *Tambo Siſi*, & *Terrebelau*, vocatam, quæ Ophiten in capite conſtanter gerere dicitur. Id vero licet merè conjectarium ſit, nec demonſtrari queat, tamen a male credulis pro vero habetur. Ejusdem omnes ſunt magnitudinis hi Lapides, & figuræ oblongo rotundæ. Nec memini Ophitas vidiſſe his grandiores. Nigerrimi ſunt, utrinque alba macula notati, accuratiſſimè lævigati. Virtute alios omnes dicuntur ſuperare; quamvis & ipſi ex oſſibus duntaxat calcinatis fabrefacti ſint. Indos apud & Sinenſes viget ſuperſtitio, Lapides hosce ſummo eſſe uſui parturientibus, & mirum in modum partum facilitare, ſi Vinum cum iis infuſum mulieri potandum exhibetur, abdomenque ipſo lapide fricatur. Quousque id verum ſit, aliis relinquo decidendum. *Rumphius pag.* 307 horum Lapidum pariter mentionem fecit.

Tranſeo ad Bufonios ita dictos.

## Num. 27. *Lapis Bufonis.*

Lapidum Bufoniorum incerta pariter eſt origo, & ſubleſtæ fidei hiſtoria: quantumvis enim plurimi de iis ſcripſerint, eorumque inſudaverint examini; haud ullus tamen bona hactenus fide adſerere auſit, ſe genuinum ejusmodi lapidem e capite Bufonis extraxiſſe, aut revera extractum offendiſſe. Multum impendi operæ, ut certi quid hâc in re detegerem: & ſiquidem in Virginia maximæ & Bufonum & Ranarum reperiantur

### N°. 24. *Pierre Dracontias de l'Iſle de Celebes.*

Il y a à Macaſſar dans l'Ile Celebes, qui appartient aux Moluques, une espece de gros Serpent dans la tête duquel on dit avoir trouvé cette Pierre qui a tiré ſon nom de ce Dragon. Elle eſt transparente, & jette pendant la nuit des rayons lumineux. Il me paroît néanmoins que ce n'eſt qu'un caillou blanchâtre, transparent, & dont la ſuperficie eſt rude parce qu'il n'a pas été poli. On peut connoitre par-là combien les Indiens ſont crédules & fertiles en fictions. Voyez Rumphius, qui eſt auſſi de même avis ſur cet article.

### N°. 25. *Ophite de Jamba.*

Jamba eſt le nom d'une Ville & d'un Royaume des Indes, ſitué dans une Péninſule en deçà du Gange, & qui releve de l'Empire du Grand Mogol. On trouve dans les Bois de ce Royaume une ſorte de gros Serpent, que l'on nomme *Oelar Petola*, de la tête duquel on m'a dit avoir tiré cette pierre: on me l'a envoyée ſous le nom d'*Ophite de Jamba*, & on y avoit joint en même tems ſa description. Cependant après l'avoir bien examiné, j'ai découvert que ce n'eſt qu'un os calciné auquel on a donné une figure elliptique. La partie inferieure eſt d'un blanc cendré, les deux extrémités ſont noirâtres comme l'Onyx, & la partie inferieure eſt d'un brun foncé. On remarque viſiblement à l'endroit où il eſt de couleur brune, que ce n'eſt autre choſe qu'un os, quoiqu'il ſoit ſi bien poli qu'il paroît un peu déguiſé.

### N°. 26. *Ophite de Iſte Liong.*

Il y a dans le Royaume de Camboye une certaine Ile, ſituée dans le Golphe de Siam en Aſie, & nommée *Pulo Condore*, laquelle produit une espece de gros Serpent que les Chinois appellent *Iſte Liong*, ou *Tambo Siſi*, & *Terrebelau*. On prétend qu'il ſe trouve toujours dans ſa tête une ſorte d'Ophite; & quoi que ce ne ſoit là qu'une ſimple conjecture & que la choſe ne puiſſe être démontrée, il y a néanmoins bien des gens aſſez crédules pour y ajouter foi. Toutes ces Pierres ſont de même grandeur, & ovales. Je ne ſache pas avoir jamais vu de plus groſſes Ophites que celles-ci. Elles ſont fort noires, très-bien polies & marquetées de chaque côté d'une tache blanche. On dit qu'elles ont beaucoup plus de vertus que toutes les autres, quoiqu'il ſoit certain qu'elles ne ſont composées que d'os calcinés. Les Indiens & les Chinois ſont aſſez ſuperſtitieux que de croire, que ces Pierres ſont d'un grand uſage pour les femmes en couche, & qu'elles facilitent d'une maniere merveilleuſe l'accouchement, lorsqu'on frotte l'abdomen de la femme avec cette pierre, ou lorsqu'on lui en fait boire en infuſion avec du vin. Mais je laiſſe à décider aux autres jusqu'à quel point cela peut être vrai. Rumphius pag. 307. fait auſſi mention de ces pierres.

Je paſſe aux Pierres de Crapaud.

### N°. 27. *Pierre de Crapaud.*

L'origine des Pierres de Crapaud eſt fort incertaine, & on ne doit pas beaucoup compter ſur tout ce qu'on en dit. Quoique pluſieurs Auteurs ayent traité de ces pierres, & les ayent examiné avec ſoin; il ne s'eſt néanmoins jusqu'à préſent trouvé perſonne qui voulût ſoutenir d'avoir jamais vu ou tiré une véritable pierre de la tête d'un Crapaud. J'ai pris beaucoup de peine pour tâcher de découvrir quelque choſe de certain ſur cet article, & comme il y a dans la Virginie diverſes especes de gros Crapauds & de groſſes



SCD LYON 1

reperiantur ſpecies, varios meorum Amicorum, ibi degentium, literis propterea compellavi. In Tomo priore hujus Operis Zoographico aliquot ejuſmodi Bufonum, Ranarumque, maximorum inde mihi miſſorum, iconas propoſui: at comperire haud mihi licuit, ullum unquam vel audiviſſe vel vidiſſe, quod Bufones ibi dentur, lapidem in capite, aut alia corporis parte, geſtantes. Unde fabuloſam crediderim eſſe hanc narratiunculam. Sex eorum ſpecimina æri inciſa hîc exhibeo, pluribus adhuc inſtructus. Videntur potius *Opercula* ſeu *Tegumenta* eſſe *Cochlearum marinarum*, aut, uti vocantur, *Cochlearum*, *Lunaris*, *& Solaris*; quarum plurimas poſſideo domunculas, ſuis etiamnum tegminibus firmiter opertas, in Tomo hujus Operis tertio delineandas, & prolixius deſcribendas.

Variis hi Lapides gaudent nominibus, uti ſunt *Lapis Bufonis*, *Rubetæ*, *Brontias*, *Batrachites*, *Myoxolithos*, *Chelonites*. Gallis vocantur *Pierres des Crapauds*. Facie supernâ ſphærici ſunt, inſtar oculi, maculis quandoque ſpadiceis in medio notati, in ambitu vero albicante limbo cincti, ut formam fere oculi cujuſdam Animantis referant; ſubtus adplanati ſunt, & pro parte concavi, qua nimirum hærenti in domuncula Cochleæ accommodati erant. Poſtquam Cochlea tantum congeſſit pabuli, ut plus recondere nequeat, tum quidem domus ſuæ oſtiolo teneram primo membranam obtendit, hancque adplicatâ jugiter nova materie eo tandem usque auget firmatque, donec operculum, lævis inſtar globuli, oſſea prædi-ti duritie, extrorſum protuberet; quo exactiſſimè clauſo aquæ in fundum demergitur Cochlea, totam per hyemem ibi permanſura, dum Vernus redeat calor. Tum verò operculum illa glutinoſi cujuſdam ſucci ope rurſus laxat, dimittitque; prout notum ſatis eſt in Cochlearum illâ ſpecie, quæ per Germanias æſtivo tempore in vineis degunt, ſuamque ſecum in tergo domunculam quaquaverſum circumferentes prorepunt, hyeme menſarum inter delicias locum invenientes, ibi locorum *Carkallen* vel *Snecken* vocatæ. Scilicet Vere adpetente, dum Sole calens cadit pluvia, ſua illæ tegmina reſolvunt, abjiciunt, domibusque egreſſæ in herbis & radicibus pabulum quærunt.

Num. 28. Quem hic exhibeo, ita vocatum *Bufoniten*, ſaturatè bruni undique coloris, lævem, convexum, limbo cinctum albicante, inſtar oculi, meis egomet manibus de domo Cochleæ marinæ abſtraxi. Quando enim Cochlea, intra calycem etiamnum hærens, ex aquis protracta, moritur, tum operculum firmiſſime adcretum manet, nec niſi fracto calyce elidi poteſt. Tegmen hoc parte internâ planum eſt, tunicaque dilute ſpadicea obductum, ſub qua figuram ipſius domunculæ Cochleæ licet diſtinguere, aſteriſco indicatam. Idem certe & manifeſtum eſt in illis Cochlearum marinarum operculis, quæ perperam *Umbilici marini* & *Fabæ marinæ* vocantur, cum ſaltem tegumenta ſint grandiorum Cochlearum turbinatarum, quæ noſtratibus *Alykruiken* audiunt. In Italia largus eſt Umbilicorum horumce proventus, ubi circa maris littora reperiuntur. Interna eorum facies quoque plana eſt, & Cochleæ lineamentis picta; extus vero umbilici hominis formam referunt, læves admodum, ex albo & rubro variegati. Triti in pulverem in officinis Pharmaceuticis proſtant, &, inſtar lapidum Cancrorum, everrendo Renum ſabulo, tum ſanguinis ſputo compeſcendo, &c. adhibentur; quin ſingulari etiam ornamento ſeſe commendant ad conſtruenda illa opera, quæ, noſtratibus *Grotwerk* vocata, congerie varia marinorum ſuperbiunt.

Num. 29. *Tertia* hæc *Lapidis Bufonii ſpecies*, parte inferiore excavata, iterum nonniſi Cochleæ cujuſdam marinæ eſt operculum, prout ejus data icon manifeſtat. Sunt inter Phyſicos, qui ſtatuunt, Lapides hos cum grandine ex aëre decidere: verum nec horum a partibus ſtat veritas. Nonne & Opercula ejusmodi,

groſſes Grenouilles, je n'ai pas manqué de m'adreſſer à ce ſujet à pluſieurs de mes amis qui ſont leur ſéjour dans ce païs. J'ai donné dans le premier Tome où je traite des Animaux, quelques figures de ces ſortes de gros Crapauds & de groſſes Grenouilles, qui m'avoient été envoyés de Virginie; mais je n'ai pu découvrir que perſonne eût jamais vu ou entendu dire, qu'il ſe trouve dans ce païs des Crapauds qui portent de ces ſortes de pierres ſoit dans la tête ou dans quelque autre partie du corps. Tout cela me fait croire que ce qu'on publie à ce ſujet eſt mal fondé. Je me contente de repréſenter ici ſix de ces pierres, quoique j'en aye un plus grand nombre. Or il paroit que ces prétendues pierres ne ſont que les Couvercles de certains Limaçons de Mer, que l'on appelle Limaçons Lunaire & Solaire. J'ai pluſieurs Coquilles de ces Limaçons, lesquelles tiennent encore fortement à leurs Couvercles, & dont je donnerai la figure dans le troiſieme Tome de cet Ouvrage où j'en parlerai plus amplement.

Ces Pierres que nous appellons *Pierres de Crapaud* ſont encore connues ſous les noms de *Pierres de Grenouille*, *de Buiſſon*, de *Brontias*, de *Batrachite*, de *Myaxolithos* & de *Chelonites*. Elles ſont par enhaut de figure ſphérique, comme les yeux, & quelquefois marquetées dans le milieu de taches de couleur baie. Les côtés ſont entourés d'une raye blanchâtre, de maniere qu'elles ſont presque faites comme les yeux de quelque animal. Le deſſous eſt aplati & un peu concave, à l'endroit qui répond à celui où le Limaçon faiſoit ſa demeure. Lorſqu'il a amaſſé autant de nourriture qu'il en peut garder, il commence par couvrir l'ouverture de ſa Coquille d'une tendre membrane, qui devient inſenſiblement plus épaiſſe & plus forte par la nouvelle matiere qu'il y ajoute ſans ceſſe, jusqu'à ce que ce couvercle qui ſe jette en dehors ſoit auſſi dur qu'un os & auſſi liſſe qu'une boule. Le Limaçon après avoir exactement fermé l'ouverture de ſa Coquille ſe précipite au fond de l'eau, pour y reſter pendant tout l'Hiver jusqu'au retour du Printems. C'eſt alors qu'il détache ſon couvercle à l'aide d'une eſpece de glu, comme l'on ſait que cela ſe fait dans ces ſortes de Limaçons que l'on trouve pendant l'Eté en Allemagne dans les Vignes, & qui rampent en portant de tous côtés leurs petites maiſons ſur le dos. Ces derniers ſont connus en Allemagne ſous le nom de *Carcallen* ou *Snecken*, & ils paſſent en Hiver pour un mets délicieux. Lorſqu'au retour du Printems il tombe une pluie échauffée par la chaleur du Soleil, ces Inſectes ouvrent leur coquille dont ils ſont tomber le couvercle, & après être ſortis de leur demeure, ils vont ſe nourrir d'herbes & de racines.

N°. 28. La Pierre dont je donne ici la figure, & que l'on nomme *Pierre de Crapaud*, eſt par-tout d'un brun foncé, liſſe, convexe, & entourée comme l'œil d'une raye blanchâtre. J'ai tiré moi-même cette pierre de la coquille d'un Limaçon de Mer. Lorſqu'on tire ce Limaçon de l'eau, dans le tems qu'il eſt encore renfermé dans ſa coquille, il y meurt, & on ne peut l'en tirer qu'en briſant cette même coquille à laquelle le couvercle eſt fortement attaché. Le dedans de ce couvercle eſt plat & couvert d'une membrane d'un brun clair, ſous laquelle on peut voir la demeure du Limaçon, marquée par une étoile. On remarque la même choſe dans les couvercles de ces Limaçons de Mer, auxquels on donne mal-à-propos les noms de *Nombril de Mer* & de *Feve marine*, puisque ce ne ſont que les couvercles de certains Limaçons faits en maniere de toupie, & connus dans ce païs ſous le nom d'*Alykruiken*. Il vient beaucoup de ces Limaçons d'Italie, où on les trouve ſur le rivage de la Mer. Le dedans eſt auſſi plat & rayé comme les autres Limaçons; mais le dehors eſt fait comme le nombril d'un homme. Ils ſont fort liſſes, & bigarrés de blanc & de rouge. On trouve ces coquilles en poudre chez les Apoticaires, & l'on s'en ſert comme des yeux d'Ecreviſſe contre la Gravelle & pour arrêter le crachement de ſang. On les employe encore à la conſtruction des Grottes, auxquelles elles ſervent d'ornement.

N°. 29. Cette troiſieme eſpece de *Pierre de Crapaud*, dont la partie inferieure eſt creuſe, doit encore être regardée comme le couvercle d'un certain Limaçon de Mer, comme il paroît par la figure que nous en donnons. Il y a des Naturaliſtes qui prétendent que ces pierres tombent de l'air avec la grêle, mais ce ſentiment eſt très mal fondé. Ces couvercles pétrifiés reſſemblent parfaitement à certaines pierres, que l'on trouve aux environs de Bologne

SCD LYON 1

ejuſmodi hiſce Lapidibus ad amuſſim ſimilia, in agro Bononienſi, & alibi e montibus eruuntur petreſacta, *Cochleæ cælatæ opercula* vocata, aut *Umbilici marini foſſiles?* Videatur J. J. Scheuchzeri Muſeum Diluvianum.

Num. 30. *Quarta Bufonii ſpecies*, minuſcula, ſupra plano-rotunda, oculiformis, ex cinereo griſea, albo limbo fimbriata.

Num. 31. *Quinta ſpecies*, ſaturate lutea, unicolor, ab imperitioribus *Lapis Ranæ Rubetæ* vocata; cum Cochleæ iterum duntaxat operculum ſit.

Num. 32. *Species ſexta*, tota candida, minor, ſupra convexa, ſubtus plana.

Poſſent ſane multo adhuc plures inveniri ſpecies, ſi quis his proſequendis adhiberet operam. Res tamen eò ſemper redit, quod lapides Bufonum dicti quicunque nil aliud ſint, quam tegmina Cochlearum marinarum, quarum equidem varias admodum ſpecies in Tomo hujus Operis tertio, de *Marinis* acturo, delineatas dabimus & deſcriptas, integram hiſce tabulam repleturi. Cui Veterum hanc in rem fabulæ arrident magis, conſulat is *Agricolam*, *Geſnerum*, *Boëtium*, *Joh. de Laet*, *Wormium*, *Aldrovandum*, *Menzelium*, &c. Sunt &, qui Echinos foſſiles, aut *Echinatos clypeatos*, Lapidibus Bufoniis adnumerant. Nos tamen hiſce deſcribendis ſuperſedebimus, ad alios tranſituri.

## Num. 33. *Lapis Alectorius.*

E Caponis ſtomacho hunc extraxit Gallinarius, mihique tanquam rati quidpiam exhibuit; quo etiam nomine illum ſervavi, gnarus quippe, nonnullos Authores memorare, quod in Gallorum ventriculis Lapides generentur, inſtar Cryſtalli, pellucentes. Hanc ob rationem & meo Lapidum Theſauro huncce inſerui, & hoc loco æri inciſum repræſento. Maturæ is uvæ æquat magnitudinem, ſuperna parte globoſus, Lactis inſtar aqua diluti pallide albeſcens, pellucidus, Adamantis impoliti in modum cruſta obductus, cui nigra granula, veluti ſemina, paſſim adcreverê. Silicem ferè translucentem refert, licet revera ſilex non ſit. Quidnam ipſi virtutis inſit, mihi haud conſtat: unde iis, quæ Plinius & Solinus de illo commentati ſunt, hactenus acquieſco. Politurâ forte elegans inde Lapis transparens fingi poſſet.

## Num. 34. *Lapis Galactites, Malabaricus, Luſitanis* Lama de Coſta *dictus.*

Hunc ſuo in ventriculo geſtavit Avis quædam, *Jabiruguacu Manucodiata* vocata, Gallinæ Indicæ magnitudine, nigris venuſta pennis, Ciconiæ inſtar nidum in antiquis arboribus conſtruens, quæ capta ab incolis inter menſarum delicias reponitur. Hujuſce in Avis ſtomacho albicans quandoque calculus reperitur, & magnitudine & forma Phaſeolum referens, recens e ſiliqua protractum. Indis magno hic Lapis in pretio eſt, diciturque ſingularis eſſe efficaciæ ad Lac in uberibus nutricum augendum, ſi quando binas inter mammas ſuſpenſus geſtatur. Catarrhos etiam à Capite derivare, oculiſque inflammatis mederi refrigerando perhibetur. *Rumphius* in *Muſei Amboin. p.* 329 Galactiten deſcribit in regione Coromandel provenientem. Quin foſſilis quidam Galactites in Hungaria, aliiſque locis eruitur, cui ſimilis ineſſe virtus dicitur; quæ quouſque verè admitti queat, videant harumce rerum Scrutatores.

Num. 35.

Bologne, & que l'on tire ailleurs des montagnes. On les nomme *Couvercles de Limaçon cizelé*, ou *Nombrils foſſiles de Mer.* On peut conſulter ſur cela le *Muſeum Diluvianum* de Scheuchzer.

N°. 30. La quatrieme Eſpece eſt un peu plus petite, légerement convexe par enhaut, & faite en maniere d'œil. Elle eſt d'un gris cendré & bordée de blanc.

N°. 31. La cinquieme Eſpece eſt d'un jaune foncé, ſans aucune bigarrure. Les ignorans lui donnent le nom de *Pierre de Grenouille de Buiſſons*, quoique ce ne ſoit en effet que le couvercle d'un Limaçon.

N°. 32 La ſixieme Eſpece eſt très petite, toute blanche, convexe par enhaut & platte par enbas. On pourroit encore en trouver pluſieurs autres Eſpeces, ſi l'on vouloit ſe donner la peine d'en faire la recherche. Mais on doit enfin reconnoitre, que toutes ces prétendues Pierres de Crapaud ne ſont autre choſe que les Couvercles de diverſes Eſpeces de Limaçons de Mer, dont nous donnerons la deſcription dans le troiſieme Tome de cet Ouvrage, où nous traiterons des productions de la Mer & où l'on trouvera une Planche remplie des figures de ces Inſectes. Ceux qui aiment mieux s'en tenir aux fables que les Anciens ont publié à ce ſujet, peuvent conſulter *Agricola*, *Geſner*, *Boëtius*, *Joh. de Laet*, *Wormius*, *Aldrovandi*, *Menzel*, &c. D'autres rangent encore dans la claſſe des Pierres de Crapaud les Hériſſons foſſiles, ou ceux qui ſont comme armés de boucliers & tout ſemés de pointes. Mais en voila aſſez ſur ces pierres, paſſons à l'examen de quelques autres.

### N°. 33. *Pierre de Coq.*

J'ai reçu cette Pierre d'un Poulailler qui me l'a préſentée comme quelque choſe de fort rare. Cet homme l'avoit tirée du Géſier d'un Chapon, & je l'ai conſervée ſous le nom que je lui donne, ſachant très bien que divers Auteurs font mention de certaines Pierres transparentes comme le Cryſtal, qui ſe forment dans le ventricule des Coqs. C'eſt pour cette raiſon que je la mets au rang des autres pierres de ce Cabinet, & que j'en donne ici la figure. Elle eſt de la groſſeur d'un grain de Raiſin parvenu à ſa maturité. Elle eſt transparente, de figure ronde par enhaut, & de couleur blanchâtre comme celle du Lait que l'on a mêlé avec de l'eau. Elle eſt revêtue d'une croute qui reſſemble à celle d'un Diamant brut, & ſur cette croute paroiſſent ça & là de petits grains noirs, comme autant de ſemences. On la prendroit presque pour un Caillou transparent, quoi qu'elle ne ſoit rien moins qu'un Caillou. Comme je ne ſai quelles vertus elle a, je m'en rapporte à cet égard à ce qu'en ont écrit Pline & Solin. Peut-être qu'en poliſſant cette Pierre on pourroit en faire une belle Pierre transparente.

### N°. 34. *Pierre Galactite, ou de Lait, de Malabar, connue des Portugais ſous le nom de Lama de Coſta.*

Cette Pierre a été trouvée dans le Géſier d'un Oiſeau que l'on nomme *Jabiruguacu Manucodiata.* Cet Oiſeau qui a de belles plumes noires eſt de la groſſeur d'une Poule d'Inde, & fait ſon nid, comme les Cigognes, ſur de vieux arbres. C'eſt un mets délicieux pour les habitans du païs. On rencontre quelquefois dans ſon Géſier une Pierre blanchâtre, qui a la figure & la groſſeur d'une feve d'haricot vient d'être tirée de la coſſe. Les Indiens qui en font grand cas, prétendent qu'elle a la vertu d'augmenter le Lait aux Nourrices, en la portant ſuspendue entre les deux mammelles. On dit encore qu'elle détourne les fluxions de la tête, & guérit l'inflammation des yeux en les rafraichiſſant. *Rumphius* dans ſon *Muſeum Amboin. p.* 329. nous donne la deſcription d'une Pierre de cette Eſpece, qui ſe trouve à la côte de Coromandel. Il y a même des Eſpeces de Galactites foſſiles en Hongrie & ailleurs, auxquelles on attribue les mêmes vertus. Mais c'eſt à ceux qui s'appliquent à ces ſortes de recherches, d'examiner ce qui en eſt.



SCD LYON 1

SCD LYON 1

SCD LYON 1

SCD LYON 1